
3 1761 04569124 3


UNIVERSITY OF TORONTO
VELUT ARBOR ÆVO

D.G. Garrow
Æd. Ch. 25. Feb. 1803.

ΠΟΛΥΒΙΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

POLYBII
HISTORIARVM
QVAE SVPERSVNT
CVM
NOTIS VARIORVM.

TOMVS TERTIVS

QVI CONTINET

EXCERPTA VALESII, FRAGMENTA
ET INDICES.



VINDOBONAE
APVD IOANN. PAVL. KRAVSIVM.
MDCCLXIII.

ΕΚ ΤΩΝ

ΠΟΛΥΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΕΚΛΟΓΑΙ

ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΚΑΚΙΑΣ.

EX LIBRIS

HISTORIARVM

POLYBII MEGALOPOLITANI

EXCERPTA

DE VIRTVTIBVS ET VITIIS.



ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΚΑΚΙΑΣ ΒΙΒΛΙΟΥ ΠΡΩΤΟΥ·

ARGVMENTVM

LIBRI PRIORIS DE VIRTVTIBVS ET VITIIS

Editore et interprete Henrico Valesio.

Ὅσοι τῶν πάλαι ποτὲ βασιλέων τε καὶ ἰδιωτῶν μὴ τὸν νοῦν παρεσύρησαν ἡδοναῖς, ἢ κατεμαλακίσθησαν, ἀλλὰ τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενὲς ἀκηλίδωτον ἀρετῇ συνετήρησαν· οὗτοι δὴ οὗτοι καὶ πόνοις ἐνεκαρτέρησαν, καὶ λόγοις ἐνησχολήθησαν, καὶ ἄλλος ἄλλο τι τῶν ὅσοι λογικώτερον ἐπεβίωσαν, παιδείας ἐρασταὶ γεγονότες, σπουδαιότερόν τινα συνεγράψαντο, τοῦτο μὲν τῆς σφῶν αὐτῶν πολυμαθίας δεῖγμα ἐν-

Quicunque olim siue reges, siue sortis priuatae homines, mente fuerunt, neque voluptatibus deprauata, neque mollitie corrupta, sed animi nobilitatem intemeratam ad virtutem conseruarunt, hi profecto et inter labores durarunt, et otium in literis consumserunt. Ac si qui illorum vitam in studiis diligentius egissent, eruditionis amore inflammati aliquid impensiore cura conscripserunt, partim quod multiplicis doctrinae suae

αργὲς τοῖς μετέπειτα καταλιπεῖν ἱμειρόμενοι, τοῦτο δὲ καὶ εὔκλειαν ἀείμνηστον ἐκ τῶν ἐντυγχανόντων καρπώσασθαι μνώμενοι. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς τῶν τοσούτων ἐτῶν περιδρομῆς ἄπλετόν τι χρῆμα καὶ πραγμάτων ἐγίγνετο, καὶ λόγων ἐπλέκετο, ἐπ' ἄπειρόν τε καὶ ἀμήχανον ἡ τῆς ἱστορίας εὐρύνετο, συμπλοκὴ ἔδει δ' ἐπιρρεπέστερον πρὸς τὰ χείρω τὴν τῶν ἀνθρώπων προαίρεσιν μετατίθεσθαι χρόνοις ὕστερον, καὶ ὀλιγώρως ἔχειν πρὸς τὰ καλὰ, καὶ ῥαθυμότερον διακεῖσθαι πρὸς τὴν τῶν φθασάντων γενέσθαι κατάληψιν, κατόπιν γινομένης τῆς ἀληθοῦς ἐπιτεύξεως, ὥστ' ἐντεῦθεν ἀδηλίᾳ σκιάζεσθαι τὴν τῆς ἱστορίας ἐφεύρεσιν, πῇ μὲν σπάνει βίβλων ἐπωφελῶν, πῇ δὲ πρὸς τὴν ἐκτάδην πολυλογίαν δειμαινόντων καὶ κατορρωδούντων· ὁ τῆς Πορφύρας ἀπόγονος Κωνσταντῖνος, ὁ ὀρθοδοξότατος καὶ χριστιανικώτατος τῶν πώποτε βεβασιλευκότων, ὀξυωπέστερον πρὸς τὴν τῶν καλῶν κατανόησιν διακείμενος, καὶ δραστήριον ἐσχηκὼς νοῦν, ἔκρινε, βέλτιστον εἶναι καὶ κοινωφελὲς, τῷ τε βίῳ ὀνησίφορον, πρότερον μὲν ζητητικῇ διεγέρσει βίβλους ἄλλοθεν ἄλλας ἐξ

certum aliquod posteris monimentum relinquere auerent, partim etiam immortalis memoriae desiderio, quam apud lectores consequerentur. Quoniam vero per tot annorum curricula et res immensae quotidie exoriebantur et scripta contexebantur: historiae conscriptio semper latius sese propagans, infinita iam res erat, et quae humani ingenii vim excederet. Enimuero aliter euenire non poterat, quin hominum studia et voluntates posterioribus temporibus ad deteriora se inclinarent, honesta susque deque haberent, et ad cognoscendas priorum saeculorum res euaderent negligentiores, inuestigatione veri semel neglecta, ita vt historiae cognitio tenebris obuoluta redderetur incerta, tum propter librorum vtilium inopiam, tum quia ad illa tot et tanta volumina vulgo homines expauescebant. Idcirco Constantinus Porphyrogeneta, imperator, omnium qui vmquam fuerunt rectae fidei tenacissimus et christianissimus, ingenio praeditus ad rerum pulchrarum perceptionem acutissimo, ea denique praestans intelligentia, vt facile quiduis ad effectum perduceret, illud primo fore optimum est ratus et vulgo omnibus vtile, vt libros vndique ex

ἀπά-

ἁπάσης ἑκασταχοῦ οἰκουμένης συλλέξασθαι, παντοδαποῦς καὶ πολυειδοῦς ἐπιστήμης ἐγκύμονας. ἔπειτα τὸ τῆς πλατυεπείας μέγεθος καὶ ἀκοὰς ἀποκναῖον, ἄλλως τε καὶ ὀχληρὸν καὶ φορτικὸν φαινόμενον τοῖς πολλοῖς, δεῖν ᾠήθη καταμερίσαι τοῦτο εἰς λεπτομέρειαν, ἀνεπιφθόνως τε προθεῖναι πᾶσι κοινῇ τὴν ἐκ τούτων ἀναφυομένην ὠφέλειαν, ὡς ἐκ μὲν τῆς ἐκλογῆς προσεκτικωτέρως καὶ ἐνδελεχέστερον κατεντυγχάνειν τοὺς τροφίμους τῶν λόγων, καὶ μονιμώτερον ἐντυπεῦσθαι τούτοις τὴν τῶν λόγων εὐφράδειαν, μεγαλοφυῶς τε καὶ εὐεπηβόλως πρὸς ἐπὶ τούτοις καταμερίσαι εἰς ὑποθέσεις διαφόρους, τρεῖς ἐπὶ τοῖς πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν οὔσας, ἐν αἷς καὶ ὑφ' αἷς ἅπασα ἱστορικὴ μεγαλουργία συγκλείεται. κ' οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν συγκειμένων, ὃ διαφεύξεται τὴν τοιαύτην τῶν ὑποθέσεων ἀπαρίθμησιν, οὐδὲν τὸ παράπαν ἀφαιρουμένης τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας τῇ διαιρέσει τῶν ἐννοιῶν, ἀλλὰ σύσσωμον σωζούσης, καὶ ἑκάστῃ ὑποθέσει προσαρμοζομένης τηλικαύτης οὐ συνόψεως, ἀληθέστερον δ' εἰπεῖν, οἰκειώσεως. ὧν κεφαλαιωδῶν ὑποθέσεων ἡ προ-

omnibus orbis partibus doctrina varia refertos conquireret; deinde vastam illam librorum molem, quae lectores enecabat (cum praesertim molesta plerisque omnibus et taedii plena ea res videretur) in partes minutas putauit distribuendam, et luculentam vtilitatem, quae poterat inde percipi, oculis hominum exponendam, adeo vt hoc delectu habito maiori attentione et assiduitate lectioni incumbere studiosi queant, et sermonis facundiam altius ac penitius animo imprimere. Hoc amplius imperator magno et felici conatu opus vniuersum in tractatus diuersos numero tres et quinquaginta censuit distribuendum, in quibus, quidquid magnificum habet historia, inclusum continetur. neque inest quidquam historiae insertum, quod partitionem hanc in hosce tractatus effugerit. Neque vero ob diuisionem sententiarum series operis totius vllo modo corrumpitur; verum seruat haec synopsis, vel vt verius dicam, haec rerum cognatarum adunatio in singulis partibus concinnandis vnicuique tractatui conuenientem rationem. Horum vero tractatuum praesens hic, qui DE

κειμένη αὕτη καὶ ἐπιγραφομένη, ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΚΑΚΙΑΣ, πεντηκοςὴ ἔσα τυγχάνει, τῆς πρώτης τὸ ἐπώνυμον λαχέσης ΠΕΡΙ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΝΑΓΟΡΕΥΣΕΩΣ. ἐμφαίνει δὲ τἔτὶ τὸ προοίμιον, τίνας οἱ λόγοι πατέρας κέκτηνται, καὶ ὅθεν ἀποκυΐσκονται, ὡς ἂν μὴ ὦσιν αἱ κεφαλαιώδεις ὑποθέσεις ἀκατονόμαςοι καὶ μὴ γνήσιοι, ἀλλὰ νόθοι τε καὶ ψευδώνυμοι. εἰσὶ δ' ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν

VIRTVTIBVS ET VITIIS *inscribitur, ordine est quinquagesimus. Primus autem inscriptionem habet* DE IMPERATORVM RENVNCIATIONE. *Continetur etiam hoc prooemio, quos patres habeant et auctores singula scripta, et quorum parta sint ingeniis, ne excepta haec nominibus careant, et habeantur non pro legitimis, sed pro spuriis et subdititiis foetibus. Sunt autem haec excerpta ex annalibus infra subiectis.*

α' Ἰωσήπε ἀρχαιολογίας.	*I. Ex Iosephi antiquitatum libris.*
β' Γεωργίε μοναχἕ.	*II. Ex Gregorio Monacho.*
γ' Ἰωάννε τἕ ἐπίκλην Μαλέλα χρονικῆς.	*III. Ex Chronico Ioannis Malelae.*
δ' Ἰωάννε Ἀντιοχέως χρονικῆς ἱςορίας.	*IV. Ex Ioannis Antiocheni Chronico.*
ε' Διοδώρε Σικελιώτε καθολικῆς ἱςορίας.	*V. Ex Diodori Siculi vniuersali historia.*
ς' Νικολάε Δαμασκηνἕ καθολικῆς ἱςορίας.	*VI. Ex Nicolai Damasceni vniuersali historia.*
ζ' Ἡροδότε Ἁλικαρνασσέως.	*VII. Ex Herodoto Halicarnasseo.*
η' Θεκυδίδε.	*VIII. Ex Thucydide.*
θ' Ξενοφῶντος Κύρε παιδείας καὶ ἀναβάσεως Κύρε τοῦ Παρυσάτιδος.	*IX. Ex Xenophontis libris de institutione Cyri, et de expeditione Cyri Parysatidis filii.*

ι' Ἀρ-

ι' Ἀῤῥιανȣ̃ Ἀλεξ - - -	X. *Ex Arriani historia de rebus gestis Alexandri.*
ια' Διονυσίȣ Ἁλικαρνησσέως Ῥωμαϊκῆς ἱςορίας.	XI. *Ex Dionysii Halicarnassei historia Romana.*
ιβ' Πολυβίȣ τȣ̃ Μεγαλοπολίτȣ Ῥωμαϊκῆς ἱςορίας.	XII. *Ex Polybii Megalopolitani historia Romana.*
ιγ' Ἀππιανȣ̃ Ῥωμαϊκῆς τῆς ἐπίκλην βασιλικῆς.	XIII. *Ex Appiani historia Romana, quae inscribitur regia.*
ιδ' Δίωνος Κοκκιανȣ̃ Ῥωμαϊκῆς ἱςορίας.	XIV. *Ex Dionis Cocceiani historia Romana.*
Καὶ οἱ ἐφεξῆς ἐν τῷ δευτέρῳ τεύχει ἐπιγράψονται.	*Sequentes auctores in secundo libro recensebuntur.*

ΙΑΜΒΟΙ ΣΗΜΑΙΝΟΝΤΕΣ	IAMBICI VERSVS DE STVDIIS
τὴν βασιλικὴν ἀγωγήν.	*Constantini Porphyrogenetae.*
Αἰὼν ὁ μακρὸς ὥσπερ ἄνθη τȣ̀ς λόγȣς	*Immensa lapsi temporis longinquitas*
Ἁπανταχȣ̃ γῆς εἶχεν ἐσκεδασμένȣς,	*Diserta passim scripta dissipauerat,*
Ἀνθȣ̃ντας, ȣ̓ πέμποντας εὔπνοον χάριν.	*Florida, at odoris destituta gratia,*
Τανῦν δὲ τȣ́τȣς εὐσεβὴς Κωνςαντῖνος	*Collecta quae nunc labore sedulo*
Δρέψας, ἀγείρας ἐμμελεῖ μȣσȣργίᾳ,	*Communicasti litteratis omnibus,*
Προὔθηκε πᾶσι θελκτικὴν εὐοσμίαν,	*Auguste Constantine, principum decus.*
Ὅσοις λόγȣ μέτεςιν, εὐώδεις λόγους.	*Igitur amantem litterarum principem*
Ὃν τοῖς λόγοις σέβοιμεν, ὡς λόγων φίλον.	*Ab litteratis concelebrari decet.*
Ἀσυγκρίτως γὰρ ἐν μέδȣσιν ἐκπρέπει.	*Namque ille reges inter eximius nitet*

Λάμπων, προφαίνων χρηςότητα τȣ̃ κράτȣς,	*Tamquam Gigas ſolisue flammiuomi iubar,*
Γίγας φεραυγὴς ὥσπερ ἡλίȣ φάος,	*Clementiamque oſtentat imperii ſui*
Ἐχθροῖς ἅπασιν, εὐνόοις θ' ὑπηκόοις.	*Simul beneuolis ſubditis, et hoſtibus.*
Οὐκȣ̃ν βοάτω πρὸς θεὸν πᾶς τις μέροψ·	*Ergo vniuerſi fundite has Deo preces:*
Τιθωνὸν αὐτὸν δεῖξον ἄλλον ἐν χρόνοις,	*Annos ei donare Tithoni velis,*
Ὡς ἂν τὰ λῷςα τῷ βίῳ συνεισφέροι.	*Bona erogare pergat vt mortalibus.*





ΕΚ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

βιβλ. ϛ´.

EX POLYBII MEGALOPOLITANI HISTORIARVM

Libro VI.



Ὅτι Λεύκιος ὁ Δημαράτου τοῦ Κορινθίου υἱὸς εἰς Ῥώμην ὥρμησε, πιστεύων αὑτῷ τε καὶ τοῖς χρήμασι, πεπεισμένος, οὐδενὸς ἔλαττον ἕξειν ἐν τῇ πολιτείᾳ διά τινας ἀφορμὰς, ἔχων γυναῖκα χρησίμην τά τ᾽ ἄλλα, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐπιβολὴν πραγματικὴν εὐφυῆ συνεργόν. παραγενόμενος δ᾽ εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ τυχὼν τῆς πολιτείας, εὐθέως ἡρμόσατο πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἀρέσκειαν. ταχὺ δὲ διὰ τὴν χορηγίαν, καὶ διὰ τὴν τῆς φύσεως ἐπιδεξιότητα, καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἐκ παίδων



Lucius Demarati Corinthii filius Romam ſe contulit, tum in ſe ipſo, tum in opibus ſuis magnam ſpem collocans, easque ob cauſſas nulli ſe in republ. inferiorem fore ſperabat. Vxorem quoque habebat, cum ad alia vtilem, tum ad res agendas conſilio et induſtria praeditam. Romam igitur ingreſſus, ac ciuitate donatus ſtatim ad regis obſequium ſeſe accommodauit, atque ob liberalitatem et ingenii dexteritatem, maxime vero propter liberalem a puero inſtitutionem, breui maximam gra-

ἀγωγὴν ἁρμόσας τῷ προεστῶτι, μεγάλης ἀποδοχῆς ἔτυχε καὶ πίστεως παρ' αὐτῷ. χρόνου δὲ προϊόντος, εἰς τοῦτ' ἦλθε παραδοχῆς, ὥστε συνοικεῖν καὶ συγχειρίζειν τῷ Μαρκίῳ τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν. ἐν δὲ τούτοις ἐπ' ἀγαθῷ πᾶσι γενόμενος, καὶ συνεργῶν καὶ συγκατασκευάζων τοῖς δεομένοις ἀεί τι τῶν χρησίμων, ἅμα δὲ καὶ τῇ τοῦ βίου χορηγίᾳ μεγαλοψύχως εἰς τὸ δέον ἑκάστοτε καὶ σὺν καιρῷ χρώμενος, ἐν πολλοῖς μὲν ἀπετίθετο χάριν, ἐν πᾶσι δ' εὔνοιαν ἐνειργάσατο καὶ Φήμην ἐπὶ καλοκἀγαθίᾳ, καὶ τῆς βασιλείας ἔτυχεν.

tiam atque auctoritatem apud regem est consecutus, ac progressu temporis eo gratiae processit, vt regni negotia vna cum Marcio administraret. In qua ille administratione cum omnium ciuium vtilitati prospiceret, ac singulos, qui ab eo quidpiam postulabant, gratia atque opera sua adiuuaret, ac diuitiis suis pro loco ac tempore magnifice vteretur: multos quidem sibi deuinctos beneficiis tenebat, beneuolentiam vero ac laudem virtutisque famam apud omnes sibi comparauerat, quocirca et regnum adeptus est.

Ὅτι πάντα χρὴ τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα τοὺς καλῶς ἀσκοῦντας ἐκ παίδων ἀσκεῖν, μάλιστα δὲ τὴν ἀνδρείαν.

Eos, qui rectae institutioni student, cum omnes virtutes statim a puero condiscere atque exercere oportet, tum maxime fortitudinem.

Ex Libro VII.

Ὅτι τινὲς τῶν λογογράφων, τῶν ὑπὲρ τῆς καταστροφῆς τοῦ Ἱερωνύμου γεγραφότων, πολύν τινα πεποίηνται λόγον, καὶ πολλήν τινα διατέθεινται τερατείαν, ἐξηγούμενοι μὲν τὰ πρὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς γενόμενα σημεῖα, καὶ τὰς ἀτυχίας τὰς Συρακουσίων, τραγῳδοῦντες δὲ τὴν ὠμότητα τῶν τρόπων, καὶ τὴν ἀσέβειαν τῶν πράξεων, ἐπὶ δὲ πᾶσι τὸ παράλογον καὶ τὸ δεινὸν τῶν περὶ τὴν καταστροφὴν αὐτοῦ συμβάντων, ὥστε μήτε Φάλαριν, μήτ' Ἀπολλόδωρον, μήτ' ἄλλον μηδένα γεγονέναι τύραννον ἐκείνου πικρότερον·

Quidam historiae scriptores, qui de Hieronymi interitu scripsere, plurimis verbis ad commouendam admirationem abusi sunt, dum partim prodigia, qui illius tyrannidem praecessere, narrant, et Syracusanorum calamitates, partim crudelitatem ingenii ac res ab eo impie gestas tragicorum more exaggerant, ac postremo nouitatem atque atrocitatem eorum, quae in ipsius obitu acciderunt, vt nec Phalaris neque Apollodorus, neque alius porro quisquam illo acerbior tyrannus vmquam extiterit. Qui

* καὶ

* καὶ παῖς παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, εἶτα μῆνας οὐ πλείω τριῶν καὶ δέκα βιώσας, μετήλλαξε τὸν βίον. κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον ἕνα μέν τινα καὶ δεύτερον ἐστρεβλῶσθαι, καί τινας τῶν φίλων καὶ τῶν ἄλλων Συρακουσίων ἀπεκτάνθαι, δυνατόν· ὑπερβολὴν δὲ γεγονέναι παρανομίας καὶ παρηλλαγμένην ἀσέβειαν, οὐκ εἰκός. καὶ τῷ μὲν τρόπῳ διαφερόντως εἰκαῖον αὐτὸν γεγονέναι καὶ παράνομον, φατέον· οὐ μὴν εἴς γε σύγκρισιν ἀκτέον οὐδενὶ τῶν προειρημένων τυράννων. ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ τὰς ἐπὶ μέρους γράφοντες πράξεις, ἐπειδὰν ὑποθέσεις εὐπεριλήπτους ὑποστήσωνται καὶ στενὰς, πτωχεύοντες πραγμάτων ἀναγκάζεσθαι τὰ μικρὰ μεγάλα ποιεῖν, καὶ περὶ τῶν μηδὲ μνήμης ἀξίων πολλούς τινας διατίθεσθαι λόγους· ἔνιοι δὲ καὶ δι' ἀκρισίαν εἰς τὸ παραπλήσιον τούτοις ἐμπίπτουσιν. ὅσῳ γὰρ ἄν τις εὐλογώτερον καὶ περὶ ταῦτα τὸν ἀναπληροῦντα τὰς βίβλους καὶ τὸν ἐπιμετροῦντα λόγον τῆς διηγήσεως εἰς Ἱέρωνα καὶ Γέλωνα διάγοιτο, παρεὶς Ἱερώνυμον. καὶ γὰρ τοῖς φιληκόοις ἡδίων οὗτος, καὶ τοῖς φιλομαθοῦσι τῷ παντὶ χρησιμώτερος. Ἱέρων μὲν γὰρ πρῶτον μὲν δι' αὑτοῦ κατεκτήσατο τὴν Συρακουσίων καὶ τῶν συμμάχων ἀρχὴν, οὐ πλοῦτον, οὐ δόξαν, οὐχ ἕτερον οὐδὲν ἐκ τῆς τύχης ἕτοιμον παραλαβὼν·

*) f. καί τοι.

tamen cum admodum puer regnum suscepisset, atque exinde non amplius quam menses tredecim vixisset, statim e vita discessit. Hoc autem temporis spatio fieri sane potuit, vt vnus aut alter cruciatus sit, et ex ipsius amicis ac reliquis Syracusanis nonnulli interfecti fuerint; singularem vero crudelitatem atque inauditam impietatem illam fuisse, minime credibile est. Ac natura quidem temerarium atque iniustum illum fuisse fatendum omnino est: nulli tamen ante dictorum tyrannorum est conferendus. Sed qui particulares historias conscribunt, cum argumenta breuia atque angusta tractanda susceperint, mihi videntur rerum inopia laborantes eo necessitatis adduci, vt res exiguas in immensum extollant, ac de rebus ne mentione quidem dignis multa verba faciant. Quidam etiam prae iudicii inopia in idem vitium incurrunt. Quanto enim rectius quis huiusmodi sermonem, qui librorum explendorum caussa narrationibus cumuli vicem adiici solet, ad Hieronem potius ac Gelonem transtulisset, omisso Hieronymo. Hic enim audiendi discendique cupidis longe gratior sermo atque vtilior foret. Namque Hiero primum quidem Syracusanorum ac sociorum principatum sua industria sibi comparauit, cum neque opes, neque gloriam, neque aliud porro quidquam a for-

ραλαβὼν·

ραλαβών· καὶ μὴν οὐκ ἀποκτείνας, οὐ φυγαδεύσας, οὐ λυπήσας οὐδένα τῶν πολιτῶν, δι' αὑτοῦ βασιλεὺς κατέστη τῶν Συρακουσίων, ὃ πάντων ἐστὶ παραδοξότατον. ἔτι δὲ τὸ μὴ μόνον κτήσασθαι τὴν ἀρχὴν οὕτως, ἀλλὰ καὶ διαφυλάξαι τὸν αὐτὸν τρόπον. ἔτη γὰρ ν' καὶ τέτταρα βασιλεύσας, διετήρησε μὲν τῇ πατρίδι τὴν εἰρήνην, διεφύλαξε δ' αὑτῷ τὴν ἀρχὴν ἀνεπιβούλευτον, διέφυγε δὲ τὸν ταῖς ὑπεροχαῖς παρεπόμενον φθόνον, ὅς γε πολλάκις ἐπιβαλόμενος ἀποθέσθαι τὴν δυναστείαν, ἐκωλύθη κατὰ κοινὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν. εὐεργετικώτατος δὲ καὶ φιλοδοξότατος γενόμενος εἰς τοὺς Ἕλληνας, μεγάλην μὲν αὑτῷ δόξαν, οὐ μικρὰν δὲ Συρακουσίοις εὔνοιαν παρὰ πᾶσιν ἀπέλιπε. καὶ μὴν ἐν περιουσίᾳ καὶ τρυφῇ καὶ δαψιλείᾳ πλείστῃ διαγενόμενος, ἔτη μὲν ἐβίωσε πλείω ἐννενήκοντα, διεφύλαξε δὲ τὰς αἰσθήσεις ἁπάσας, διετήρησε δὲ πάντα καὶ τὰ μέρη τοῦ σώματος ἀβλαβῆ. τοῦτο δέ μοι δοκεῖ σημεῖον οὐ μικρὸν, ἀλλὰ παμμέγεθες εἶναι βίου σώφρονος.

Ὅτι Γέλων πλείω τῶν ν' βιώσας ἐτῶν, σκοπὸν προέθηκε κάλλιστον ἐν τῷ ζῆν, τὸ πειθαρχεῖν τῷ γεννήσαντι, καὶ μήτε πλοῦτον, μήτε βασιλείας μέγεθος, μήτ' ἄλλο περὶ πλείονος ποιήσασθαι μηδὲν τῆς πρὸς τοὺς γονεῖς εὐνοίας καὶ πίστεως.

Ὅτι Γοργὸς ὁ Μεσσήνιος οὐδενὸς ἦν δεύτερος Μεσσηνίων πλέ-

tuna paratum habuiſſet, praeterea nemine e ciuibus occiſo aut in exilium miſſo, nemine vel moleſtia affecto, ſuo Marte Syracuſanorum regnum eſt adeptus, quod quidem maximam habet admirationem. Illud vero non minus mirabile, quod regnum non modo ita eſt aſſecutus, ſed etiam iisdem artibus conſeruauit. Nam cum annos quatuor et quinquaginta regnauerit, patriae quidem ſuae pacem, ſibi vero ſecurum ab inſidiis regnum praeſtitit, atque adeo inuidiam, quae ſumma quaeque comitari ſolet, effugit. Qui cum ſaepius principatu ſe abdicare tentaſſet, a ciuibus publice eſt prohibitus. Cumque eſſet liberaliſſimus in Graecos et cupidiſſimus gloriae, et maximam ſibi famam, et Syracuſanis non mediocrem apud omnes beneuolentiam conciliauit. Denique cum in omnium rerum abundantia ac deliciis ſummaque copia degeret, annos tamen amplius nonaginta vixit, ſenſusque omnes et cuncta corporis membra integra ac ſana retinuit, quod mihi quidem certiſſimum temperantiae argumentum videtur.

Gelo annos amplius quinquaginta cum vixerit, hunc pulcherrimum vitae ſcopum ſibi propoſuit, vt parenti morem gereret, ac nec diuitias, nec regni maieſtatem, neque aliud quidquam beneuolentia ac fide, quae parentibus debetur, pluris faceret.

Gorgus Meſſenius opibus ac generis ſplendore Meſſeniorum

τῳ καὶ

τῷ καὶ γένει, διὰ δὲ τὴν ἄθλησιν κατὰ τὴν ἀκμὴν πάντων ἐνδοξότατος ἐγεγόνει τῶν περὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας φιλοστεφανούντων. καὶ γὰρ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ κατὰ τὴν τοῦ λοιποῦ βίου προστασίαν, ἔτι δὲ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν στεφάνων, οὐδενὸς ἐλείπετο τῶν καθ' αὑτόν. καὶ μὴν ὅτε καταλύσας τὴν ἄθλησιν ἐπὶ τὸ πολιτεύεσθαι καὶ τὸ πράττειν τὰ τῆς πατρίδος ὥρμησε, καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος οὐκ ἐλάττω δόξαν ἐξεφέρετο τῆς πρότερον ὑπαρχούσης αὐτῷ, πλεῖστον μὲν ἀπέχειν δοκῶν τῆς τοῖς ἀθληταῖς παρεπομένης ἀγωνίας, πρακτικώτατος δὲ καὶ νουνεχέστατος εἶναι νομιζόμενος περὶ τὴν πολιτείαν.

Ὅτι φησὶν ὁ Πολύβιος· ἐγὼ δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐπιστήσας τὴν διήγησιν βραχέα βούλομαι διαλεχθῆναι περὶ Φιλίππου, διὰ τὸ ταύτην τὴν ἀρχὴν γενέσθαι τῆς εἰς τοὔμπαλιν μεταβολῆς αὐτοῦ καὶ τῆς ἐπὶ χεῖρον ὁρμῆς καὶ μεταθέσεως. δοκεῖ γάρ μοι, τοῖς καὶ κατὰ βραχὺ βουλομένοις τῶν πραγματικῶν ἀνδρῶν περιποιεῖσθαι τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας διόρθωσιν ἐναργέστατον εἶναι τοῦτο παράδειγμα. καὶ γὰρ διὰ τὸ τῆς ἀρχῆς ἐπιφανὲς, καὶ διὰ τὸ τῆς φύσεως λαμπρὸν, ἐκφανεστάτας συμβαίνει καὶ γνωριμωτάτας γεγονέναι πᾶσι τοῖς Ἕλλησι τὰς εἰς ἑκάτερον τὸ μέρος ὁρμὰς τοῦ βασιλέως τούτου, παραπλησίως δὲ καὶ τὰ συνεξακολουθήσαντα ταῖς ὁρμαῖς ἑκατέραις ἐκ παραθέσεως.

nulli ſecundus; quod ad athleticam vero laudem attinet, in adoleſcentia omnium, qui in gymnicis ludis coronae ſtudio decertant, celeberrimus fuerat. Nam et formae dignitate, et totius vitae exteriore cultu, praeterea etiam coronarum numero nulli aetatis ſuae concedebat. Quin etiam poſtquam relictis certaminibus gymnicis ad rempub. et negotia patriae tractanda ſe contulit, hac quoque ex parte non minorem quam ex ante acta vita gloriam retulit. Nam et plurimum abeſſe videbatur ab illo ſtupore, qui athletas fere comitari ſolet, et ad res gerendas gnauiſſimus, ac prudentiſſimus in republica habebatur.

Hic vero, ait Polybius, orationis curſum ſiſtere, ac pauca de Philippo dicere lubet, eo quod hoc illi initium mutationis et proni in peiora impetus fuit, atque iis, qui in republica verſantur, ſi aliquem ex hiſtoria fructum percipere cupiant, nullum illuſtrius exemplum proponi poſſe arbitror. Nam cum ob regni ipſius famam, tum ob indolis praeſtantiam illuſtres, atque omnibus Graecis notiſſimi in vtramque partem huius regis impetus fuerunt, notiſſimi quoque caſus, qui vtraque eius inſtituta conſecuti ſunt. Nam quemadmodum, ſimul ac regnum accepit, Theſſalia ſimul ac

ὅτι

ὅτι μὲν οὖν αὐτῷ μετὰ τὸ παραλαβεῖν τὴν βασιλείαν τά τε κατὰ Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν, καὶ συλλήβδην τὰ κατὰ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν, οὕτως ὑπετέτακτο, καὶ συνέκλινε ταῖς εὐνοίαις, ὡς οὐδενὶ τῶν πρότερον βασιλέων, καί τοι νέῳ ὄντι παραλαβόντι τὴν Μακεδόνων δυναστείαν, εὐχερὲς καταμαθεῖν ἐκ τούτων. συνεχέστατα γὰρ αὐτοῦ περισπασθέντος ἐκ Μακεδονίας, διὰ τὸν πρὸς Αἰτωλοὺς καὶ Λακεδαιμονίους πόλεμον, οὐχ οἷον ἐστασίασέ τι τῶν προειρημένων ἐθνῶν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν περιοικούντων ἐτόλμησε βαρβάρων οὐδεὶς ἅψασθαι τῆς Μακεδονίας. καὶ μὴν περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Χρυσογόνου καὶ τῶν ἄλλων Φίλων εὐνοίας καὶ προθυμίας εἰς αὐτὸν, οὐδ' ἂν εἰπεῖν τις δύναιτ' ἀξίως. * τὴν δὲ Πελοποννησίων καὶ Βοιωτῶν, ἅμα δὲ τούτοις Ἠπειρωτῶν, Ἀκαρνάνων, ὅσων ἑκάστοις ἀγαθῶν ἐν βραχεῖ χρόνῳ παραίτιος ἐγένετο, καθόλου γε μὴν ** ἤδη μικρὸν ὑπερβολικώτερον εἰπεῖν, οἰκειότατ' ἂν οἶμαι περὶ Φιλίππου τοῦτο ῥηθῆναι, διότι κοινός τις οἷον ἐρώμενος ἐγένετο τῶν Ἑλλήνων, διὰ τὸ τῆς αἱρέσεως εὐεργετικόν. ἐκφανέστατον δὲ καὶ μέγιστον δεῖγμα περὶ τοῦ, τί δύναται προαίρεσις καλοκἀγαθικὴ καὶ πίστις, τὸ πάντας Κρηταιεῖς συμφρονήσαντας, καὶ τῆς αὐτῆς μετασχόντας συμμαχίας, ἕνα προστάτην ἑλέσθαι τῆς νήσου Φίλιππον, καὶ ταῦτα

* ἴσ. τῶν. ** ἴσ. εἰ δεῖ

Macedonia atque omnes regni eius prouinciae omni obſequio ac beneuolentia eum amplexae ſunt, quanta neminem regum antea, tametſi adhuc adoleſcens regnum Macedoniae ſuſcepiſſet, id vero inde perſpici facile poteſt. Cum enim belli aduerſus Aetolos, ac Lacedaemonios ſuſcepti cauſſa continue a Macedonia diſtineretur, non modo ex ſupra dictis gentibus nulla rebellauit, ſed nec vicinorum quisquam barbarorum Macedoniae fines contingere eſt auſus. Iam beneuolentiam erga illum ac ſtudium omnium amicorum, et maxime Alexandri ac Chryſogoni, ne quidem exprimere dicendo quisquam poſſit, nec quot ac quanta breuiſſimo temporis ſpatio beneficia contulerit in Peloponneſios ac Boeotos, ſimulque Epirotas et Acarnanas. Quod ſi quid tantiſper exaggerando dicere licet, iure optimo id de Philippo dici poſſe exiſtimo, amorem ac delicias Graecorum omnium illum fuiſſe, ob illius prolixam de omnibus bene merendi voluntatem. Quantum autem valeat praeclarum vitae inſtitutum ac concepta ſemel opinio, hoc celeberrimo et maximo teſtimonio demonſtrari poteſt, quod omnes ſimul Cretenſes, concordia inter ſe ac ſocietate inita, vnum Philippum dictatorem ad res inſulae conſtituendas publice elegerunt, quodque citra vim

συντε-

συντελεσθῆναι χωρὶς ὅπλων καὶ κινδύνων, ὃ πρότερον οὐ ῥαδίως ἂν εὕροι τις γεγονός. ἀπὸ τοίνυν τῶν κατὰ Μεσσηνίους ἐπιτελεσθέντων, ἅπαντα τὴν ἐναντίαν ἐλάμβανε διάθεσιν αὐτῷ, καὶ τοῦτο συνέβαινε κατὰ λόγον. τραπεὶς γὰρ ἐπὶ τὴν ἀντικειμένην προαίρεσιν τῇ πρόσθεν, καὶ ταύτῃ προστιθεὶς ἀεὶ τἀκόλουθον, ἔμελλε καὶ τὰς τῶν ἄλλων διαλήψεις περὶ αὐτοῦ τρέψειν εἰς τἀναντία, καὶ ταῖς τῶν πραγμάτων συντελείαις * ἐγκρήσειν ἐναντίαις ἢ πρότερον. ὃ καὶ συνέβη γενέσθαι. δῆλον δὲ τοῦτο ἔστι τοῖς προσέχουσιν ἐπιμελῶς, διὰ τῶν ἑξῆς ῥηθησομένων πράξεων.

Ὅτι ὁ Ἄρατος, θεωρῶν τὸν Φίλιππον ὁμολογουμένως τόν τε πρὸς Ῥωμαίους ἀναλαμβάνοντα πόλεμον, καὶ κατὰ τὴν πρὸς τοὺς συμμάχους αἵρεσιν ὁλοσχερῶς ἠλλοιωμένον, πολλὰς εἰσενεγκάμενος ἀπορίας καὶ σκήψεις, μόλις ἀπετρέψατο τὸν Φίλιππον· ἡμεῖς δὲ ** τοῦ κατὰ τὴν ε΄. βίβλον ἡμῖν ἐν ἐπαγγελίᾳ καὶ φάσει μόνον εἰρημένου, νῦν δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὴν πίστιν εἰληφότος, βουλόμεθα προσαναμνῆσαι τοὺς συνεφιστάνοντας τῇ πραγματείᾳ, πρὸς τὸ μηδεμίαν τῶν ἀποφάσεων ἀναπόδεικτον μηδ' ἀμφισβητουμένην καταλιπεῖν. καθ' ὃν γὰρ καιρὸν ἐξηγούμενοι τὸν Αἰτωλικὸν πόλεμον ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς διηγήσεως ἐπέστημεν, ἐν ᾧ Φίλιππον ἔφαμεν τὰς ἐν Θέρμῳ

ac periculum cuncta effecta ſunt, quod ſuperiori memoria haud facile quis factum eſſe recordetur. At vero ob crudelitatem ac perfidiam, qua ille in Meſſenios eſt vſus, omnia illi in contrarium vertere, idque ſane iure optimo. Nam cum vitae inſtitutum priori contrarium eſſet amplexus, ac quotidie malum malo cumularet, conſentaneum erat, vt contrariam de illo opinionem cuncti conciperent, et ipſe contrarios longeque alios quam antea rerum ſucceſſus experiretur. Quod quidem ei poſtea contigit, vt ex iis, quae deinceps narrabimus, attentus hiſtoriae lector manifeſte perſpiciet.

Aratus cum Philippum videret bellum aduerſus Romanos aperte ſuſcipere, atque erga ſocios longe alia ac prius voluntate affectum eſſe, variis difficultatibus ac rationibus in medium allatis, aegre Philippum ab incepto deterruit. Ceterum cum id, quod in libro quinto ſimpliciter tantum et abſolute poſuimus, nunc rebus ipſis confirmetur, admonendos eſſe hic duximus hiſtoriae lectores, ne qua forte propoſitio absque demonſtratione a nobis relinquatur. Nam cum bellum Aetolicum narrantes eo loci conſtitiſſemus, quo Philippum diximus nimio animi impetu porticus et reliqua donaria Thermi oppidi deſtruxiſſe, atque huius facti

στοὰς

* f. ἐγκύρσειν. ** mſ. τοῦτο.

σοὰς καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀναθημάτων θυμικώτερον διαφθεῖραι, καὶ δεῖν τούτων τὴν αἰτίαν οὐχ οὕτως ἐπὶ τὸν βασιλέα, διὰ τὴν ἡλικίαν, ὡς ἐπὶ τοὺς συνόντας αὐτῷ φίλους ἀναφέρειν, τότε περὶ μὲν Ἀράτου τὸν βίον ἐφήσαμεν ἀπολογεῖσθαι τοῦ μηδὲν ἂν ποιῆσαι μοχθηρόν, Δημητρίου δὲ τοῦ Φαρίου τὴν τοιαύτην εἶναι προαίρεσιν. δῆλον δὲ τοῦτο ποιήσειν ἐπηγγειλάμεθα διὰ τῶν ἑξῆς ῥηθησομένων, εἰς τοῦτον ὑπερθέμενοι τὸν καιρὸν τὴν πίστιν τῆς στερηθείσης ἀποφάσεως, ἐν ᾧ παρὰ μίαν ἡμέραν Δημητρίου μὲν παρόντος, ὡς ἀρτίως ὑπὲρ τῶν κατὰ Μεσσηνίους ὑπεδείξαμεν, Ἀράτου δὲ καθυστερήσαντος, ἤρξατο Φίλιππος ἅπτεσθαι τῶν μεγίστων ἀσεβημάτων, καὶ καθάπερ ἂν ἐγγευσάμενος αἵματος ἀνθρωπείου, καὶ τοῦ φονεύειν, καὶ παρασπονδεῖν τοὺς συμμάχους, οὐ λύκος ἐξ ἀνθρώπου, κατὰ τὸν Ἀρκαδικὸν μῦθον, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ἀλλὰ τύραννος ἐκ βασιλέως ἀπέβη πικρός. τούτου δ' ἐναργέστερον ἔτι δεῖγμα τῆς ἑκατέρου γνώμης τὸ περὶ τῆς ἄκρας συμβούλευμα, τὸ ῥηθὲν ἐν τοῖς πολιτικοῖς, πρὸς τὸ μηδὲ περὶ τῶν κατ' Αἰτωλοὺς διαπορεῖν. ὧν ὁμολογουμένων, εὐμαρὲς ἤδη συλλογίσασθαι τὴν διαφορὰν τῆς ἑκατέρου προαιρέσεως. καθάπερ γὰρ νῦν Φίλιππος, πεισθεὶς Ἀράτῳ, διεφύλαξε τὴν πρὸς Μεσσηνίους πίστιν ἐν τοῖς κατὰ τὴν ἄκραν, καὶ μεγάλῳ τὸ δὴ λεγόμενον ἕλκει, τῷ προγεγονότι περὶ

culpam non tam ipſum in regem, ob illius adhuc aetatem, quam in regis amicos et comites conferri debere: de Arato quidem aſſeruimus, reliquam eius vitam huiusmodi omne facinus ab eo amoliri, Demetrii autem Pharii prorſus tale vitae inſtitutum fuiſſe, atque id nos poſtea oſtenſuros eſſe tum polliciti, hunc in locum ſermonis illius demonſtrationem diſtulimus: quando ſcilicet Philippus, Demetrio quidem praeſente, vt in Meſſenicarum rerum narratione oſtendimus, Arato autem vno dumtaxat die tardius delato, teterrima facinora aggredi coepit, et deguſtato ſemel humano cruore, et ſocios trucidandi foedusque omne violandi initio ſumto, non ex homine lupus, quod in Arcadica eſt fabula, vt ait Plato, ſed ex legitimo rege acerbus tyrannus euaſit. Sed altero etiam longe certiori argumento declarari poteſt vtriusque hominis ſecta ac ſententia, illo ſcilicet conſilio, quod de Meſſeniorum arce vterque regi dedit, de quo ſupra commemoraui, vt iam de iis, quae in Aetolia geſta ſunt, nullus ſit dubitandi locus. Quae cum ita ſint, quae in vtroque fuerit inſtituti diuerſitas, facile colligi poteſt. Nam quemadmodum Philippus Arati conſilium ſecutus Meſſeniis, quod ad arcem pertinet, fidem ſeruauit, et ingenti vt aiunt vulneri, caedes dico, quas in vrbe

τὰς

τὰς σφαγὰς, μικρὸν ἴαμα προσέθηκεν· οὕτως ἐν τοῖς κατ' Αἰτωλοὺς Δημητρίῳ κατακολουθήσας ἠσέβει μὲν εἰς τοὺς θεοὺς, τὰ καθιερωμένα τῶν ἀναθημάτων διαφθείρων, ἡμάρτανε δὲ περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὑπερβαίνων τοὺς τοῦ πολέμου νόμους, ἠστόχει δὲ τῆς σφετέρας προαιρέσεως, ἀπαραίτητον καὶ πικρὸν ἑαυτὸν ἀποδεικνύων ἐχθρὸν τοῖς διαφερομένοις. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν κατὰ Κρήτην. καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων Ἀράτῳ μὲν καθηγεμόνι χρησάμενος περὶ τῶν ὅλων, οὐχ οἷον ἀδικήσας, ἀλλ' οὐδὲ λυπήσας οὐδένα τῶν κατὰ τὴν νῆσον, ἅπαντας μὲν εἶχε Κρηταιεῖς ὑποχειρίους, ἅπαντας δὲ τοὺς Ἕλληνας εἰς τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν ἐπήγετο διὰ τὴν σεμνότητα τῆς προαιρέσεως. οὕτω πάλιν ἐπακολουθήσας Δημητρίῳ, καὶ παραίτιος γενόμενος Μεσσηνίοις τῶν ἄρτι ῥηθέντων ἀτυχημάτων, ἅμα τὴν παρὰ τοῖς συμμάχοις εὔνοιαν, καὶ τὴν παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἀπέβαλε πίστιν. τηλικαύτην τοῖς νέοις βασιλεῦσι ῥοπὴν ἔχει καὶ πρὸς ἀτυχίαν, καὶ πρὸς ἐπανόρθωσιν τῆς ἀρχῆς, ἡ τῶν παρεπομένων φίλων ἐκλογὴ καὶ κρίσις, ὑπὲρ ἧς οἱ πλεῖους οὐκ οἶδ' ὅπως ῥαθυμοῦντες οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην ποιοῦνται πρόνοιαν.

ediderat, leue medicamentum adhibuit: sic in bello aduersus Aetolos Demetrio obsecutus, et deos impie offendebat, quorum donaria vastabat, et humano generi iniuriam faciebat iura belli transgrediendo. ac praeterea contra institutum ac propositum sibi ab initio scopum peccabat, dum implacabilem atque acerbum aduersariis hostem se praebebat. Idem in rebus Cretensibus existimandum est. Namque in iis quamdiu Arati consilio est vsus, neminem ex tota insula non modo iniuria, sed ne molestia quidem afficiens, cum omnes Cretenses dicto audientes habuit, tum vero omnes Graecos grauitate consilii ad sui amorem pellexit. At contra magistro vsus Demetrio, cum Messeniis eas, quas memoraui, calamitates intulisset, vna sociorum beneuolentiam atque apud omnes Graecos fidei opinionem amisit. Tantum in regum adolescentia ad infelicitatem aut ad confirmationem regni valet delectus amicorum et comitum, de quo tamen plerique nescio cuiusmodi negligentia minime laborant.

Ex Libro VIII.

Ὅτι Φίλιππος παραγενόμενος εἰς τὴν Μεσσήνην ἔφθειρε τὴν χώραν δυσμενικῶς, θυμῷ τὸ πλεῖον ἢ λογισμῷ χρώμενος. ἠλ-

Philippus Messeniam ingressus, agros hostiliter vastare coepit, ira magis quam consilio ductus. Sperabat enim, vt mihi

πίζε γὰρ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, βλάπτων συνεχῶς, ὐδέποτε ἀγανακτήσειν ὐδὲ μισήσειν τὺς κακῶς πάσχοντας. προήχθην δὲ καὶ νῦν καὶ διὰ τῆς προτέρας βίβλυ σαφέστερον ἐξηγήσασθαι περὶ τύτων, ὐ μόνον διὰ τὰς πρότερον ἡμῖν εἰρημένας αἰτίας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τῶν συγγραφέων τὺς μὲν ὅλως παραλελοιπέναι τὰ κατὰ τὺς Μεσσηνίυς, τὺς δὲ καθόλυ, διὰ τὴν πρὸς τὺς μονάρχυς εὔνοιαν ἢ τἀναντία φόβον, ὐχ οἷον ἐν ἁμαρτίᾳ γεγονέναι τὴν εἰς τὺς Μεσσηνίυς ἀσέβειαν Φιλίππυ καὶ παρανομίαν, ἀλλὰ τὐναντίον ἐν ἐπαίνῳ καὶ κατορθώματι τὰ πεπραγμένα, διασαφεῖν ἡμῖν. ὐ μόνον δὲ περὶ Μεσσηνίυς τῦτο πεποιηκότας ἰδεῖν ἐςὶ τὺς γράφοντας τῦ Φιλίππυ τὰς πράξεις, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων παραπλησίως. ἐξ ὧν ἱςορίας μὲν ὐδαμῶς ἔχειν αὐτοῖς συμβαίνει διάθεσιν τὰς συντάξεις, ἐγκωμίυ δὲ μᾶλλον. ἐγὼ δ' ὔτε λοιδορεῖν ψευδῶς φημὶ δεῖν τὺς μονάρχυς, ὔτ' ἐγκωμιάζειν, ὃ πολλοῖς ἤδη συμβέβηκεν· τὸν ἀκόλυθον δὲ τοῖς προγεγραμμένοις ἀεὶ καὶ τὸν πρέποντα ταῖς ἑκάςων προαιρέσεσι λόγον ἐφαρμόζειν. ἀλλ' ἴσως τῦτ' εἰπεῖν μὲν εὐμαρὲς, πρᾶξαι δὲ καὶ λίαν δυσχερὲς, διὰ τὸ πολλὰς καὶ ποικίλας εἶναι διαθέσεις καὶ περιςάσεις, αἷς εἴκοντες ἄνθρωποι κατὰ τὸν βίον, ὔτε λέγειν, ὔτε γράφειν δύνανται τὸ φαινόμενον. ὧν χάριν τισὶ μὲν αὐτῶν συγγνώμην

quidem videtur, cum assidue aliis damnum inferret, miseros homines numquam id moleste laturos, neque ipsum odio habituros esse. Ac de his quidem et nunc et superiore libro enucleatius verba vt facerem impulsus sum, non ob eas tantum caussas, quas prius adduxi, sed etiam eo, quod historiae scriptores partim damna omnia a Philippo Messeniis illata silentio praetermiserint, partim beneuolentia in principes aut contra metu, impietatem ac crudelitatem illam, qua in Messenios saeuiit Philippus, non modo vitio non verterint, verum etiam tamquam praeclarum facinus laude prosecuti sint. Nec vero in iis solum, quae ad Messenios pertinent, idem admissum est ab iis, qui res Philippi in literas retulerunt; sed etiam in aliis plerisque. Quo fit, vt eorum libri historiae quidem nullam speciem, sed potius encomii formam habeant. Ego vero ita existimo, nec vituperari falso, nec laudari reges oportere, (quod tamen plerique fecerunt) sed singulorum factis ac consiliis consentaneum assidue sermonem accommodandum. Verum fortasse id dictu facile, factu autem imprimis arduum est. Multae enim ac variae necessitates in vita occurrunt, quibus fracti homines ea, quae sibi videntur, libere loqui aut scribere vetantur. Quamobrem nonnullis quidem eorum danda est venia, aliis ve-

γνώμην δοτέον, ἐνίοις γε μὴν οὐ δοτέον. μάλιστα δ' ἄν τις ἐπιτιμήσειε περὶ τοῦτο τὸ μέρος Θεοπόμπῳ, ὅς γ' ἐν ἀρχῇ τῆς Φιλίππου συντάξεως δι' αὐτὸ μάλιστα παρορμηθῆναι φήσας πρὸς τὴν ἐπιβολὴν τῆς πραγματείας, διὰ τὸ μηδέποτε τὴν Εὐρώπην ἐνηνοχέναι τοιοῦτον ἄνδρα παράπαν, οἷον τὸν Ἀμύντου Φίλιππον, μετὰ ταῦτα παρὰ πόδας, ἔν τε τῷ προοιμίῳ, καὶ παρ' ὅλην δὲ τὴν ἱστορίαν, ἀκρατέστατον μὲν αὐτὸν ἀποδείκνυσι πρὸς γυναῖκας, ὥστε καὶ τὸν ἴδιον οἶκον * ἐσφαλκέναι τὸ καθ' αὐτὸν διὰ τὴν πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ὁρμὴν καὶ προστασίαν, ἀδικώτατον δὲ καὶ κακοπραγμονέστατον περὶ τὰς τῶν φίλων καὶ συμμάχων κατασκευάς, πλείστας δὲ πόλεις ἐξηνδραποδισμένον καὶ πεπραξικοπηκότα μετὰ δόλου καὶ βίας, ἐκπαθῆ δὲ γεγονότα καὶ πρὸς τὰς ** ἀκροποσίας, ὥστε καὶ μεθ' ἡμέραν πλεονάκις μεθύοντα καταφανῆ γενέσθαι τοῖς φίλοις. εἰ δέ τις ἀναγνῶναι βουληθείη τὴν ἀρχὴν τῆς ἐνάτης καὶ μ' αὐτῷ βίβλου, παντάπασι ἂν θαυμάσαι τὴν ἀτοπίαν τοῦ συγγραφέως, ὅς γε χωρὶς τῶν ἄλλων τετόλμηκε καὶ ταῦτα λέγειν, αὐταῖς γὰρ λέξεσιν, αἷς ἐκεῖνος κέχρηται, κατατετάχαμεν· „εἰ γάρ τις ἦν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἢ „τοῖς βαρβάροις, φησί, λάσταυρος „ἢ θρασὺς τὸν τρόπον, οὗτοι πάν„τες, εἰς Μακεδονίαν ἀθροιζόμε„νοι πρὸς Φίλιππον, ἑταῖροι τοῦ „βασιλέως προσηγορεύοντο. καθό-

ro minime indulgenda. Ac maxime omnium Theopompus hac in parte reprehenſionem meretur, qui cum initio hiſtoriae Philippi hac maxime cauſſa ſe ad ſcribendum impulſum eſſe dixiſſet, quod Philippo, Amyntae filio, parem virum numquam antea Europa protuliſſet, repente tum in ipſo prooemio, tum per totam hiſtoriam eum in mulieres intemperantiſſime exarſiſſe memorat, adeo vt propter illius hac in parte cupiditatem atque inſaniam domus regia in periculum inciderit. Eundem praeterea iniuſtiſſimum atque erga amicos ac ſocios perfidiſſimum deſcribit, et qui vrbes plurimas per vim ac fraudem captas in ſeruitutem redegerit. Eundem quoque ebrietati valde deditum fuiſſe narrat, adeo vt diurno etiam tempore ebrius ab amicis plerumque ſit deprehenſus. Quod ſi quis libri noni ac quadrageſimi principium in manus ſumſerit, ſcriptoris omnino importunitatem mirabitur, qui inter cetera haec etiam dicere non dubitauit, eadem enim verba, quibus ille vſus eſt, hic apponenda eſſe duximus: „Nam ſi quis „inter Graecos aut barbaros „impudicus erat ac proter„uus, illico Macedoniam ad „Philippum delatus, ſodalis „regis vocabatur. Omnino „enim Philippus modeſtos ac

* Suidas in ἐσφαλκέναι. ** f. ἀκρατοπ. ex Suida in ἐκπαθής.

„λου γὰρ ὁ Φίλιππος τοὺς μὲν
„κοσμίους τοῖς ἤθεσι καὶ τῶν ἰδίων
„βίων ἐπιμελουμένους ἀπεδοκίμα-
„ζε· τοὺς δὲ πολυτελεῖς καὶ ζῶν-
„τας ἐν μέθαις καὶ κύβοις ἐτίμα
„καὶ προῆγεν. τοιγαροῦν οὐ μόνον
„ταῦτ᾽ ἔχειν αὐτοὺς παρεσκεύα-
„ζεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης ἀδικίας
„καὶ βδελυρίας ἀθλητὰς ἐποίη-
„σεν. τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν ἢ δει-
„νῶν αὐτοῖς οὐ προσῆν; ἢ τί τῶν
„καλῶν καὶ σπουδαίων οὐκ ἀπῆν;
„ὧν οἱ μὲν ξυρόμενοι καὶ λειαινό-
„μενοι διετέλουν ἄνδρες ὄντες· οἱ
„δὲ ἀλλήλοις ἐτόλμων ἐπανίστα-
„σθαι πώγωνας ἔχουσι. καὶ πε-
„ριήγοντο μὲν δύο καὶ τρεῖς τοὺς
„ἑταιρευομένους, αὐτοὶ δὲ τὰς αὐ-
„τὰς ἐκείνοις χρήσεις ἑτέροις
„παρείχοντο. ὅθεν καὶ δικαίως
„ἄν τις αὐτοὺς οὐχ ἑταίρους * ὑπε-
„λάμβανεν εἶναι, οὐδὲ στρατιώτας,
„ἀλλὰ χαμαιτύπους προσηγόρευ-
„σεν. ἀνδροφόνοι γὰρ τὴν φύσιν
„ὄντες, ἀνδροπόρνοι τὸν τρόπον
„ἦσαν. ἁπλῶς δ᾽ εἰπεῖν, ἵνα παύ-
„σωμαι, φησὶ, μακρολογῶν, ἄλ-
„λως τε καὶ τοσούτων μοι πραγ-
„μάτων ἐπικεχυμένων, ἡγοῦμαι,
„τοιαῦτα θηρία γεγονέναι, καὶ
„τοιοῦτον τρόπον τοὺς φίλους καὶ
„τοὺς ἑταίρους Φιλίππου προσαγο-
„ρευθέντας, οἵους οὔτε τοὺς Κεν-
„ταύρους τοὺς τὸ Πήλιον κατασχόν-
„τας, οὔτε τοὺς Λαιστρυγόνας τοὺς
„τὸ Λεοντίνων πεδίον οἰκήσαν-
„τας, οὔτ᾽ ἄλλους οὐδ᾽ ὁποίους.“ ταύ-
την δὲ τήν τε πικρίαν καὶ τὴν ἀθυ-
ρογλωσσίαν τοῦ συγγραφέως τίς

„frugi homines respuebat;
„helluones autem ac prodi-
„gos et vino atque aleae de-
„ditos colebat atque euehe-
„bat maxime. Itaque non
„solum in suis illis pristinis
„vitiis eos confirmabat, ve-
„rum etiam ad omnis nequi-
„tiae ac spurcitiae certamen
„prouocabat. quod enim tur-
„pitudinis ac flagitii genus
„eis non inerat? quid con-
„tra honestatis ac virtutis
„non deerat? cum hi quidem
„rasi ac laeuigati essent, illi
„vero viros barbatos constu-
„prare non dubitarent, ac
„duos quidem tresue meri-
„torios pueros secum cir-
„cumducebant, ceterum ipsi
„eandem sui copiam aliis fa-
„ciebant. Quamobrem meri-
„to quis non amicos illos,
„sed amicas, nec milites,
„sed meretrices potius ap-
„pellasset. nam cum natura
„essent cruenti, morbo ta-
„men erant cinaedi. atque
„vt paucis absoluam, prae-
„sertim cum tot ac tanta mi-
„hi negotia incumbant, sic
„apud me existimo, quotquot
„amici ac comites Philippi
„dicebantur, teterrimas fuis-
„se belluas, quales nec Cen-
„tauri, qui Pelium incoluere,
„nec Laestrygones, qui Le-
„ontinos campos tenuisse per-
„hibentur, nec vlla alia hu-
„iusmodi monstra extiterunt.“
Hanc vero acerbitatem ac
linguae temeritatem Theo-
pompi quis non merito da-

οὐκ ἂν

* ἀλλ᾽ ἑταίρας adde ex Athenaeo lib. 6. p. 260.

οὐκ ἂν ἀποδοκιμάσειεν; οὐ γὰρ μόνον, ὅτι μαχόμενα λέγει πρὸς τὴν αὑτοῦ πρόθεσιν, ἄξιός ἐστιν ἐπιτιμήσεως, ἀλλὰ καὶ διότι κατέψευσαι τοῦ τε βασιλέως καὶ τῶν φίλων, καὶ μάλιστα, διότι τὸ ψεῦδος αἰσχρῶς καὶ ἀπρεπῶς διατέθειται. εἰ γὰρ περὶ Σαρδαναπάλου τις ἢ τῶν ἐκείνου συμβιωτῶν ἐποιεῖτο τοὺς λόγους, μόλις ἂν ἐθάῤῥησε τῇ κακοῤῥημοσύνῃ ταύτῃ χρήσασθαι, οὗ τὴν ἐν τῷ βίῳ προαίρεσιν καὶ τὴν ἀσέλγειαν διὰ τῆς ἐπιγραφῆς τῆς ἐπὶ τοῦ τάφου τεκμαιρόμεθα. λέγει γὰρ ἡ ἐπιγραφὴ

mnet? non enim eo ſolum, quod propoſito ſuo contraria ac pugnantia loquitur, obiurgandus eſt, ſed quia cum de rege ipſo, tum de eius amicis falſa dicit, ac maxime quod mendacium ſuum putide ac turpiter protulit. Nam ſi de Sardanapalo aliquo, aut de eius ſodalibus ſermo eſſet inſtitutus, vix quisquam hac verborum turpitudine vti ſuſtineret, tametſi huius hominis inſtitutum atque intemperantiam ex ipſa ſepulchri inſcriptione ſatis colligamus, ſic enim habet inſcriptio:

Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τερπν' ἔπαθον.

Haec habeo, quae edi, quaeque exſaturata libido
Hauſit. — —

Περὶ δὲ Φιλίππου καὶ τῶν ἐκείνου φίλων εὐλαβηθείη τις ἂν οὐχ οἷον εἰς μαλακίαν καὶ ἀνανδρίαν, ἔτι δὲ ἀναισχυντίαν λέγειν, ἀλλὰ τοὐναντίον, μή ποτ' ἐγκωμιάζειν ἐπιβαλλόμενος οὐ δυνηθῇ καταξίως εἰπεῖν τῆς ἀνδρείας καὶ φιλοπονίας, καὶ συλλήβδην τῆς ἀρετῆς τῶν προειρημένων ἀνδρῶν, οἵ γε προφανῶς ταῖς σφετέραις φιλοπονίαις καὶ τόλμαις ἐξ ἐλαχίστης μὲν βασιλείας ἐνδοξοτάτην καὶ μεγίστην Μακεδόνων ἀρχὴν κατεσκεύασαν· χωρὶς δὲ τῶν ὑπὸ Φιλίππου πράξεων, αἱ μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον ἐπιτελεσθεῖσαι μετὰ Ἀλεξάνδρου πᾶσιν ὁμολογουμένην τὴν ἐπ' ἀρετῇ φήμην παραδεδώκασι περὶ αὐτῶν. μεγάλην γὰρ ἴσως μερίδα θετέον τῷ προεστῶτι

De Philippo autem eiusque comitibus nemo eſt, qui non vereatur, non dico mollitiem aliquam, aut etiam impudentiam eis affingere, ſed contra, ne, laudationem eorum aggreſſus, vim ac fortitudinem et ceteras tantorum hominum virtutes dicendo adaequare non valeat, qui, vt, conſtat ſua induſtria ac magnitudine animi regnum Macedoniae ex tenuiſſimo ampliſſimum ac celeberrimimum effecerunt. Ac praeter ea, quae ſub Philippo geſſere, res ab iisdem poſt illius obitum in commilitio Alexandri geſtae receptam apud omnes virtutis famam eis comparauerunt. Magna enim fortaſſe huius gloriae pars Alexandro, cuius auſpiciis cuncta gereban-

τῶν ὅλων Ἀλεξάνδρῳ, καίπερ ὄντι νέῳ παντελῶς· οὐκ ἐλάττω μέντοι γε τοῖς συνεργοῖς καὶ φίλοις, οἳ πολλαῖς μὲν καὶ παραδόξοις μάχαις ἐνίκησαν τοὺς ὑπεναντίους, πολλὰς δὲ καὶ παραβόλους ὑπέμειναν πόνους καὶ κινδύνους καὶ ταλαιπωρίας, πλείστης δὲ περιουσίας κυριεύσαντες, καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς ἐπιθυμίας πλείστης εὐπορήσαντες ἀπολαύσεως, οὔτε κατὰ τὴν σωματικὴν δύναμιν οὐδέποτε διὰ ταῦτ' ἠλαττώθησαν, οὔτε κατὰ τὰς ψυχικὰς ὁρμὰς οὐδὲν ἄδικον οὐδὲ ἀσελγὲς ἐπετήδευσαν. ἅπαντες δ', ὡς ἔπος εἰπεῖν, βασιλικοὶ καὶ ταῖς μεγαλοψυχίαις, καὶ ταῖς σωφροσύναις, καὶ ταῖς τόλμαις ἀπέβησαν Φιλίππῳ, καὶ μετ' Ἀλεξάνδρῳ συμβιώσαντες. ὧν οὐδὲν ἂν δέοι μνημονεύειν ἐπ' ὀνόματος. μετὰ δὲ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον οὕτω περὶ τῶν πλείστων μερῶν τῆς οἰκουμένης ἀμφισβητήσαντες, παραδόσιμον ἐποίησαν τὴν ἑαυτῶν δόξαν ἐν πλείστοις ὑπομνήμασιν, ὥστε τὴν μὲν Τιμαίου τοῦ συγγραφέως πικρίαν, ᾗ κέχρηται κατ' Ἀγαθοκλέους, τοῦ Σικελίας δυνάστου, καίπερ ἀνυπέρβλητον εἶναι δοκοῦσαν, ὅμως λόγον ἔχειν· ὡς γὰρ κατ' ἐχθροῦ, καὶ πονηροῦ καὶ τυράννου διατίθεται τὴν κατηγορίαν· τὴν δὲ Θεοπόμπου μηδ' ὑπὸ λόγον πίπτειν. προθέμενος γὰρ ὡς περὶ βασιλέως εὐφυεστάτου πρὸς ἀρετὴν γεγονότος, οὐκ ἔστι τῶν αἰσχρῶν καὶ δεινῶν, ὅπερ ἀπολέλοιπεν. λοιπόν, ἢ περὶ τὴν ἀρχὴν καὶ

tur, tametsi admodum adolescenti, tribuenda est, non minor tamen eius comitibus ac ministris debetur, qui multis et maximis praeliis hostes superarunt, multosque ac difficillimos casus et labores ac pericula perpessi sunt, atque maximarum opum compotes facti, cum omnibus copiis ad explendas cupiditates idoneis abundarent, tamen nec corporis vires ideo illis imminutae sunt, neque animi studia ad iniustitiam ac libidinem deflexerunt; sed vniuersi, quotquot Philippi ac deinde Alexandri comites fuerunt, et animi magnitudine, et temperantia, et audacia prorsus regia extiterunt, quos quidem nominatim recensere haud quaquam necesse est. Post obitum autem Alexandri, cum de maximis partibus orbis terrarum inter se decertassent, famam nominis sui plurimis historiae monimentis testatam posteris reliquerunt. Quo fit, vt Timaei quidem maledicentia, qua aduersus Agathoclem Siciliae tyrannum inuectus est, tametsi omnes modestiae fines excedat, rationem tamen aliquam habere videatur: quippe inimici et mali hominis et tyranni vituperationem instituit. At vero Theopompi maledicentia omni ratione destituitur. Nam cum de rege, optima indole ad virtutem praedito, scribere instituisset, nihil est tam turpe et tam graue, quod in opere suo non dixerit. Reliquum est, vt vel

καὶ προέκθεσιν τῆς πραγματείας ἀνάγκη ψεύστην καὶ κόλακα Φαίνεσθαι τὸν ἱστοριογράφον, ἢ περὶ τὰς κατὰ μέρος ἀποφάσεις ἀνόητον καὶ μειρακιώδη τελείως, εἰ διὰ τῆς ἀλόγου καὶ ἐπικλήτου λοιδορίας ὑπέλαβε πιστότερος μὲν αὐτὸς Φανήσεσθαι, παροχῆς δὲ μᾶλλον ἀξιωθήσεσθαι τὰς ἐγκωμιαστικὰς ἀποφάσεις αὐτοῦ περὶ Φιλίππου. καὶ μὴν οὐδὲ περὶ τὰς ὁλοσχερεῖς διαλήψεις οὐδεὶς ἂν εὐδοκήσειε τῷ προειρημένῳ συγγραφεῖ, ὅς γε ἐπιβαλόμενος γράφειν τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις, ἀφ' ὧν Θουκυδίδης ἀπέλιπεν, καὶ συνεγγίσας τοῖς Λευκτρικοῖς καιροῖς καὶ τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν Ἑλληνικῶν ἔργων, τὴν μὲν Ἑλλάδα μεταξὺ καὶ τὰς ταύτης ἐπιβολὰς ἀπέρριψε· μεταλαβὼν* δὲ τὴν ὑπόθεσιν, τὰς Φιλίππου πράξεις προὔθετο γράφειν. καίτοι γε πολλῷ σεμνότερον ἦν καὶ δικαιότερον, τῇ περὶ τῆς Ἑλλάδος ὑποθέσει τὰ πεπραγμένα Φιλίππῳ συμπεριλαβεῖν, ἤπερ ἐν τῇ Φιλίππου τὰ τῆς Ἑλλάδος. οὐδὲ γὰρ προκαταληφθεὶς ὑπὸ βασιλικῆς δυναστείας, **καὶ τυχὼν ἐξουσίας, οὐδεὶς ἂν ἐπέσχε σὺν καιρῷ ποιήσασθαι μετάβασιν ἐπὶ τὸ τῆς Ἑλλάδος ὄνομα καὶ πρόσωπον· ἀπὸ δὲ ταύτης ἀρξάμενος καὶ προβὰς ἐπὶ ποσὸν, οὐδ' ὅλως οὐδεὶς ἂν ἠλλάξατο μονάρχου πρόσχημα καὶ βίον, ἀκεραίῳ χρώμενος γνώμῃ. καὶ τί δήποτ' ἦν τὸ τὰς τηλικαύτας ἐναντιώσεις βιασάμενον παριδεῖν τὸν

ipſo in principio ac veſtibulo hiſtoriae ſuae mendax et adulator fuiſſe dicatur, aut certe in particularibus ſuis demonſtrationibus amens penitus ac puerilis: ſi quidem importuna ac merito caſtiganda vituperatione id ſe conſecuturum eſſe ſperauit, vt et ſibi maior auctoritas, et laudationibus Philippi maior fides accederet. Sed neque ipſum conſilium ante dicti ſcriptoris ab vllo homine probabitur, qui, cum res Graeciae inde, vbi deſinit Thucydides, ſcribere eſſet aggreſſus, poſtquam ad Leuctrica tempora ac res Graeciae celeberrimas peruenit, ipſam quidem Graeciam cum ſuis factis valere iuſſit; commutato autem argumento Philippi geſta ſcribere conſtituit. Atqui longe praeſtantius erat ac iuſtius, in opere rerum Graecarum geſta Philippi, quam in geſtis Philippi res Graeciae comprehendere. Neque enim quisquam regio nomine ac forte etiam poteſtate praeoccupatus, ad nomen perſonamque Graeciae opportune transeunti manum iniiceret ac vetaret: a Graecia autem ſumto principio, nemo ſanae mentis, vbi paululum legendo proceſſerit, ad regis ſpeciem atque vitam repente conuerti patiatur. Quid vero erat, quod Theopompum cogeret, tot ac tantas con-

* leg. μεταβαλών. ** leg. τυχόν.

τὸν Θεόπομπον; εἰ μὴ νὴ Δία ὅτι ἐκείνης μὲν τῆς ὑποθέσεως τέλος ἦν τὸ καλόν· τῆς δὲ κατὰ Φίλιππον τὸ συμφέρον. ȣ̓ μὴν ἀλλὰ πρὸς μὲν ταύτην τὴν ἁμαρτίαν, καθὸ μετέβαλε τὴν ὑπόθεσιν, ἴσως ἂν εἶχέ τι λέγειν, εἴ τις αὐτὸν ἤρετο περὶ τȣ́τȣ. πρὸς δὲ τὴν κατὰ τῶν Φίλων αἰσχρολογίαν ȣ̓κ ἂν οἶμαι δυνηθῆναι λόγον αὐτὸν ἀποδȣ̃ναι, συγχωρῆσαι δὲ, διότι πολύ τι παρέπεσε τȣ̃ καθήκοντος. Φίλιππος δὲ τȣ̀ς μὲν Μεσσηνίȣς πολεμίȣς γεγονότας ȣ̓δὲν ἄξιον ἠδυνήθη λόγȣ βλάψαι, *et cetera, quae leguntur in Excerptis e l. 8. cap. 9.*

trarietates contemnere? nisi mehercle quod illius quidem argumenti finis erat honestus, huius autem operis de gestis Philippi erat finis vtilior. Enimuero quod ad illud peccatum mutati argumenti pertinet, si quis Theopompum interrogaret, suppeteret illi fortasse aliqua defensio. Illius autem maledicentiae, quam in Philippi amicos effudit, nullam ab eo rationem reddi posse arbitror; sed fatendum ipsi esse, multum se ab officio et vero aberrasse. Ceterum Philippus Messenios hostes declaratos, etc. *quae leguntur in lib. 8. cap. 9.*

Ὅτι Καύαρος, ὁ βασιλεὺς τῶν ἐν τῇ Θράκῃ Γαλατῶν, βασιλικὸς ὑπάρχων τῇ φύσει καὶ μεγαλόφρων, πολλὴν μὲν ἀσφάλειαν παρεσκεύαζε τοῖς προσπλέȣσι τῶν ἐμπόρων εἰς τὸν Πόντον· μεγάλας δὲ παρείχετο χρείας τοῖς Βυζαντίοις ἐν τοῖς πρὸς τȣ̀ς Θρᾷκας καὶ Βιθυνȣ̀ς πολέμοις.

Cauarus, Gallorum, qui in Thracia siti sunt, regulus, cum regia indole ac magnitudine animi praeditus esset, et mercatoribus in Pontum nauigantibus securitatem magnam praestitit, et Byzantiis in bello aduersus Thraces ac Bithynos magno adiumento fuit.

Ὅτι Ξέρξȣ βασιλεύοντος πόλεως Ἀρμόσατα, ἣ κεῖται πρὸς τῷ καλῷ πεδίῳ καλȣμένῳ, μέσον Εὐφράτȣ καὶ Τίγριδος, ταύτῃ τῇ πόλει παραστρατοπεδεύσας Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς, ἐπεβάλετο πολιορκεῖν αὐτήν. θεωρῶν δὲ τὴν παρασκευὴν τȣ̃ βασιλέως ὁ Ξέρξης, τὸ μὲν πρῶτον αὐτὸν ἐκποδὼν ἐποίησε· μετὰ δέ τινα χρόνον δείσας, μὴ, τȣ̃ βασιλείȣ κρατηθέντος ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, καὶ τἄλλα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν αὐτῷ διατραπῇ, μετεμελήθη καὶ διεπέμ-

Cum Antiochus, castris positis ad Armosata, (vrbs est inter Euphratem et Tigridem sita in campo, qui pulcher dicitur) vrbis obsidionem appararet, Xerxes, illius vrbis regulus, intellecto regis apparatu, primum quidem fuga sibi consuluit. Postea veritus, ne, occupata ab hostibus regia, regnum ipsius omne euerteretur, consilium suum damnauit, legatisque ad Antiochum missis liben-

διεπέμψατο πρὸς τὸν Ἀντίοχον, φάσκων, βούλεσθαι συνελθεῖν εἰς λόγους. οἱ μὲν οὖν πιστοὶ τῶν φίλων οὐκ ἔφασκον δεῖν προΐεσθαι τὸν νεανίσκον λαβόντες εἰς χεῖρας, ἀλλὰ συνεβούλευον, κυριεύσαντα τῆς πόλεως, Μιθριδάτῃ παραδοῦναι τὴν δυναστείαν, ὃς ἦν υἱὸς τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ κατὰ φύσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς τούτων μὲν οὐδενὶ προσέχε· μεταπεμψάμενος δὲ τὸν νεανίσκον διελύσατο τὴν ἔχθραν, ἀφῆκε δὲ τὰ πλεῖστα τῶν χρημάτων, ἃ συνέβαινε τὸν πατέρα προσοφείλειν αὐτῷ τῶν φόρων. λαβὼν δὲ παραχρῆμα τριακόσια τάλαντα παρ' αὐτοῦ, καὶ χιλίους ἵππους, καὶ χιλίους ἡμιόνους μετὰ τῆς ἐπισκευῆς, τά τε κατὰ τὴν ἀρχὴν ἅπαντα κατέστησε. καὶ συνοικίσας αὐτῷ τὴν ἀδελφὴν Ἀντιοχίδα, πάντας τοὺς ἐκείνων τῶν τόπων ἐψυχαγώγησε καὶ προσεκαλέσατο, δόξας μεγαλοψύχως καὶ βασιλικῶς τοῖς πράγμασι κεχρῆσθαι.

ter cum eo collocuturum se esse dixit. Et Antiochi quidem amici aiebant, dimittendum non esse iuuenem, quem in potestate haberent; sed occupata vrbe eius imperium Mithridati sororis Antiochi filio tradendum esse. At rex, posthabito eorum consilio, euocato ad se iuueni inimicitiam condonauit, ac tributorum, quae ab illius patre debebantur, maximam ei partem remisit, acceptisque confestim trecentis talentis, ac mille equis, iumentisque totidem vna cum ornamentis ac phaleris, regnum eius ipse ordinauit, et copulata eidem sorore Antiochide, omnes harum regionum incolas ad sui amorem allexit ac prouocauit, cum magno ac prorsus regio animo in his vsus esse videretur.

Ex Libro IX.

Ὅτι οἱ τῶν Καρχηδονίων ἡγεμόνες, κρατήσαντες τῶν ὑπεναντίων, σφῶν αὐτῶν οὐκ ἠδύναντο κρατεῖν, καὶ δόξαντες τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἀνῃρηκέναι, πρὸς αὐτοὺς ἐστασίαζον, καὶ παρατριβόμενοι * διὰ τὴν ἔμφυτον Φοίνιξι πλεονεξίαν καὶ φιλαρχίαν. ὧν ὑπάρχων Ἀσδρούβας ὁ Γέσκωνος εἰς τοῦτο κακοπραγμασύνης προήχθη διὰ τὴν ἐξουσίαν, ὡς τὸν πιστότατον τῶν κατ' Ἰβηρίαν φίλων Ἀνδοβάλην,

Carthaginiensium duces, qui hostibus superiores fuerant, sui ipsorum compotes esse non poterant, et qui bellum aduersus populum Romanum suscepisse videbantur, ipsi inter se hostiliter dissidebant, ac prae cupiditate atque ambitione Poenis insita assidue altercabantur. Inter quos Hasdrubal, Gisconis filius, ob potestatem eo insolentiae processit, vt ab vno e sociis tota Hispania fidelissimo Indibile,

* deest διετέλουν.

πάλαι μὲν ἀποβαλόντα τὴν ἀρχὴν διὰ Καρχηδονίους, ἄρτι δὲ πάλιν ἀπειληφότα διὰ τὴν πρὸς ἐκείνους εὔνοιαν, ἐπεβάλετο χρημάτων πλῆθος αἰτεῖν. τοῦ δὲ παρακούσαντος διὰ τὸ θαῤῥεῖν ἐπὶ τῇ προγεγενημένῃ πίστει πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, ψευδῆ διαβολὴν ἐπενέγκας, ἠνάγκασε τὸν Ἀνδοβάλην δοῦναι τὰς ἑαυτοῦ θυγατέρας εἰς ὁμηρείαν.

Ὅτι τῶν ἑκατέροις, Ῥωμαίοις φημὶ καὶ Καρχηδονίοις, προσπιπτόντων καὶ συμβαινόντων εἷς ἦν ἀνὴρ αἴτιος καὶ μία ψυχὴ, λέγω δὲ τὴν Ἀννίβου. τά τε γὰρ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ὁμολογουμένως οὗτος ἦν ὁ χειρίζων, τά τε κατὰ τὴν Ἰβηρίαν διὰ τοῦ πρεσβυτέρου τῶν ἀδελφῶν Ἀσδρούβου, μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τοῦ πρεσβύτου Μάγωνος. οἱ γὰρ τοὺς τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὺς ἀποκτείναντες ἅμα, κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἦσαν οὗτοι. καὶ μὴν τὰ κατὰ τὴν Σικελίαν ἔπραττε, τὰς μὲν ἀρχὰς διὰ τοὺς περὶ τὸν Ἱπποκράτην, ὕστερον δὲ διὰ Μυττόνου τοῦ Λίβυος. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Ἰλλυρίδα. καὶ τὸν ἀπὸ τούτων τῶν τόπων φόβον ἀνατεινόμενος ἐξέπληττε καὶ περιέσπα Ῥωμαίους διὰ τῆς πρὸς Φίλιππον κοινοπραγίας. οὕτω μέγα τι χρῆμα καὶ θαυμάσιον ἀνὴρ καὶ ψυχὴ, δεόντως ἁρμοσθεῖσα κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς σύστασιν, πρὸς ὅ τι ἂν ὁρμήσῃ τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων. ἐπεὶ δ' ἡ πραγμάτων διάθεσις εἰς ἐπίστασιν ἡμᾶς εἶχε περὶ τῆς Ἀννίβου φύσεως, ἀπαιτεῖν ὁ καιρὸς δοκεῖ μοι, τὰς μάλιστα δια-

(qui Carthaginienſium cauſſa olim regno eiectus, et ob fidem in eos ac beneuolentiam nuper in regnum reſtitutus fuerat) pecuniam flagitare non dubitauerit. quod cum ille facere neglexiſſet, ſua erga Carthaginienſes conſtanti fide fretus: Haſdrubal, conficta aduerſus eum calumnia, filias ſuas obſides dare ipſum coegit.

Omnium, quae Romanis ac Carthaginienſibus eo tempore eueniebant, vnum caput atque vna mens in cauſſa erat, Hannibal ſcilicet. Namque in Italia quidem, vt inter omnes conſtat, ipſe omnia gerebat, Hiſpaniam vero per ſeniorem e fratribus Haſdrubalem, ac deinde per Magonem maiorem adminiſtrabat. ab his enim ambo praetores Romani in Hiſpania caeſi fuere. praeterea in Sicilia prius quidem Hippocratis, deinde Myttoni Afri miniſterio res regebat, pariterque in Graecia ac per Illyricum, quibus ex locis formidinem intentans ob ſocietatem, cum Philippo initam, terrebat aſſidue ac diſtinebat Romanos. Tantum in omnibus rebus, quas aggredi placuerit, hominis mens valet, ad conſilium ſemel captum probe directa ac confirmata. Sed quoniam ipſe rerum ſtatus ad notandum Hannibalis ingenium nos perpulit, haudquaquam alienum fuerit, meo quidem iudicio, ſingularia quaedam in illo

πορουμέ-

τουμένας ἰδιότητας ὑπὲρ αὐτοῦ δηλῶσαι· τινὲς μὲν γὰρ ὠμὸν αὐτὸν οἴονται γεγονέναι καθ' ὑπερβολήν, τινὲς δὲ φιλάργυρον· τὸ δ' ἀληθὲς εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τῶν ἐν πράγμασιν ἀναστρεφομένων, οὐ ῥᾴδιον. ἔνιοι μὲν γὰρ ἐλέγχεσθαί φασι τὰς φύσεις ὑπὸ τῶν περιστάσεων, καὶ τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἐξουσίαις καταφανεῖς γίνεσθαι, κἂν ὅλως τὸν πρὸ τοῦ χρόνον ἀναστέλλωνται, τοὺς δὲ πάλιν ἐν ταῖς ἀτυχίαις. ἐμοὶ δ' ἔμπαλιν οὐχ ὑγιὲς εἶναι δοκεῖ τὸ λεγόμενον. οὐ γὰρ ὀλίγα μοι φαίνονται, τὰ δὲ πλεῖστα, ποτὲ μὲν διὰ τὰς τῶν φίλων παραθέσεις, ποτὲ δὲ διὰ τὰς τῶν πραγμάτων ποικιλίας ἄνθρωποι παρὰ τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν ἀναγκάζεσθαι καὶ λέγειν καὶ πράττειν. γνοίη δ' ἄν τις, ἐπὶ πολλῶν τῶν ἤδη γεγονότων ἐπιστήσας. τίς γὰρ Ἀγαθοκλέα τὸν Σικελίας τύραννον οὐχ ἱστόρηκε, διότι, δόξας ὠμότατος εἶναι κατὰ τὰς πρώτας ἐπιβολὰς καὶ τὴν κατασκευὴν τῆς δυναστείας, μετὰ ταῦτα νομίσας βεβαίως ἐνδεδέσθαι τὴν Σικελιωτῶν ἀρχήν, πάντων ἡμερώτατος δοκεῖ γεγονέναι καὶ πρᾳότατος. ἔτι δὲ Κλεομένης, ὁ Σπαρτιάτης, οὐ χρηστότατος μὲν βασιλεύς, πικρότατος δὲ τύραννος, εὐτραπελώτατος δὲ πάλιν ἰδιώτης καὶ φιλανθρωπότατος; καίτοι γοῦν οὐκ εἰκὸς ἦν, περὶ τὰς αὐτὰς φύσεις τὰς ἐναντιωτάτας διαθέσεις ὑπάρχειν· ἀλλ' ἀναγκαζόμενοι ταῖς τῶν πραγμάτων μεταβολαῖς συμμετατίθεσθαι,

homine, de quibus alii aliter ſentiunt, declarare. Sunt enim, qui exiſtimant, crudeliſſimum eum fuiſſe; ſunt, qui auaritiae deditum. Ceterum cum in ipſo, tum in omnibus, qui maximas res obeunt, veritatem plane aſſequi difficile eſt. Etenim nonnulli animum vniuscuiusque ex fortuna ac temporibus maxime deprehendi aiunt, atque hos quidem in imperio ac poteſtate, illos in calamitatibus ingenium ſuum prodere, tametſi antea texerint. Ego vero huic illorum ſententiae non accedo. Qui enim magnas res tractant, nunc amicorum gratia, nunc ob varietates temporum ac caſuum, plurima contra ſuum inſtitutum et dicere et facere coguntur. quod in multis ex ſuperiori memoria, ſi quis animum adiecerit, facile deprehendet. quis eſt enim, qui neſciat, Agathoclem Siciliae tyrannum, cum inter initia conſtituendae dominationis ſaeuiſſimus eſſet habitus, poſteaquam ſatis confirmatam eam eſſe exiſtimauit, omnium clementiſſimum et mitiſſimum eſſe viſum? Quid Spartanus Cleomenes? Nonne idem rex optimus, tyrannus autem acerbiſſimus, idem, cum priuatus eſſet, iucundiſſimus ac beneficentiſſimus fuiſſe dicitur? Et tamen haud credibile eſt, in eadem natura adeo inter ſe contrarias ineſſe conſtitutiones. Sed reuera plerique principes, pro inclinationibus ac

τατίθεσθαι, τὴν ἐναντίαν τῇ φύσει πολλάκις ἐμφαίνουσι διάθεσιν ἔνιοι τῶν δυνατῶν πρὸς τοὺς ἐκτὸς, ὥστε μὴ οἷον ἐλέγχεσθαι τὰς φύσεις διὰ τούτων, τὸ δ' ἐναντίον ἐπισκοτεῖσθαι μᾶλλον. τὸ δ' αὐτὸ καὶ διὰ τὰς τῶν φίλων παραθέσεις εἴωθε συμβαίνειν οὐ μόνον ἡγεμόσι καὶ δυνάσταις καὶ βασιλεῦσιν, ἀλλὰ καὶ πόλεσιν. Ἀθηναίων γοῦν εὕροι τις ἂν ὀλίγα μὲν τὰ πικρὰ, πλεῖστα δὲ τὰ χρηστὰ καὶ σεμνὰ τῆς πολιτείας, Ἀριστείδου καὶ Περικλέους προεστώτων· Κλέωνος δὲ καὶ Χάρητος, τἀναντία. Λακεδαιμονίων ἡγουμένων τῆς Ἑλλάδος, ὅσα μὲν διὰ Κλεομβρότου τοῦ βασιλέως πράττοιτο, πάντα συμμαχικὴν εἶχε τὴν αἵρεσιν· ὅσα δὲ δι' Ἀγησιλάου, τοὐναντίον. ὥστε καὶ τὰ τῶν πόλεων ἔθη ταῖς τῶν προεστώτων διαφοραῖς συμμεταπίπτειν. Φίλιππος δὲ ὁ βασιλεὺς, ὅτε μὲν Ταυρίων ἢ Δημήτριος αὐτῷ συμπράττοιεν, ἦν ἀσεβέστατος· ὅτε δὲ πάλιν Ἄρατος ἢ Χρυσόγονος, ἡμερώτατος. παραπλήσια δέ μοι δοκεῖ τούτοις καὶ τὰ κατ' Ἀννίβαν γεγονέναι. καὶ γὰρ περιστάσεσι παραδόξοις καὶ ποικίλαις ἐχρήσατο, καὶ φίλοις τοῖς ἔγγιστα μεγάλας ἐσχηκόσι διαφορὰς, ὥστε καὶ λίαν ἐκ τῶν κατ' Ἰταλίαν πράξεων δυσθεώρητον εἶναι τὴν τοῦ προειρημένου φύσιν. τὰς μὲν οὖν τῶν περιστάσεων ὑπερβολὰς εὐχερὲς καὶ διὰ τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων καταμαθεῖν· τὰς δὲ τῶν φίλων οὐκ ἄξιον παραλι-

mutationibus temporum flectere se ac conuertere coacti, saepe numero longe diuersum ab ingenio suo institutum foris ostendunt. quare tantum abest, vt huiusmodi factis eorum animus prodatur, quin potius absconditur. Idem ob amicorum gratiam et vsum accidere solet non solum imperatoribus ac principibus et regibus, verum etiam vrbibus. Ab Atheniensibus pauca admodum reperias acerbe facta, plurima vero benigne ac grauiter, quamdiu Aristides et Pericles reipublicae praefuerunt: at contra, dum Cleo et Chares ciuitatis principes fuere. Lacedaemoniis quoque Graeciae principibus, quaecunque rex Cleombrotus gessit, cuncta ex ciuili ac sociali consilio sunt profecta: quae vero sunt ab Agesilao gesta, contrariam speciem habent. Adeo ciuitatum ingenia pro varietate ducum immutantur. Rex item Philippus, quoties Taurione ac Demetrio ministris vtebatur, pessimus erat: quoties vero ex Arati aut Chrysogoni consilio agebat, clementissimus. Idem quoque Hannibali contigisse existimo. nam et varios atque inopinos casus est expertus, et amicorum contraria prorsus indole praeditorum consuetudine vsus est, adeo vt ex his, quae in Italia gessit, difficillimum sit hominis illius ingenium coniicere. Ac casuum quidem, quibus conflictatus est, magnitudinem cum

πεῖν,

πεῖν, ἄλλως τε καὶ διὰ μιᾶς γνώμης * ἱκανὴν τῦ πράγματος ἔμφασιν λαβεῖν. καθ' ὃν γὰρ καιρὸν Ἀννίβας ἐξ Ἰβηρίας τὴν εἰς Ἰταλίαν πορείαν ἐπενόει στέλλεσθαι μετὰ τῶν δυνάμεων, μεγίστης προφαινομένης δυσχρηστίας περὶ τὰς τροφὰς, καὶ τὴν ἑτοιμότητα τῶν ἐπιτηδείων τοῖς στρατοπέδοις, ἅτε καὶ κατὰ τὸ μῆκος ἀνήνυτον ἔχειν τι δοκέσης τῆς ὁδῦ, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν μεταξὺ κατοικέντων βαρβάρων· τότε δοκεῖ καὶ πλεονάκις, ἐν τῷ συνεδρίῳ περὶ τύτυ τῦ μέρυς ἐμπιπτύσης ἀπορίας, εἷς τῶν φίλων, Ἀννίβας ὁ Μονομάχος ἐπικαλέμενος, ἀποφήνασθαι γνώμην, διότι μία τις ὁδὸς αὐτῷ προφαίνεται, δι' ἧς ἐστιν εἰς Ἰταλίαν ἐλθεῖν ἐφικτόν. τῦ δ' Ἀννίβυ λέγειν κελεύσαντος, διδάξαι δεῖν, ἔφη, τὰς δυνάμεις ἀνθρωποφαγεῖν, καὶ τύτῳ ποιῆσαι συνήθεις. ζήτει τὰ λοιπὰ ἐν τῷ περὶ στρατηγημάτων. Ἀννίβας δὲ πρὸς μὲν τὸ τόλμημα καὶ τὸ πρακτικὸν τῆς ἐπινοίας ὐδὲν ἀντειπεῖν ἐδυνήθη· τῦ δὲ πράγματος λαβεῖν ἔννοιαν, ἐθ' αὑτὸν, ὔτε τὺς φίλυς ἐδύνατο πεῖσαι. τύτυ δὲ τἀνδρὸς εἶναί φασιν ἔργα, καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν εἰς Ἀννίβαν ἀναφερόμενα περὶ τῆς ὠμότητος ὐχ ἧττον δὲ καὶ τῶν περιστά-

ex ante dictis, tum ex iis, quae postea memorabimus, discere in promtu est. Amicorum autem illius discrepantiam omittere minime oportet; praesertim cum ex vno exemplo idonea totius rei cognitio percipi possit. Etenim quo tempore Annibal cum copiis in Italiam traiicere cogitabat, cum maxima difficultas sese obiiceret in annona et commeatibus ad alendum militem comparandis, (quippe et ipsa itineris magnitudo atque occurrentium barbarorum numerus ac ferocitas prope inexplicabilem difficultatem afferebat) re saepius in medio proposita, cunctisque e concilio varie ambigentibus, vnus ex Hannibalis amicis Hannibal cognomento Monomachus hanc sententiam dixisse fertur; vnicam sibi porro viam videri, qua in Italiam perueniri possit. Rogante vero Hannibale, eam vt aperiret, ad esum inquit humanae carnis militem condocefaciendum esse. *Reliqua quaerenda sunt in excerptis strategematum.* At Hannibal tum quidem ad huius consilii audaciam et efficaciam nihil habuit, quod opponeret, sed vt rei ipsius periculum faceret, neque ipse, neque amicorum quisquam in animum inducere potuit. Huius Monomachi cuncta illa facinora esse dicuntur, quae sunt in Italia crudeliter gesta, et quae Hannibali vulgo tribuuntur. horum etiam non minima pars

* deest ἐξὸν.

ϱισάσεων. Φιλάργυρός γε μὴν δοκεῖ γεγονέναι διαφερόντως, καὶ φίλῳ χρῆσθαι φιλαργύρῳ, Μάγωνι, τῷ κατὰ τὴν Βρεττίαν χειρίζοντι. ταύτην δὲ τὴν ἱστορίαν ἐγὼ παρέλαβον μὲν καὶ παρ' αὐτῶν Καρχηδονίων. * ἐπιχώριοι γὰρ οὐ μόνον τὰς τῶν ἀνέμων στάσεις, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐγχωρίων ἀνθρώπων ἤθη κάλλιστα γινώσκουσιν. ἔτι δὲ Μασσανάσσου ἀκριβέστερον διήκουσα φέροντος ἀπολογισμοὺς, καθόλου μὲν περὶ πάντων Καρχηδονίων, μάλιστα δὲ περὶ τῆς Ἀννίβου καὶ Μάγωνος, τοῦ Σαυνίτου προσαγορευομένου, φυλαργυρίας. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις ἔφη γενναιότατα κεκοινωνηκότας ἑαυτοῖς πραγμάτων τοὺς προειρημένους ἀπὸ τῆς πρώτης ἡλικίας, καὶ πολλὰς μὲν πόλεις κατ' Ἰβηρίαν, πολλὰς δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν εἰληφότας ἑκατέρους, τὰς μὲν κατακράτος, τὰς δὲ ἐκ παραδόσεως, οὐδέποτε μετεσχηκέναι τῆς αὐτῆς πράξεως ἀλλήλους, ἀλλὰ ἀεὶ μᾶλλον ἑαυτοὺς ἢ τοὺς πολεμίους ** στρατηγεῖν, χάριν τοῦ μὴ συμπαρεῖναι θάτερον θατέρῳ πόλεως καταλαμβανομένης, ἵνα μήτε διαφέρωνται πρὸς σφᾶς ἐκ τῶν τοιούτων, μήτε μερίζωνται τὸ λυσιτελὲς, ἐφαμίλλου τῆς ὑπεροχῆς αὐτῶν ὑπαρχούσης. πλὴν ὅτι γε καὶ τὴν Ἀννίβου φύσιν οὐ μόνον ἡ τῶν φίλων παράθεσις, ἔτι δὲ μᾶλλον ἡ τῶν πραγμάτων περίστασις ἐβιάζετο καὶ μετετίθετο πολλάκις, ἐκ τε τῶν

casibus ac temporibus accepta ferri debet. Ceterum Hannibal supra modum auarus fuisse, atque amico auaro Magone vsus videtur, qui res in Brutiis administrabat. Atque hanc ego rem cum ab ipsis Carthaginiensibus accepi, (indigenae enim non modo ventorum stationes, vt prouerbio dicitur, sed et popularium hominum mores optime norunt) tum a Masinissa distinctius didici. Is in genere de omnium Poenorum, sed maxime de Hannibalis ac Magonis, cognomento Samnitis, auaritia argumenta afferebat. Inter cetera enim aiebat, ante dictos homines iam inde a prima aetate in republica simul versatos, ac multis vrbibus cum in Hispania, tum in Italia partim vi, partim deditione potitos, numquam tamen in eiusdem facti societatem ambos venisse, sed ipsos verius quam hostes id semper prouidisse, vt inuicem disiuncti numquam in expugnatione alicuius oppidi alter alteri occurreret, ne qua inter ipsos dissensio ex huiusmodi rebus oriretur, neue praedam ac lucrum partiri opus esset, cum amborum aequalis foret dignitas. Quod vero non solum amicorum consuetudo, sed et temporum necessitas interdum Hannibalis ingenium detorquebant, tum ex supra dictis, tum ex his,

* Suidas in ἐγχώριον. ** καταστρατηγεῖν.

τε τῶν προειρημένων καὶ τῶν λέγεσθαι μελλόντων ἐςὶ φανερόν. ἅμα γὰρ τῷ γενέσθαι τὴν Καπύην τοῖς Ῥωμαίοις ὑποχείριον, εὐθέως ἦσαν, ὅπερ εἰκὸς, αἱ πόλεις μετέωροι, καὶ περιέβλεπον ἀφορμὰς καὶ προφάσεις τῆς πρὸς Ῥωμαίυς μεταβολῆς. ὅτε δὴ καὶ δοκεῖ μάλισα δυσχρησθεὶς Ἀννίβας εἰς ἀπορίαν ἐμπεσεῖν ὑπὲρ τῶν ἐνεςώτων. ὕτε γὰρ τηρεῖν τὰς πόλεις πάσας πολὺ διεςώσας ἀλλήλων δυνατὸς ἦν, καθίσας εἰς ἕνα τόπον, τῶν πολεμίων, καὶ πλείοσι ςρατοπέδοις ἀντιπαραταττόντων· ὕτε διαιρεῖν εἰς πολλὰ μέρη τὴν αὐτῦ δύναμιν οἷός τ' ἦν. εὐχείρωτος γὰρ ἔμελλε τοῖς ἐχθροῖς ὑπάρξειν, καὶ διὰ τὸ λείπεσθαι τῷ πλήθει, καὶ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι πᾶσιν αὐτοῖς συμπαρεῖναι. διόπερ ἠναγκάζετο, τὰς μὲν προδήλως ἐγκαταλείπειν τῶν πόλεων, ἐξ ὧν δὲ τὰς φρυρὰς ἐξάγειν, ἀγωνιῶν, μὴ κατὰ τὰς μεταβολὰς τῶν πραγμάτων συγκαταφθερῇ τὺς ἰδίυς ςρατιώτας. ἐνίας γὰρ καὶ *παρασπονδῆσαι ὑπέμεινε, μετανιςὰς εἰς ἄλλας πόλεις, καὶ ποιῶν ἀναρπάςυς αὐτῶν τὺς βίυς. ἐξ ὧν προσκόπτοντες οἱ μὲν ἀσέβειαν, οἱ δ' ὠμότητα κατεγίνωσκον. καὶ γὰρ ἁρπαγὴ χρημάτων ἅμα τοῖς προειρημένοις, καὶ φόνοι, καὶ βίαιοι προφάσεις ἐγίγνοντο, διά τε τῶν ἐξιόντων καὶ διὰ τῶν εἰσιόντων ςρατιωτῶν εἰς τὰς πόλεις,

quae deinceps profequemur, clariſſimum fit. Poſtquam enim Capua a Romanis in ditionem redacta eſt, ſtatim cunctae ciuitates animis vt ſolet ſuſpenſae, occaſiones cauſſasque ad Romanos deficiendi circumſpiciebant. Quo tempore Hannibal de praeſenti rerum ſtatu ambigens, maximis difficultatibus conflictatus fuiſſe videtur. Nam neque vniuerſas ciuitates procul inter ſe diſſitas continere poterat ipſe vno in loco ſedens, atque hoſte pluribus locis ſparſo exercitu ingruente, neque in plures partes diſtribuere et carpere copias ſuas poterat, ne hoſti facilem victoriam praeberet, cum et numero inferior eſſet, neque vniuerſis opem ſimul ferre poſſet. Quare cogebatur has quidem ciuitates aperte derelinquere, ex illis vero praeſidium educere, veritus ne fortunae rerumque mutatione etiam milites ſui corrumperentur. quin etiam nonnullos contra foedera violare ſuſtinuit, transductis in alias vrbes ciuibus, atque eorum opibus in praedam conceſſis. Ex quibus cum in offenſionem plurium veniſſet, alii impietatem, alii crudelitatem ei obiiciebant. Nam praeter illa, quae modo memoraui, direptiones bonorum et caedes et violentae calumniae ab egredientibus et ingredientibus in vrbes militibus exercebantur: cum ſinguli exiſtimarent re-

* mſ. ὅὰσ. f. ὅὰν et ἐνίας γοῦν.

λεις, ἑκάστων ὑπειληφότων, ὅσον οὐκ ἤδη τοὺς ὑπολειπομένους μεταβαλεῖσθαι πρὸς τοὺς ὑπεναντίους. ἐξ ὧν καὶ λίαν δυσχερὲς ἀποφήνασθαι περὶ τῆς Ἀννίβου φύσεως, διά τε τὴν τῶν φίλων παράθεσιν, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων περίστασιν. κρατεῖ γε μὴν ἡ φήμη, παρὰ μὲν Καρχηδονίοις ὡς φιλαργύρου, παρὰ δὲ Ῥωμαίοις ὡς ὠμοῦ γενομένου αὐτοῦ.

liquos propediem ad Romanorum partes defecturos esse. Quamobrem difficile admodum est, de Hannibalis ingenio aliquid affirmare, cum ob amicorum consuetudinem, tum ob temporum et casuum varietatem. Fama tamen obtinuit, apud Carthaginienses auarum, apud Romanos vero crudelem eum fuisse.

Ex Libro X.

Ὅτι μέλλοντες ἱστορεῖν τὰ πραχθέντα Ποπλίῳ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, συλλήβδην δὲ πάσας τὰς κατὰ τὸν βίον ἐπιτελεσθείσας αὐτῷ πράξεις, ἀναγκαῖον ἡγούμεθα τὸ προσεπιστῆσαι τοὺς ἀκούοντας ἐπὶ τὴν αἵρεσιν καὶ φύσιν τἀνδρός. * τὸ γὰρ σχεδὸν ἐπιφανέστατον αὐτὸν γεγονέναι τῶν προτοῦ, ζητοῦσι μὲν πάντες εἰδέναι, τίς ποτ' ἦν, καὶ ἀπὸ ποίας φύσεως ἢ τριβῆς ὁρμηθεὶς τὰς τηλικαύτας καὶ τοσαύτας ἐπετελέσατο πράξεις· ἀγνοεῖν δὲ καὶ ψευδοδοξεῖν ἀναγκάζονται, διὰ τὸ τοὺς ἐξηγουμένους ὑπὲρ αὐτοῦ παραπεπαικέναι τῆς ἀληθείας. ὅτι δέ ἐστιν ὑγιὲς τὸ νυνὶ λεγόμενον ὑφ' ἡμῶν, δῆλον ἔσται διὰ τῆς ἡμετέρας ἐξηγήσεως, τοῖς ἐπισημαίνεσθαι δυναμένοις τὰ κάλλιστα καὶ παραβολώτατα τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι, *et cetera, quae edita sunt in lib. 10. cap. 2.*

Dicturi de rebus a P. Scipione in Hispania gestis, atque in vniuersum de omnibus iis, quae toto vitae spatio confecit, necessarium esse duximus, auditorem praemonere de ingenio huius viri atque secta: Nam cum pene omnium superiori memoria celeberrimus extiterit, quis et qualis fuerit scire omnes cupiunt, quaque indole, et quo rerum vsu praeditus tot tantasque res perfecit. Sed coguntur in ignoratione versari, aut certe coniectura falli, propterea quod, qui de illo viro scripsere, multum a veritate aberrarunt: vera autem esse, quae a nobis nunc dicuntur, ex narrationis nostrae serie iis demum patebit, qui pulcherrima ac fortissima illius facinora obseruare possunt. Et scriptores quidem alii omnes. *etc. quae edita sunt in libro 10. cap. 2.*

Ὅτι Εὐρυλέων ὁ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγὸς ἄτολμος ἦν καὶ πολεμικῆς

Euryleo praetor Achaeorum ignauus erat, et a re militari

* f. τῷ.

μικῆς χρείας ἀλλότριος. τοῦ δὲ καιροῦ τοῦ κατὰ τὴν διήγησιν ἐφεστηκότος ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῶν Φιλοποίμενος πράξεων, καθήκειν ἡγούμεθα, καθάπερ καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν τὰς ἑκάστων ἀγωγὰς καὶ φύσεις ἐπειράθημεν ὑποδεικνύναι, καὶ περὶ τούτου ποιῆσαι τὸ παραπλήσιον. καὶ γὰρ ἄτοπον, τὰς μὲν τῶν πόλεων κτίσεις τοὺς συγγραφέας, καὶ πότε, καὶ πῶς, καὶ διὰ τίνων ἐπεκτίσθησαν, ἔτι δὲ τὰς διαθέσεις καὶ περιστάσεις μετ' ἀποδείξεως ἐξαγγέλλειν· τὰς δὲ τῶν τὰ ὅλα χειρισάντων ἀνδρῶν ἀγωνίας καὶ ζήλους παρασιωπᾶν, καὶ ταῦτα τῆς χρείας μεγάλην ἐχούσης τὴν διαφοράν. ὅσῳ γὰρ ἄν τις καὶ ζηλῶσαι καὶ μιμήσασθαι δυνηθείη μᾶλλον τοὺς εὐψύχους ἄνδρας τῶν ἀψύχων κατασκευασμάτων, τοσούτῳ καὶ τὸν περὶ αὐτῶν λόγον διαφέρειν εἰκὸς ἐπανόρθωσιν τῶν ἀκουόντων. εἰ μὲν οὖν μὴ κατ' ἰδίαν ἐπεποιήμεθα τὴν περὶ αὐτοῦ σύνταξιν, ἐν ᾗ διεσαφοῦμεν, καὶ τίς ἦν, καὶ τίνων, καὶ τίσιν ἀγωγαῖς ἐχρήσατο νέος ὤν, ἀναγκαῖον ἦν ὑπὲρ ἑκάστου τῶν προειρημένων φέρειν ἀπολογισμόν. ἐπεὶ δὲ πρότερον ἐν τρισὶ βιβλίοις ἐκτὸς ταύτης τῆς συντάξεως τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ πεποιήμεθα λόγον, τήν τε παιδικὴν ἀγωγὴν διασαφοῦντες, καὶ τὰς ἐπιφανεστάτας πράξεις· δῆλον, ὡς ἐν τῇ νῦν ἐξηγήσει πρέπον ἂν εἴη, τῆς μὲν νεωτερικῆς ἀγωγῆς καὶ τῶν νεωτερικῶν ζήλων κατὰ μέρος ἀφελεῖν, τοῖς δὲ κατὰ τὴν

prorſus alienus. Ceterum cum ad principium rerum Philopoemenis narrationis ordine peruenerimus, operae pretium facturus videor, quemadmodum magnorum omnium virorum ingenium atque inſtitutionem oſtendere conati ſumus, ſi in hoc quoque viro idem praeſtemus. Abſurdum enim ſit, ſcriptores quidem de originibus vrbium, earumque conſtitutionibus et caſibus, quo modo et quando ſunt et a quibus conditae, accurate commemorare; clariſſimorum autem virorum, qui rempublicam geſſerunt, inſtitutionem ac ſtudia praetermittere, cum tamen in altero longe maior ſit vtilitas. Nam quo facilius eſt, viuos ſpirantesque homines, quam inanima aedificia aemulari atque imitari, tanto inſtitutus de huiusmodi viris ſermo praeſtat ad emendationem et fructum auditorum. Quod niſi iam de ante dicto viro proprium volumen compoſuiſſem, in quo et genus hominis et in adoleſcentia educationem aperui, neceſſe nunc mihi eſſet de iisdem rebus ſermonem inſtituere. Sed quoniam tribus iam libris extra hoc hiſtoriae corpus de puerili eius inſtitutione ac celeberrimis factis abunde diſſerui, conſentaneum in praeſenti fuerit, de eius quidem adoleſcentis educatione ac ſtudiis minuta quaeque ac ſingularia detrahere, iis vero, quae virili aetate geſſit, quorum

τὴν ἀκμὴν αὐτοῦ κεφαλαιωδῶς ἐκεῖ δεδηλωμένοις ἔργοις προσθεῖναι καὶ κατὰ μέρος, ἵνα τὸ πρέπον ἑκατέρᾳ τῶν συντάξεων τηρῶμεν. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ὁ τόπος, ὑπάρχων ἐγκωμιαστικὸς, ἀπῄτει τὸν κεφαλαιώδη καὶ μετ᾽ αὐξήσεως τῶν πράξεων ἀπολογισμὸν, οὕτως ὁ τῆς ἱστορίας, κοινὸς ὢν ἐπαίνου καὶ ψόγου, ζητεῖ τὸν ἀληθῆ καὶ τὸν μετὰ ἀποδείξεως καὶ τῶν ἑκάστοις παρεπομένων συλλογισμῶν. Φιλοποίμην τοίνυν πρῶτον μὲν ἔφυ καλῶς· ἦν γὰρ ἐξ ἀνδρῶν τῶν ἐπιφανεστάτων κατ᾽ Ἀρκαδίαν, τραφεὶς δὲ καὶ παιδευθεὶς ὑπὸ Κλέανδρον Μαντινέα, πατρικὸν μὲν αὐτοῖς ξένον ὑπάρχοντα, φυγαδεύοντα δὲ κατ᾽ ἐκείνους τοὺς καιροὺς, ὄντα δὲ Μαντινέων ἐπιφανέστατον. μετὰ δὲ ταῦτα παραγενόμενος εἰς ἡλικίαν ἐγένετο ζηλωτὴς Ἐκδήμου καὶ Δημοφάνους, οἳ τὸ μὲν γένος ἦσαν ἐκ Μεγάλης Πόλεως, φεύγοντες δὲ τοὺς τυράννους, καὶ συμβιώσαντες Ἀρκεσίλᾳ τῷ φιλοσόφῳ κατὰ μὲν τὴν φυγὴν, ἠλευθέρωσαν μὲν τὴν αὑτῶν πατρίδα, συστησάμενοι δὲ κατ᾽ Ἀριστοδήμου τοῦ τυράννου πρᾶξιν. συνελάβοντο δὲ καὶ τῆς καταλύσεως τοῦ Σικυωνίων τυράννου Νικοκλέους, κοινωνήσαντες Ἀράτῳ τῆς ἐπιβολῆς. ἔτι δὲ Κυρηναίων αὐτοὺς μεταπεμψαμένων, ἐπιφανῶς προὔστησαν καὶ διεφύλαξαν αὐτοῖς τὴν ἐλευθερίαν. οἷς κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν ἐπὶ πολὺ συμβιώσας, διέφερε μὲν εὐθέως τῶν καθ᾽ αὑτὸν, περί τε τὰς ἐν τοῖς κυνηγίοις κακοπα-

summa dumtaxat capita ibi delibauimus, nunc sigillatim cuncta adiicere, vt in vtroque opere decorum seruetur. Nam quemadmodum rerum per capita narrationem cum amplificatione ille laudationis locus postulabat, ita hic historiae locus, medius inter laudem ac vituperationem, verum ac minime fucatum cum demonstratione atque omnium consequentium nexu sermonem requirit. Igitur Philopoemen, claro genere ortus, (siquidem eius maiores totius Arcadiae erant clarissimi) altus atque institutus est a Cleandro Mantiniensi, paterno hospite, viro Mantiniensium omnium principe, qui tunc temporis forte exulabat. Postea adolescentiam ingressus, Ecdemum ac Demophanem sectari coepit. Hi genere Megalopolitani erant, ceterum tyrannorum odio patria profugi, atque Arcesilai philosophi conuictu vsi, cum exules essent, tamen libertatem patriae suae restituerunt, conspiratione in Aristodemum tyrannum facta. quin etiam in euertendo Nicocle, Sicyoniorum tyranno, Aratum opera sua adiuuerunt. praeterea a Cyrenaeis euocati, praeclare eis praefuerunt, ac libertatem eis suam conseruarunt. Horum in conuictu diu versatus in adolescentia Philopoemen, breui inter aequales suos enituit, et audacia et laboribus cum in bello,

κοπαθείας καὶ τόλμας, περί τε τὰς ἐν τοῖς πολεμικοῖς. ἦν δὲ καὶ περὶ τὸν βίον ἐπιμελὴς, καὶ λιτὸς κατὰ τὴν περικοπὴν, παρειληφὼς παρὰ τῶν προειρημένων ἀνδρῶν τοιαύτας τινὰς δόξας, ὡς ἐχ οἷόν τε τῶν κοινῶν προςατεῖν καλῶς τὸν ὀλιγωρȣ̃ντα τῶν κατὰ τὸν ἴδιον βίον, ἔτε μὴν ἀποσχέσθαι τῶν τῆς πατρίδος, ὅςις πολυτελέςερον ζῇ τῆς κατὰ τὴν ἰδίαν ὕπαρξιν χορηγίας. πλὴν κατασταθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἱππάρχης ἐν τοῖς προειρημένοις καιροῖς, καὶ παραλαβὼν τὰ συντάγματα τῶν ἱππέων παντὶ τρόπῳ κατεφθαρμένων, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνδρῶν ἡττημένας· ἐ μόνον αὐτὲς ἑαυτῶν βελτίες, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπεναντίων κρείττες ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατεσκεύασε, πάντας εἰς ἀληθινὴν ἄσκησιν καὶ ζῆλον ἐπιτευκτικὸν ἐμβιβάσας. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων οἱ πλεῖςοι, καὶ τῶν καθιςαμένων ἐπὶ τὴν προειρημένην ἀρχὴν, οἱ μὲν διὰ τὴν ἰδίαν ἀδυναμίαν ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἐδὲ τοῖς πλησίον τολμῶσιν * ἐδὲν ὧν καθήκει προςάττειν, οἱ δὲ τῆς ςρατηγίας ὀρεγόμενοι διὰ ταύτης τῆς ἀρχῆς ἐξεριθεύονται τὲς νέες, καὶ παρασκευάζεσιν εὔνες συναγωνιςὰς εἰς τὸ μέλλον, ἐκ ἐπιτιμῶντες τῷ δεομένῳ, δι᾽ ἒ τρόπε σώζεται τὰ κοινὰ, συμπεριςέλλοντες τὰς ἁμαρτίας, καὶ μικρᾷ χάριτι μεγάλα βλάπτοντες τὲς πιςεύοντας. εἰ δέ ποτε γένοιντο τῶν ** ἀρχόντων τινὲς

tum in venando fortiter tolerandis. Erat autem et in ipſo victu accuratus, et in omni apparatu tenuis, cum hanc ſententiam a ſupra dictis viris accepiſſet, fieri non poſſe, vt is reipublicae recte praeſſet, qui in priuata vita eſſet negligens, neque a diripienda publica pecunia ſibi temperaturum, qui ſumtuoſius viueret, quam priuati reditus ferrent. Iis autem, quae modo dicebam, temporibus praefectus equitum ab Achaeis creatus, cum equitum turmas omnibus modis corruptas atque animis penitus fractas accepiſſet, non ſolum meliores, quam antea fuiſſent, ſed etiam hoſtibus praeſtantiores breui temporis ſpatio praeſtitit, omnibus ad veram exercitationem atque efficax aemulandi ſtudium excitatis. Nam plerique alii, in eo magiſtratu conſtituti, partim ob imperitiam pugnae equeſtris, ne proximis quidem quidquam, quod facto opus eſt, mandare poſſunt, partim quod praeturam votis appetunt, hoc magiſtratu iuuenes ſibi deuinciunt, atque eorum gratiam ac beneuolentiam ſibi in poſterum ad ſuffragia comparánt, minime obiurgando, cum res poſtulat, (qua ratione respub. conſeruatur) ſed diſſimulando delicta, ac parua eiusmodi gratia maximum iis damnum inferentes, a quibus praefecturam equitum acceperunt. Quod ſi qui interdum praefecti re-

 τῇ τε

* mſ. ἐδένων καθίκειν προςατεῖν. ** f. ἱππαρχόντων.

τῇ τε κατὰ σῶμα χρείᾳ δυνατοὶ, πρός τε τὸ τῶν κοινῶν ἀπέχεσθαι πρόθυμοι, πλείω κακὰ τῶν ὀλιγωρέντων διὰ τὴν κακοζηλωσίαν ἀπεργάζονται τὲς πεζὲς, ἔτι δὲ μᾶλλον τὲς ἱππεῖς. Ζήτει ἐν τῷ περὶ στρατηγημάτων.

periantur, rei militaris peritia ac robore praediti, et ab omni peculatu longe alieni: ii tamen ob prauam aemulationem grauius corrumpunt pedites, ac multo magis equites, quam qui officio suo desunt. *Reliqua petenda sunt ex strategematum excerptis.*

Ὅτι Φίλιππος, ὁ βασιλεὺς Μακεδόνων, μετὰ τὸ ἐκτελέσαι τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα, αὖθις εἰς Ἄργος ἐπανῆλθε, καὶ τὸ μὲν διάδημα καὶ τὴν πορφύραν ἀπέθετο, βελόμενος αὐτὸν ἴσον τοῖς πολλοῖς καὶ πρᾶόν τινα καὶ δημοτικὸν ὑπογράφειν· ὅσῳ δὲ τὴν ἐσθῆτα δημοτικωτέραν περιετίθετο, τοσέτῳ τὴν ἐξεσίαν ἐλάμβανε μείζω καὶ μοναρχικωτέραν. ὲ γὰρ ἔτι τὰς χήρας ἐπείρα γυναῖκας, ὲδὲ τὰς ὑπάνδρες ἠρκεῖτο μοιχεύων· ἀλλ' ἐκ προστάγματος, ἣν αὐτῷ φανείη, προπέμψας ἐκάλει, ταῖς δὲ μὴ προχείρως συνυπακεέσαις ἐνύβριζε, κώμες ποιέμενος ἐπὶ τὰς οἰκίας. καὶ τῶν μὲν τὲς υἱεῖς, τῶν δὲ τὲς ἄνδρας ἀνακαλέμενος ἐπὶ προφάσεσιν ἀλόγοις διέσειεν, καὶ πολλὴν ἀσέλγειαν ἐναπεδείκνυτο καὶ παρανομίαν. διὸ καὶ χρώμενος τῇ κατὰ τὴν παρεπιδημίαν ἐξεσίᾳ ἀναίδην, πολλὲς ἐλύπει τῶν Ἀχαιῶν, καὶ μάλιστα τὲς μετρίες ἄνδρας· πιεζόμενοι δὲ βίᾳ, τῷ πανταχόθεν αὐτοῖς περιεστάναι τὸν πόλεμον, ἠναγκάζοντο καρτερεῖν καὶ φέρειν τὰ παρὰ φύσιν.

Philippus, Macedonum rex, curatis Nemeorum ludis Argos regressus est, posito diademate ac purpura, vt eo pacto ceteris se in speciem aequaret, comemque ac popularem ostenderet. Verum quanto ciuiliorem habitum induerat, tanto maiorem sibi ac magis regiam licentiam sumserat. Neque enim iam mulieres viduas sollicitabat, aut maritas; sed si qua oculis placuerat, pro imperio ad se euocabat. quae non illico paruissent, iis contumeliam faciebat, pro aedibus earum comissabundus. atque harum quidem liberos, harum viros accitos varia causatus territabat, maximamque impudentiam ac libidinem ostentabat. Quamobrem cum, quamdiu Argis moratus est, insolenter potentia abusus esset, multos ac praecipue modestissimum quemque Achaeorum offendit: tamen ob bella, quae vndique imminebant, inuiti iniuriam ferre cogebantur.

Ὅτι Φιλίππε ὲτ' ἀγαθὰ μείζω τις σχοίη πρὸς βασιλείαν ὲδεὶς τῶν

Nemo e superioribus regibus plures virtutes Philippo,

τῶν πρότερον, ὐδὲ κακὰ τύτυ τῦ βασιλέως. καὶ μοι δοκεῖ τὰ μὲν ἀγαθὰ φύσει περὶ αὐτὸν ὑπάρξαι· τὰ δὲ κακὰ προβαίνοντι κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐπιγενέσθαι, καθάπερ ἐνίοις ἐπιγίνεται γηράσκυσι τῶν ἵππων. * ἅπερ ἡμεῖς ὐκ ἐν τοῖς προοιμίοις, ὥσπερ τῶν λοιπῶν συγγραφέων, προφερόμεθα τὰς τοιαύτας διαλήψεις· ἀλλ' ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, αἰεὶ τὸν καθήκοντα λόγον ἁρμόζοντες, ἀποφαινόμεθα περί τε τῶν βασιλέων καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, νομίζοντες, ταύτην οἰκειοτέραν εἶναι καὶ τοῖς γράφυσι καὶ τοῖς ἀναγινώσκυσι τὴν ἐπισημασίαν.

nemo eodem plura vitia ad regnum attulit. ac mihi videntur virtutes quidem a natura ei insitae fuisse, vitia vero processu aetatis accessisse, quemadmodum senescentibus equis euenire solet. De quibus nos non in prooemio, quod ceteri scriptores facere consueuerunt, sententiam nostram proponimus; sed vbi ad res ipsas ventum est, consentaneum iis sermonem accommodantes, de principibus viris ac regibus iudicium nostrum affirmamus. huiusmodi enim obseruationem arbitramur cum scriptori tum legentibus commodiorem esse.

Τέλος τῦ δεκάτυ λόγυ τῆς Πολυβίυ ἱςορίας.

Finis libri X.

Ex Libro XI.

Ὅτι Φίλιππος πορευθεὶς ἐπὶ τὴν Τριχωνίδα λίμνην, καὶ παραγενόμενος εἰς τὸν Θέρμον, ἔνθα ἦν ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ὅσα πρότερον ἀπέλειπε τῶν ἀναθημάτων, τότε πάλιν ἅπαντα διελωβήσατο, κακῶς μὲν προτῦ, κακῶς δὲ τότε χρώμενος τῷ θυμῷ. τὸ γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὀργιζόμενον εἰς τὸ θεῖον ἀσεβεῖν, τῆς πάσης ἀλογιςίας ἐςὶ σημεῖον.

Philippus ad Trichonidem paludem progressus, postquam Thermum aduenit, quo in oppido Apollinis templum erat, quaecunque ex donariis prius intacta reliquerat, tum omnia rursus disturbauit, et tunc et antea prauo animi impetu actus. Nam ex concepto aduersus homines furore ad violandos etiam Deos ferri, summae dementiae est.

Ex Libro XII.

Ὅτι πολλὰ ἱςορεῖ ψευδῆ ὁ Τίμαιος, ὥς φησι Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης, καὶ δοκεῖ τὸ παράπαν ὐκ ἄπειρος ὢν ὐδενὸς τῶν τοιύτων,

Multa huiusmodi Timaeus mala fide retulit. Ac mihi quidem videtur minime harum rerum ignorantia lapsus,

* inſ. καθάπερ.

τοιούτων, ὑπὸ δὲ τῆς φιλονεικίας ἐπισκοτούμενος, ὅταν ἅπαξ ἢ ψέγειν, ἢ τοὐναντίον ἐγκωμιάζειν τινὰ προθῆται, πάντων ἐπιλανθάνεται, καὶ πολύ τι τοῦ καθήκοντος παρεκβαίνει. πλὴν ταῦτα μὲν ἡμῖν ὑπὲρ Ἀριστοτέλους εἰρήσθω, πῶς καὶ τίσι προσέχων τοιαύτην ἐποιήσατο τὴν περὶ τῶν Λοκρῶν ἐξήγησιν. τὰ δὲ λέγεσθαι μέλλοντα περὶ Τιμαίου καὶ τῆς ὅλης συντάξεως αὐτοῦ, καὶ καθόλου περὶ τοῦ καθήκοντος τοῖς πραγματευομένοις ἱστορίαν, τοιάνδε τινὰ λήψεται τὴν ἀπάντησιν. ὅτι μὲν οὖν ἀμφότεροι κατὰ τὸν εἰκότα λόγον πεποίηνται τὴν ἐπιχείρησιν, καὶ διότι πλείους εἰσὶ πιθανότητες ἐν τῇ κατ' Ἀριστοτέλην ἱστορίᾳ, δοκῶ, πᾶς ἄν τις ἐκ τῶν εἰρημένων ὁμολογήσειεν· ἀληθὲς μέντοι γε καὶ καθάπαξ διαστῆναι περί τινος οὐδέν ἐστιν ἐν τούτοις. οὐ μὴν ἀλλ' ἔστω, τὸν Τίμαιον εἰκότα λέγειν μᾶλλον. διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν δεήσει πᾶν ῥῆμα καὶ πᾶσαν φωνὴν ἀκούειν, καὶ μόνον οὐ θανάτου κρίσιν ὑπέχειν, τοὺς ἐν ταῖς ἱστορίαις ἧττον εἰκότα λέγοντας; οὐ δήπου. τοῖς μὲν γὰρ κατ' ἄγνοιαν ψευδογραφοῦσιν ἔφαμεν δεῖν διόρθωσιν εὐμενικὴν καὶ συγγνώμην ἐξακολουθεῖν, τοῖς δὲ κατὰ προαίρεσιν, ἀπαραίτητον κατηγορίαν. ἢ δεικτέον οὖν, τὸν Ἀριστοτέλην κατὰ τὸν ἄρτι λόγον τὰ περὶ Λοκρῶν εἰρηκότα χάριτος, ἢ κέρδους, ἢ διαφορᾶς ἕνεκεν, ἢ μηδὲ τολμῶντας τοῦτο λέγειν ὁμολογητέον, ἀγνοεῖν καὶ παραπαίειν τοὺς τοιαύτῃ χρωμένους ἀπεχθείᾳ καὶ

ſed potius pertinacia occaecatus, quoties laudare aliquem aut vituperare ſtatuit, repente ſui ipſius obliuiſci, atque omnes officii leges excedere. Atque haec quidem pro Ariſtotele a nobis dicta ſint, cur et quibus argumentis impulſus haec de Locris commemorauit. Ceterum occaſionem hinc opportune nactus videor, de tota Timaei hiſtoria atque in vniuerſum de hiſtorici officio deinceps narrandi. Igitur vtrumque ex coniectura dumtaxat locutum eſſe, atque Ariſtotelis narrationem veri eſſe ſimiliorem, cuncti, vt arbitror, ex iis, quae diſſerui, ſatis intelligunt: vt vero his in rebus veritatem diſtincte aſſequaris atque aſſeueres, ne fieri quidem poteſt. ſed fingamus, ſi placet, Timaeum probabiliora dixiſſe. Ideone eos, qui minus probabilia afferunt, adeo acerbe accipi oportebit, ac tantum non capitis iudicium ſubire? Minime vero. Etenim iis, qui ignorantia lapſi falſa in hiſtoriis retulere, veniam ac correctionem beniuole commodandam eſſe oſtendimus: qui autem id facinus conſilio admiſere, eos citra veniae ſpem obiurgandos. Aut igitur ea, quae Ariſtoteles de Locris prodidit, gratiae aut vtilitati aut inimicitiae dediſſe monſtrandus eſt, aut, ſi nemo eſt, qui id aſſerere auſit, fateri oportet, grauiter aberrare eos, qui eiusmodi odio et acerbitate fe-

πικρίᾳ κατὰ τῶν πέλας, οἵᾳ κέχρηται Τίμαιος κατὰ Ἀριστοτέλους. Φησὶ γὰρ, αὐτὸν εἶναι θρασὺν, εὐχερῆ, προπετῆ, πρὸς δὲ τούτοις κατατετολμηκέναι τῆς τῶν Λοκρῶν πόλεως, εἰπόντα τὴν ἀποικίαν αὐτῶν εἶναι δραπετῶν οἰκετῶν, μοιχῶν, ἀνδραποδιστῶν. καὶ ταῦτα λέγειν αὐτὸν, Φησὶν, οὕτως ἀξιοπίστως, ὥστε δοκεῖν ἕνα τῶν ἐστρατηγηκότων ὑπάρχειν, καὶ τοὺς Πέρσας ἐν ταῖς Κιλικίαις πύλαις ἄρτι παρατάξει νενικηκότα διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, ἀλλ᾽ οὐ σοφιστὴν ὀψιμαθῆ καὶ μισητὸν ὑπάρχοντα, καὶ τὸ πολυτίμητον ἰατρεῖον ἀρτίως ἀποκεκλεικότα, πρὸς δὲ τούτοις εἰς πᾶσαν αὐλὴν καὶ σκηνὴν ἐμπεπηδηκότα, πρὸς δὲ, γαστρίμαργον, ὀψαρτυτὴν, ἐπὶ στόμα Φερόμενον ἐν πᾶσι. δοκεῖ δή μοι τὰ τοιαῦτα μόλις ἄνθρωπος ἀγύρτης καὶ προπετὴς ἐπὶ δικαστηρίου ῥιψολογῶν ἀνεκτὸς Φανῆναι· μέτριος μὲν γὰρ οὐ δοκεῖ. συγγραφεὺς δὲ κοινῶν πράξεων καὶ προστάτης ἱστορίας ἀληθινὸς, οὐδ᾽ ἂν αὐτὸς αὐτῷ διανοηθῆναι, * μή τοι δὴ καὶ γράφειν τολμῆσαι τοιοῦτον. σκεψώμεθα δὴ καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ Τιμαίου προαίρεσιν, καὶ τὰς ἀποφάσεις συγκρίνωμεν ἐκ παραθέσεως, ἃς πεποίηται περὶ τῆς αὐτῆς ἀποικίας, ἵνα γνῶμεν, πότερος ἄξιος ἐστι τῆς τοιαύτης κατηγορίας. Φησὶ τοιγαροῦν κατὰ τὴν αὐτὴν βίβλον, οὐκέτι κατὰ τὸν αὐτὸν εἰκότα λόγον χρώμενος τοῖς ἐλέγχοις, ἀλλ᾽

* mſ. μήτι.

runtur, cuiusmodi Timaeus in Ariſtotelem eſt vſus. Ait enim, audacem illum ac leuem et temerarium fuiſſe, ac de ciuitate Locrorum gnauiter mentitum, cum coloniam ex fugitiuis mancipiis moechis ac plagiariis collectam eſſe dixit: atque haec illum ea auctoritate affirmare, quaſi vnus e ducibus fuiſſet, et ad Cilicias portas nouiſſime Perſas fudiſſet, ac non potius odioſus feroque eruditus eſſet ſophiſta, atque is, qui celebrem pharmacopolae officinam paullo ante clauſiſſet. Praeterea paraſitum eundem appellat, qui in aulas atque aedes omnes vltro inſilire ſolitus ſit, et helluonem, et cuppedinarium, ac gulae vbique ſeruientem. Quod ſi quis ex illa circumforanea ac petulanti multitudine huiusmodi verba in iudicio effutiret, ne ferendus quidem mihi videtur, quippe modeſtiae fines transgreſſus; ſcriptorem autem rerum geſtarum ac germanum auctorem hiſtoriae nunquam huiusmodi quidquam cogitaturum, nedum ſcriptis mandaturum eſſe arbitror. ſed inſpiciamus propius Timaei ſententiam, et vtriusque rationes, quibus de hac colonia vterque eſt vſus, inuicem componamus, vt manifeſtius fiat, vter magis reprehenſionem meretur. Affirmat igitur eodem in libro Timaeus, ſe haudquaquam coniectura nuda adductum, ſed certiſſi-

ἀληθινῶς αὐτὸς ἐπιβαλὼν εἰς τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα Λοκρὰς, ἐξετάζειν τὰ περὶ τῆς ἀποικίας. τὰς δὲ πρῶτον μὲν ἐπιδεικνύειν αὐτῷ συνθήκας ἐγγράπτας, ἔτι καὶ νῦν διαμενάσας πρὸς τὰς ἐξαπεσαλμένας, αἷς ὑπογεγράφθαι τὴν ἀρχὴν τοιαύτην· ὡς γονεῦσι πρὸς τέκνα. πρὸς δὲ τάτοις εἶναι δόγματα, καθ' ἃ πολιτείαν ὑπάρχειν ἑκατέροις παρ' ἑκατέροις. καθόλα δὲ ἀκάοντας τὴν Ἀριστοτέλας ἐξήγησιν περὶ τῆς ἀποικίας, θαυμάζειν τὴν ἰταμότητα τᾶ συγγραφέως. μεταβὰς δὲ πάλιν ἐπὶ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρὰς, εὑρίσκειν ἀκολάθας καὶ τὰς νόμας, φησὶ, τὰς παρ' αὐτοῖς, καὶ τὰς ἐθισμὰς, ἀ τῇ τῶν οἰκετῶν ῥᾳδιεργίᾳ, τῇ δὲ τῶν ἐλευθέρων ἀποικίᾳ. πάντως γὰρ καὶ τοῖς ἀνδραποδισαῖς ἐπιτίμια τετάχθαι παρ' αὐτοῖς, ὁμοίως τοῖς μοιχοῖς, τοῖς δραπέταις, ὧν ἀδὲν ἂν ὑπάρχειν, εἰ συνείδησαν αὐτοῖς ἐκ τοιάτων πεφυκόσι. πρῶτον δὴ διαπορήσαι τις ἂν, πρὸς τίνας τῶν Λοκρῶν παραγενόμενος ἐπυνθάνετο περὶ τάτων. εἰ μὲν γὰρ συνέβαινε, καθάπερ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρὰς μίαν πόλιν ἔχειν, ἅτω καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα· τυχὸν ἀκ ἔδει διαπορεῖν, ἀλλ' ἦν ἂν εὐθεώρητον. ἐπεὶ δὲ δύω ἔθνη Λοκρῶν ἐσὶ, πρὸς ποτέρας ἦλθε καὶ πρὸς ποίας πόλεις τῶν ἑτέρων, καὶ παρὰ τίσιν εὗρε τὰς συνθήκας ἀναγεγραμμένας; ἀδὲν γὰρ ἡμῖν διασαφεῖται τάτων.

mis argumentis exploratam rei veritatem tenere. Ad Locros enim, qui in Graecia ſunt, profectum ſe eſſe narrat, atque hos primum quidem ſibi foedera oſtendiſſe in tabulis inciſa, quae etiamnum viſuntur, quibus huiusmodi praefixum ſit exordium, *vt parentes erga liberos decet.* Praeterea etiam decreta publica extare, quibus ciuitatis ius commune inter ſe habeant. Denique, audita Ariſtotelis narratione de hac colonia, temeritatem hominis miratos eſſe. Deinde ad Locros, qui in Italia incolunt, delatum, leges apud illos et conſuetudines huiusmodi reperiſſe ſe teſtatur, quae non mancipiorum leuitati, ſed ingenuorum hominum coloniae conuenirent. poenas quin etiam aduerſus plagiarios, itidemque in adulteros ac fugitiuos ab illis eſſe conſtitutas. quae certe numquam feciſſent, ſi conſcii ſibi eſſent, ſe ex eiusmodi hominibus originem ducere. Sed primo quidem iure quis dubitauerit, quosnam e Locris, in Graeciam delatus, de his rebus interrogauit. Nam ſi quemadmodum Locri, qui in Italia ſunt, ita etiam in Graecia Locri vnam ciuitatem haberent, nullus dubitationi locus ſupereſſe videretur. Iam vero cum duae ſint in Graecia gentes Locrorum, vtram gentem, quas vrbes alterius e ſupra dictis gentibus adiit Timaeus? apud quos foedera illa conſcripta re-

καὶ

καί τοι διότι τοῦτ' ἴδιόν ἐστι Τιμαίου, καὶ ταύτῃ παρημίλληται τοὺς ἄλλους συγγραφέας καὶ καθόλου τῇ δέ πῃ * τῆς ἀποδοχῆς. (λέγω δὲ κατὰ τὴν ἐν τοῖς χρόνοις καὶ ταῖς ἀναγραφαῖς ἐπίφασιν τῆς ἀκριβείας, καὶ τὴν περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπιμέλειαν) δοκῶ πάντες γινώσκομεν. διὸ καὶ θαυμάζειν ἐστὶν ἄξιον, πῶς οὔτε τὸ τῆς πόλεως ὄνομα, παρ' οἷς εὗρεν, οὔτε τόπον, ἐν ᾧ συμβαίνει τὴν συνθήκην ἀναγεγράφθαι, διεσάφησεν ἡμῖν, οὔτε τοὺς ἄρχοντας τοὺς δείξαντας αὐτῷ τὴν ἀναγραφὴν, καὶ πρὸς οὓς ἐποιεῖτο τὸν λόγον, ἵνα μηδενὶ διαπορεῖν ἐξῇ, ἀλλ' ὡρισμένου τοῦ τόπου καὶ τῆς πόλεως ἐνῇ τοῖς ἀμφισβητοῦσιν εὑρεῖν τὴν ἀκρίβειαν. ὁ δὲ πάντα ταῦτα παραλελοιπὼς, δῆλός ἐστι συνειδὼς αὐτῷ κατὰ πρόθεσιν ἐψευσμένῳ. διότι γὰρ τῶν τοιούτων ἐπιλαβόμενος οὐδὲν ἂν παρέλειπε Τίμαιος, ἀλλὰ ** πρὶν τὸ δὴ λεγόμενον ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν ἐπέφυ, προφανὲς ἐκ τούτων. ὁ γὰρ πρὸς τὴν Ἐχεκράτους πίστιν ἀπερεισάμενος ἐπ' ὀνόματος, *** πῶς φησὶ περὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρῶν ποιήσασθαι τοὺς λόγους, καὶ παρ' οὗ πυθέσθαι περὶ τούτων, καὶ προσεξειργασμένος, ἵνα μὴ φανῇ τοῦ τυχόντος ἀκηκοὼς, ὅτι συνέβαινε, τὸν τούτου πατέρα πρεσβείας κατηξιῶσθαι πρότερον ὑπὸ Διονυσίου· ἦπου γ' ἂν οὗτος δημοσίας ἀναγραφῆς ἐπιλαβόμενος, ἢ παραδοσίμου στήλης παρεσιώπησεν;

perit? nihil enim de his distincte docet. Et tamen proprium id esse Timaei, atque hoc vno illum cum ceteris scriptoribus contendere, et historiam suam maxime iactare, studium dico ac diligentiam in temporum rerumque notatione, omnes, vt opinor, intelligimus. Quamobrem mirari subit, cur neque vrbis nomen, in qua id reperit, neque locum, in quo id foedus incisum est, nec magistratus, a quibus commentarios accepit, et cum quibus collocutus est, nobis commemorauit, ne cui dubitandi locus relinqueretur, sed vrbe ac loco designatis rei veritas requiri posset. Igitur qui haec omnia praetermisit, conscius sibi esse mendacii deprehenditur. Nam Timaeum, si quid huiusmodi nactus esset, numquam id omissurum fuisse, sed ambabus, quod aiunt, vlnis amplexurum, ex his perspicuum est. Nam qui Echecratis testimonio nominatim innititur, (quocum ait se de Locris, qui in Italia sunt, sermonem habuisse, et a quo id sese accepisse memorat,) atque vt ne ab leui ac spernendo auctore audiisse videatur, illud adiungit, huius Echecratis patrem mandatu Dionysii tyranni olim legationem obiisse, an idem vmquam publicum scriptum aut antiquam tabulam nactus reticuisset?

* deest τυγχάνει. ** leg. ἀπρὶξ. *** leg. πρὸς ὄν.

ὁ γὰρ τὰς συγκρίσεις ποιέμενος ἀνέκαθεν τῶν Ἐφόρων πρὸς τὲς βασιλεῖς τὲς ἐν Λακεδαίμονι, καὶ τὲς ἄρχοντας τὲς Ἀθήνησι καὶ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει παραβάλλων πρὸς τὲς Ὀλυμπιονίκας, καὶ τὰς ἁμαρτίας τῶν πόλεων περὶ τὰς ἀναγραφὰς τὰς τέτων ἐξελέγχων παρὰ τρίμηνον ἐχέσας τὸ διαφέρον, ὗτός ἐςι. καὶ μὴν ὁ τὰς ὀπισθοδόμες ςήλας, καὶ τὰς ἐν ταῖς Φλιαῖς τῶν νεῶν προξενίας ἐξευρηκὼς, Τίμαιός ἐςιν· ὃν ὔθ᾽ ὑπάρχον τι τῶν τοιέτων ἀγνοεῖν, ὔθ᾽ εὑρόντα παραλιπεῖν πιςευτέον, ὔτε ψευσαμένῳ συγγνώμην δοτέον ὐδαμῶς. πικρὸς γὰρ γεγονὼς καὶ ἀπαραίτητος ἐπιτιμητὴς τῶν πέλας, εἰκότως ἂν καὶ ὑπὸ τῶν πλησίον αὐτὸς ἀπαραιτήτε τυγχάνοι κατηγορίας. ὐ μὴν ἀλλὰ προφανῶς ἐν τέτοις ἐψευσμένος, μεταβὰς ἐπὶ τὲς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρὲς, πρῶτον μέν φησι, τήν τε πολιτείαν καὶ τὰ λοιπὰ φιλάνθρωπα τοῖς Λοκροῖς ἀμφοτέροις Ἀριςοτέλη καὶ Θεόφραςον κατεψεῦσθαι τῆς πόλεως. ἐγὼ δ᾽ ὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὅτι * καὶ ταύτῃ τῇ πραγματείᾳ ἀναγκασθήσομαι παρεκβαίνειν διοριζόμενος καὶ διαβεβαιέμενος περὶ τέτων· ὐ μὴν ἀλλὰ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν εἰς ἕνα τόπον ὑπερεθέμην τὸν περὶ Τιμαίε λόγον, ἵνα μὴ πολλάκις ἀναγκάζωμαι τῦ καθήκοντος ὀλιγωρεῖν.

Etenim hic ipſe eſt, qui ephoros a prima inſtitutione cum Spartanorum regibus comparat, qui magiſtratus Athenienſium, et ſacerdotes Iunonis apud Argiuos cum Olympiorum victoribus confert, et qui in commentariis publicis ciuitatum errorem hac in re admiſſum ob trimeſtris ſpatii differentiam redarguit. Hic eſt, qui tabulas poſt aedem ſacram, qui apud Phliaſios monumenta publici hoſpitii primus reperit: ipſe, inquam, Timaeus, quem neque huiusmodi quidquam ignoraſſe fas eſt, neque, cum inueniſſet, praeteriiſſe credendum, nec ſi eſt mentitus, vllatenus ei condonandum eſt. Nam cum alios ipſe acerbe atque inclementer obiurgare ſoleat, iure merito ab aliis pari inclementia tractabitur. Ceterum in his reus manifeſti mendacii conuictus, vbi ad Locros in Italia degentes transiuit, primum quidem Ariſtotelem ait ac Theophraſtum in his, quae ad rempublicam Locrorum et ciuilia apud vtrosque Locros inſtituta pertinent, mentitos eſſe. Ego vero non ambigo, mihi in hoc opere neceſſe fore ab inſtituto curſu interdum diuertere, vt meam de huiusmodi rebus ſententiam proferam ac confirmem. Sed tamen vel eo maxime ſum adductus, vt hunc de Timaeo ſermonem vnum in locum conferrem, ne ſaepius a propoſito recedere cogerer.

Ὅτι

* f. κἀν.

"Οτι Τίμαιός φησι, Δημοχάρην ἡταιρηκέναι μὲν τοῖς ἄνω μέρεσι τοῦ σώματος, οὐκ εἶναι δ' ἄξιον τὸ ἱερὸν πῦρ φυσᾶν, ὑπερβεβηκέναι δὲ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὰ Βότρυος ὑπομνήματα καὶ τὰ Φιλαινίδος καὶ τῶν ἄλλων ἀναισχυντογράφων. ταύτην δὲ τὴν λοιδορίαν καὶ τὰς ἐμφάσεις οὐχ οἷον ἄν τις διέθετο πεπαιδευμένος ἀνὴρ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀπὸ τέγους ἀπὸ τοῦ σώματος εἰργασμένων οὐδείς, οὐδ' ἵνα πιστὸς φανῇ κατὰ τὴν αἰσχρολογίαν καὶ τὴν ὅλην ἀναισχυντίαν. καὶ προσκατέψευσται τἀνδρὸς κωμικόν τινα μάρτυρα προσεπισπασάμενος ἀνώνυμον. πόθεν δ' ἐγὼ καταστοχάζομαι τοῦτο; πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ πεφυκέναι καὶ τετράφθαι καλῶς Δημοχάρην, ἀδελφιδοῦν ὄντα Δημοσθένους. δεύτερον ἐκ τοῦ μὴ μόνον στρατηγίας αὐτὸν ἠξιῶσθαι παρ' Ἀθηναίοις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν, ὧν οὐδὲν ἂν αὐτῷ συνεξέδραμε τοιαύταις ἀτυχίαις παλαίοντι. διὸ καὶ δοκεῖ μοι Τίμαιος οὐχ οὕτω Δημοχάρους κατηγορεῖν, ὡς Ἀθηναίων, οἳ τοιοῦτον ἄνδρα προῆγον, καὶ τοιούτῳ τὴν πατρίδα καὶ τοὺς ἰδίους βίους ἐνεχείριζον. ἀλλ' οὐκ ἔστι τούτων οὐδέν. οὐ γὰρ ἂν Ἀρχέδικος ὁ κωμῳδιογράφος ἔλεγε ταῦτα μόνος περὶ Δημοχάρους, ὡς Τίμαιός φησιν· ἀλλὰ πολλοὶ μὲν ἂν τῶν Ἀντιπάτρου φίλων, καθ' οὗ πεπαρρησίασται πολλὰ καὶ δυνάμενα λυπεῖν οὐ μόνον αὐτὸν Ἀντίπατρον, ἀλλὰ καὶ

Idem Timaeus ſcribit, Democharem ſuperioribus corporis partibus impudicum fuiſſe, neque dignum, qui ignem ſacrum flatu accenderet, eundemque Botryis ac Philaenidis, aliorumque huiusmodi laſciuiae ſcriptorum commentarios obſcoenitate ſua ſuperaſſe. Iſtud vero conuicium atque eam turpitudinem non ſolum nemo paullo humanior protulerit, ſed ne vllus quidem ex iis, qui in fornice quaeſtum corpore fecerunt. Hic deinde vt ſuis obſcoenis atque impudentibus maledictis fidem adſtrueret, mendacium quoque aduerſus eundem virum confinxit, comico quodam absque nomine teſte aduocato. Ceterum mentiri Timaeum ego inde coniicio, primum quod Demochares et natus eſt et educatus liberaliter, quippe Demoſthenis ſororis filius, deinde quod non praetura ſolum, ſed et ceteris honoribus ab Athenienſibus eſt ornatus, quae profecto numquam eſſet adeptus, ſi huiusmodi probris contaminatus fuiſſet. Itaque Timaeus mihi quidem videtur non tam Democharem, quam Athenienſes conuiciis inceſſere, qui talem virum euexerint, eique rempub. ac ſingulorum vitam commendarint. ſed longe aliter ſe res habet. neque enim Archedicus, poeta Comicus, haec vnus de Demochare dixiſſet, vt vult Timaeus, ſed cum ex Antipatri familiaribus multi, in quem Demochares multa dixit, quae non ipſum

τὰς

τοὺς ἐκείνου διαδόχους καὶ φίλους γεγονότας, πολλοὶ δὲ τῶν ἀντιπεπολιτευμένων, ὧν ἦν καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεύς. οὗ κεῖνος οὐ τὴν τυχοῦσαν πεποίηται κατηγορίαν ἐν ταῖς ἱστορίαις, φάσκων, αὐτὸν τοιοῦτον γεγονέναι προστάτην τῆς πατρίδος, καὶ ἐπὶ τούτοις σεμνύνεσθαι κατὰ τὴν πολιτείαν, ἐφ᾽ οἷς ἂν καὶ τελώνης σεμνυνθείη βάναυσος. ἐπὶ γὰρ τῷ πολλὰ καὶ λυσιτελῶς πωλεῖσθαι κατὰ τὴν πόλιν, καὶ δαψιλῆ τὰ πρὸς τὸν βίον ὑπάρχειν, πᾶσιν ἐπὶ τούτοις φησὶ μεγαλαυχεῖν αὐτόν. καὶ διότι κοχλίας αὐτόματος βαδίζων προηγεῖτο τῆς πομπῆς αὐτῷ σίαλον ἀναπτύων, σὺν δὲ τούτοις ἄνθρωποι διεπέμποντο διὰ τοῦ θεάτρου, * διότι δὴ πάντων τῶν τῆς Ἑλλάδος καλῶν ἡ πατρὶς παρακεχωρηκυῖα τοῖς ἄλλοις, ἐποίει Κασσάνδρῳ τὸ προσταττόμενον, ἐπὶ τούτοις αὐτὸν οὐκ αἰσχύνεσθαί φησιν. ἀλλ᾽ ὅμως οὔτε Δημήτριος, οὔτ᾽ ἄλλος οὐδεὶς εἰρήκει περὶ Δημοχάρους τοιοῦτον οὐδέν. ἐξ ὧν ἐγὼ, βεβαιοτέραν τὴν τῆς πατρίδος ἡγούμενος μαρτυρίαν, ἢ τὴν Τιμαίου πικρίαν, θαρσῶν ἀποφαίνομαι, μηδενὶ τὸν Δημοχάρους βίον ἔνοχον εἶναι τῶν τοιούτων κατηγορημάτων. καίπερ εἰ κατ᾽ ἀλήθειαν ὑπῆρχέ τι τοιοῦτον ἀτύχημα περὶ Δημοχάρην, ποῖος καιρὸς ἢ ποία πρᾶξις ἠνάγκασε Τίμαιον ταῦτα κατατάττειν εἰς τὴν ἱστορίαν; καθάπερ γὰρ οἱ νοῦν ἔχοντες, et

* deeſt ᾄδοντες.

modo Antipatrum, ſed eius etiam haeredes atque amicos offendere poterant, tum vero plurimi ex iis, qui diuerſas in repub. partes ſequebantur, inter quos fuit et Demetrius Phalereus, quem quidem ille non leuiter in hiſtoria ſua perſtrinxit. Ait enim, eam eius adminiſtrationem fuiſſe, atque eiusmodi rebus inſignem, propter quas publicanus aliquis aut vilis opifex ſeſe efferant. Nam quod multa in vrbe vili precio vaeneant, quodque abundent copiae ad victum neceſſariae, eo maxime Demetrium gloriari ſcribit, et quod teſtudo fidicularum ope gradiens, ac ſaliuam expuens, in pompa ei praeibat, ac praeterea per theatrum iuuenes dimittebantur canentes, Athenienſium ciuitatem, conceſſa ceteris Graecis omnium honeſtarum rerum gloria, Caſſandro in omnibus dicto audientem eſſe. atque illum ait horum non puduiſſe. Et tamen neque Demetrius, neque alius quisquam huiusmodi quid de Demochare dixit. Quo fit, vt teſtimonium patriae Timaei acerbitati anteponendum eſſe ratus, conſtanter affirmare auſim, Democharis vitam ab omni eiusmodi crimine puram atque integram fuiſſe. Sed tametſi hac culpa reuera laboraſſet Demochares, quae vero res aut ratio Timaeum cogebat, id vt hiſtoriae mandaret? Nam quemadmodum viri prudentes, etc. *quae leguntur in lib. 12. cetera,*

cetera, quae leguntur in lib. 12. cap. 6. vsque ad illa γεγονότα ἐν ταῖς ἱστορίαις. ἡμεῖς δὲ τὸ μὲν ἐπιμετροῦν τῆς ἀπεχθείας αὐτοῦ χάριν ἀφήκαμεν, τὰ δ' οἰκεῖα τῆς προθέσεως αὐτῶν οὐ παρελείψαμεν.

cap. 6. vsque ad illa verba. Quae gesta sunt, non commemoret. *quibus adde.* Nos vero id, quod nimium videbatur, odii illius caussa reiecimus; quod autem eius instituto conueniebat, non praetermisimus.

Ὅτι κατὰ τοῦ Ἐφόρου Τίμαιος πλείστην πεποίηται καταδρομὴν, αὐτὸς ὢν δυσὶν ἁμαρτήμασιν ἔνοχος· τῷ μὲν, ὅτι πικρῶς κατηγορεῖ τῶν πέλας ἐπὶ τούτοις, οἷς αὐτὸς ἔνοχός ἐστιν, τῷ δὲ, διότι καθόλου διέφθαρται τῇ ψυχῇ, τοιαύτας ἀποφάσεις ἐκτιθέμενος ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν, καὶ τοιαύτας ἐντίκτων δόξας τοῖς ἐντυγχάνουσι. πλὴν εἰ τὸν Καλλισθένην θετέον εἰκότως κολασθέντα μεταλλάξαι τὸν βίον, τί χρὴ πάσχειν Τίμαιον; πολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον τούτῳ νεμεσήσαι τὸ δαιμόνιον ἢ Καλλισθένει. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀποθεοῦν Ἀλέξανδρον οὐκ ἐβουλήθη· Τίμαιος δὲ μείζω ποιεῖ Τιμολέοντα τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν. καὶ Καλλισθένης μὲν ἄνδρα τοιοῦτον, ὃν πάντες μεγαλοφυέστερον ἢ κατ' ἄνθρωπον γεγονέναι τῇ ψυχῇ συγχωροῦσιν· οὗτος δὲ Τιμολέοντα, τὸν οὐχ οἷον δόξαντά τι πεπραχέναι μεγαλεῖον, ἀλλ' οὐδ' ἐπιβαλλόμενον, μίαν δὲ τῷ βίῳ γραμμὴν διανύσαντα, καὶ ταύτην οὐδὲ σπουδαίαν τρόπον τινὰ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς οἰκουμένης, λέγω δὲ τὴν ἐκ τῆς πατρίδος εἰς Συρακούσας. ἀλλά μοι δοκεῖ πεισθῆναι Τίμαιος, ὡς, ἂν Τιμολέων, πεφιλοδοξηκὼς ἐν αὐτῇ Σικελίᾳ, καθά-

Idem Timaeus Ephorum vehementer insectatus est, cum ipse duobus peccatis sit obnoxius: vni quidem, quod alios acerbe criminetur ob ea maxime delicta, quibus ipse constringitur, alteri vero, quod ingenio fuerit plane corrupto, qui eiusmodi sententias commentariis suis prodiderit, easque opiniones legentium animis infuderit. Sed si Callisthenem merito poenas dedisse statuendum est, quid Timaeum pati oportet? Huic enim multo iustius numen infensum fuerit, quam Callistheni. quippe Callisthenes Alexandrum in deorum numerum referre noluit: Timaeus vero Timoleontem supra omnes deos attollit. Et Callisthenes quidem eum virum, quem omnes praestantiore vi mentis, quam humana ferat conditio, fuisse consentiunt: hic vero Timoleontem, qui non modo nihil magnificum videtur gessisse, sed ne suscepisse quidem, et qui vnicum in tota vita spatium decucurrit, atque illud parum illustre prae orbis terrarum magnitudine, interuallum scilicet, quod est Corintho Syracusas vsque. Sed prorsus mihi videtur Timaeus persuasum habuisse, si Timoleon, qui in sola Sicilia

καθάπερ ἐν ὀξυβάφῳ, σύγκριτος φανῇ τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν ἡρώων, κἂν αὐτὸς, ὑπὲρ Ἰταλίας μόνον καὶ Σικελίας πραγματευόμενος, εἰκότως παραβολῆς ἀξιωθῆναι τοῖς ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν καθόλου πράξεων πεποιημένοις τὰς συντάξεις. περὶ μὲν οὖν Ἀριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου, καὶ Καλλισθένους, ἔτι δ' Ἐφόρου καὶ Δημοχάρους ἱκανὰ τά θ' ἡμῖν ἐστὶ πρὸς τὴν Τιμαίου καταδρομὴν, ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀφιλοτίμως πεπεισμένους ἀληθεύειν τὸν συγγραφέα τοῦτον.

Ὁτι διαπορεῖν ἐστὶ περὶ τῆς αἱρέσεως Τιμαίου. Φησὶ γὰρ, τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφέας διὰ τὸν ὑπεράνω πλεονασμὸν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι διαφαίνειν τὰς ἑαυτῶν φύσεις, λέγων, τὸν μὲν ποιητὴν ἐκ τοῦ * δαιτρεύειν πολλαχοῦ τῆς ποιήσεως ὡσανεὶ γαστρίμαργον παρεμφαίνειν· τὸν δ' Ἀριστοτέλην, ὀψαρτύοντα πλεονάκις ἐν τοῖς συγγράμμασιν, ὀψοφάγον εἶναι καὶ λίχνον. τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τοῦ Διονυσίου τοῦ τυράννου, κλινοκοσμοῦντος, καὶ τὰς τῶν ὑφασμάτων ἰδιότητας καὶ ποικιλίας ἐξεργαζομένου συνεχῶς, ἀνάγκη τὴν ἀκόλουθον ποιεῖσθαι διάληψιν, καὶ δυσαρεστεῖσθαι κατὰ τὴν προαίρεσιν. οὗτος γὰρ ἐν μὲν ταῖς τῶν πέλας κατηγορίαις πολλὴν ἐπιφαίνει δεινότητα καὶ τόλμαν· ἐν δὲ ταῖς ἰδίαις ἀποφάσεσιν ἐνυ-

tamquam in acetabulo gloriam captaſſet, celeberrimis tamen heroibus comparandus eſſe videretur, ita et ſeipſum, tametſi de Italia tantum ac Sicilia tractauiſſet, cum iis ſcriptoribus merito comparatum iri, qui vniuerſi orbis hiſtoriam condiderunt. Haec igitur pro Ariſtotele ac Theophraſto et Calliſthene, itemque pro Ephoro ac Demochare, aduerſus Timaei conuicia dicta ſufficiant, ſimulque aduerſus eos, qui hunc ſcriptorem absque ambitione veritatem proferre perſuaſum habent.

De Timaei autem ſecta atque inſtituto merito quis dubitauerit. Etenim ipſe dicit, poetas et hiſtoricos frequenti earundem vocum in ſcriptis ſuis repetitione ingenia ſua prodere ſolere, atque Homerum, quod hoc verbo δαιτρεύειν (quod eſt cibos diſtribuere) ſaepius vtitur, helluonem ſeſe ſatis oſtendere. Ariſtotelem quoque, qui ſuis in commentariis paſſim obſonia condiat, obſonii appetentem et catillonem fuiſſe. Idem de Dionyſio tyranno, qui lectos ornaret diligenter, et velorum bonitatem ac varietatem ſtudioſe inquireret et aſſidue. Ita etiam de Timaeo conſequenter exiſtimandum eſt, vario ac moroſo ingenio illum fuiſſe. Etenim in aliorum quidem vitiis obiurgandis magnam grauitatis et celſi animi ſpeciem

πνίων

* Suidas in δαιτρεύειν.

πνίων καὶ τεράτων καὶ * θυμῶν ἀπιθάνων, καὶ συλλήβδην δεισιδαιμονίας ἀγεννῦς καὶ τερατείας γυναικώδους ἐςὶ πλήρης. ὐ μὴν ἀλλὰ διότι γε συμβαίνει, διὰ τὴν ἀπειρίαν καὶ κακοκρισίαν πολλὰς ἐνίοτε καθάπερ εἰς τὸν παρόντα τρόπον τινὰ μὴ παρεῖναι, καὶ βλέποντας μὴ βλέπειν, ἐκ τῶν εἰρημένων γε νῦν καὶ τῶν Τιμαίῳ συμβεβηκότων γέγονε φανερόν.

Ὅτι περὶ τῦ ταύρυ τῦ χαλκῦ, τῦ παρὰ Φαλαρίδος κατασκευασθέντος ἐν Ἀκράγαντι, εἰς ὃν ἐνεβίβαζεν ἀνθρώπυς, κἄπειτα πῦρ ὑποκαίων ἐλάμβανε τιμωρίαν παρὰ τῶν ὑποταττομένων τοιαύτην, ὥςε ἐκπυρυμένυ τῦ χαλκῦ, τὸν μὲν ἄνθρωπον πανταχόθεν παροπτόμενον καὶ περιφλεγόμενον διαφθείρεσθαι, κατὰ δὲ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀλγηδόνος ὁπόταν βοήσειεν, μυκηθμῷ παραπλήσιον τὸν ἦχον ἐκ τῦ κατασκευάσματος προσπίπτειν τοῖς ἀκύυσι. τύτυ δὲ τῦ ταύρυ κατὰ τὴν ἐπικράτειαν Καρχηδονίων μετενεχθέντος ἐξ Ἀκράγαντος εἰς Καρχηδόνα, καὶ τῆς θυρίδος διαμενύσης περὶ τὰς συνομοσίας, δι᾽ ἧς συνέβαινε καθίεσθαι τὺς ἐπὶ τὴν τιμωρίαν, καὶ ἑτέρας αἰτίας, δι᾽ ἣν ἐν Καρχηδόνι κατεσκευάσθη τοιῦτος ταῦρος, ὐδαμῶς δυναμένης εὑρεθῆναι τὸ παράπαν· ὅμως Τίμαιος ἐπέβαλε καὶ τὴν κοινὴν φήμην ἀνασκευάζειν, καὶ τὰς ἀπο-

ostendit; in suis vero narrationibus ipse somniis et prodigiis refertus est, et fabulis ab omni fide remotis, ac postremo degeneri ac muliebri superstitione. Igitur nonnullis prae imperitia ac iudicii prauitate vsuuenire, vt, cum praesentes sint, tamen abesse videantur, et videntes quodammodo non videant, ex his quae Timaeo contigisse ostendimus, perspici potest.

Agrigenti taurus olim aeneus fuit, a Phalaride fabricatus, in quem homines viuos immittebat, ac deinde supposito igne miseros eo supplicio cruciabat, vt aere concalefacto inclusi et vndique ardentes interirent; ac si quando prae doloris acerbitate exclamarent, sonus mugienti tauro similis exaudiretur. hic taurus cum iis temporibus, quibus Poeni Siciliae imperium obtinebant, Agrigento Carthaginem translatus sit, maneatque etiamnum fenestra circa eius interscaplia, qua damnati immittebantur, cumque nulla demum alia caussa reperiri potuerit, propter quam huiusmodi taurus Carthagine fabricatus sit: nihilominus Timaeus communem ac perulgatam famam euertere est aggressus, et poetarum atque

* leg. μύθων ex Suida in δεισιδαιμονία.

ἀποφάσεις τῶν ποιητῶν καὶ συγγραφέων ψευδοποιεῖν, φάσκων, μήτ' εἶναι τὸν ἐν Καρχηδόνι ταῦρον ἐξ Ἀκράγαντος, μήτε γεγονέναι τοιοῦτον ἐν τῇ προειρημένῃ πόλει. καὶ πολλοὺς δέ τινας εἰς τοῦτο τὸ μέρος διατέθειται λόγους, κατὰ τῆς Τιμαίου, τί ποτε δεῖ λέγειν ὄνομα καὶ ῥῆμα· πάντα γὰρ ἐπιδέχεσθαί μοι δοκεῖ τὰ πικρότατα τὸ γένος, οἷς ἐκεῖνος κέχρηται κατὰ τῶν πλησίον. ὅτι μὲν οὖν ἐστὶ φιλαπεχθὴς, καὶ ψεύστης, καὶ τολμηρὸς, σχεδὸν ἱκανῶς ἐκ τῶν προειρημένων ὑπεδείχθη. διότι δ' ἀφιλόσοφός ἐστι καὶ συλλήβδην ἀναγωγὸς συγγραφεὺς, ἐκ τῶν λέγεσθαι μελλόντων ἔσται συμφανές. ἐν γὰρ τῇ μιᾷ καὶ εἰκοστῇ βίβλῳ, καὶ ταύτης ἐπὶ τελευτῇ, λέγει κατὰ τὴν τοῦ Τιμολέοντος παράκλησιν ταῦτα· διότι τῆς γῆς, τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης, εἰς τρία μέρη διῃρημένης, καὶ τῆς μὲν Ἀσίας, τῆς δὲ Λιβύης, τῆς δ' Εὐρώπης προσαγορευομένης. ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον Τίμαιον εἰρηκέναι τις ἂν πιστεύσειεν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν λεγόμενον Μαργίτην ἐκεῖνον. τίς γὰρ οὕτως ἐστὶν ἀδαὴς οὐ λέγω τῶν πρὸς ὑπομνήμασι γεγονότων;

historicorum testimonia falsi conuincere. Affirmat enim, taurum, qui Carthagine est, Agrigento aduectum non esse, neque eiusmodi taurum Agrigenti vmquam extitisse. atque in hanc sententiam multa dicit, aduersus illam Timaei, quomodo appellem nescio. nullum est enim tam acerbum genus conuicii, quo ille aduersus alios vtitur, quod huic illius facto non arbitrer conuenire. Rixosum igitur ac mendacem illum fuisse atque impudentem, satis superque in superioribus ostendimus. Quod vero philosophiae imperitus, prorsusque indoctus scriptor fuerit, ex his quae mox dicentur perspicuum fiet. Nam in primo et vicesimo libro, sub finem, in illa Timoleontis exhortatione haec ait, „*cum orbis terrarum sit omnis* „*diuisus in tres partes, et haec* „*quidem Asia, illa autem Africa, tertia Europa appelletur.* Haec porro, non dico Timaeum, sed ne Margitem quidem illum protulisse, credibile nulli videatur. quis est enim adeo ignarus non illorum, qui historias conscribunt?

Ex Libro XIII.

Ὅτι Αἰτωλοὶ διά τε τὴν συνέχειαν τῶν πολέμων, καὶ διὰ τὴν πολυτέλειαν τῶν βίων, ἔλαθον οὐ μόνον ἄλλους, ἀλλὰ καὶ σφᾶς αὐτοὺς κατάχρεοι γενηθέντες. διόπερ οἰκείως διακείμενοι πρὸς καινοτομίαν τῆς οἰκείας πολιτείας,

Aetoli cum ob bellorum assiduitatem, tum ob suum in priuata vita luxum paullatim ac sine sensu grauissimum aes alienum contraxerunt. Quare ad res nouas animis propensi duumuiros legibus scri-

εἵλον-

εἵλοντο νομογράφους Δωρίμαχον καὶ Σκόπαν, θεωροῦντες τούτους κατά τε τὰς προαιρέσεις κινητικοὺς ὑπάρχοντας, καὶ κατὰ τὰς οὐσίας ἐνδεδεμένους εἰς πολλὰ τῶν βιωτικῶν συναλλαγμάτων. οἳ καὶ παραλαβόντες τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἔγραψαν νόμους.

bendis constituerunt, Dorimachum et Scopam, quos et ingenio factiosos esse norant, et quod ad facultates spectat, multis delictorum nominibus implicitos. Hi accepta potestate leges scripsere.

Ὅτι Σκόπας, ὁ Αἰτωλῶν στρατηγὸς, ἀποτυχὼν τῆς ἀρχῆς, ἧς χάριν ἐτόλμα γράφειν τοὺς νόμους, μετέωρος ἦν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. ταῖς γὰρ ἐκεῖθεν ἐλπίσι πεπεισμένος ἀναπληρώσειν τὰ λείποντα τοῦ βίου, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ πλεῖον ἐπιθυμίαν. ἀλλ᾽ ἀκόρεστος ἦν. τούτῳ γὰρ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀφικομένῳ, πρὸς ταῖς ἐκ τῶν * ὑπέρων ὠφελείαις, ὧν ἦν αὐτὸς κύριος, διὰ τὸ πιστεύεσθαι περὶ τῶν ὅλων, καὶ τῆς ἡμέρας ἑκάστης ὀψώνιον ἐξέθηκεν ὁ βασιλεὺς, αὐτῷ μὲν δεκαμναιαῖον, τοῖς δὲ ἐπί τινος ἡγεμονίας μετὰ ταῦτα τεταγμένοις μναιαῖον. ἀλλ᾽ ὅμως οὐκ ἠρκεῖτο τούτοις, ὃς τὸ πρότερον προσκαρτερῶν τῷ πλείονι διετέλεσε, μέχρι διὰ τὴν ἀπληστίαν καὶ παρ᾽ αὐτοῖς τοῖς διδοῦσι φθονηθεὶς, τὸ πνεῦμα προσέθηκε τῷ χρυσίῳ.

Scopas, Aetolorum praetor, frustratus principatu, cuius maxime caussa leges conscribere ausus fuerat, Alexandriam cogitabat, ratus, sese illius vrbis opibus inopiam suam atque immensam animi cupiditatem facile expleturum; sed reuera cupiditate erat inexplebili. Namque Alexandriam delatus, praeter commoda atque emolumenta militiae, cui ipse praefectus erat, cum rerum summa eius fidei committeretur, in singulos dies decem minas stipendii nomine ab rege accipiebat; ceteris in inferiori gradu constitutis vnica mina dabatur. Neque his tamen contentus, adhuc plura, vt antea, concupiscebat, donec ob huiusmodi cupidinem etiam ipsis, qui ei tantas opes largiebantur, inuisus, auro simul ac spiritu priuatus est.

Ὅτι Ἡρακλείδης, *et cetera, quae leguntur in lib. 13. cap. 2.*

Enimuero Heraclides, *etc. quae leguntur in lib. 13. cap. 2.*

Ὅτι Δαμοκλῆς, ὁ μετὰ Πυθίωνος πεμφθεὶς κατάσκοπος πρὸς Ῥωμαίους, ὑπηρετικὸν ἦν σκεῦος, εὐφυὲς, καὶ πολλὰς ἔχον ἀφορμὰς εἰς πραγμάτων οἰκονομίαν.

Erat Damocles industrius minister, et ad res tractandas apprime vtilis. Is tum vna cum Pytnione ad speculanda Romanorum consilia missus fuerat.

Ὅτι

* leg. ὑπαίθρων.

"Οτι τῶν Λακεδαιμονίων τύραννος Νάβις ἔτος ἤδη τρίτον ὑπῆρχεν. ὃς ὁλοσχερὲς μὲν ἐδὲν ἐπεβάλετο, etc. quae leguntur in lib. 13. vſque ad διέφθειρε τῶν ἐξαρνεμένων· καὶ τὰ λοιπὰ δ' ἦν τέτοις ὅμοια καὶ σύςοιχα κατὰ τὴν ἀρχήν. ἐκοινώνει μὲν γὰρ τοῖς Κρησὶ τῶν κατὰ θάλατταν λῃςειῶν· εἶχε δὲ καθ' ὅλην τὴν Πελοπόννησον ἱεροσύλες, ὁδοιδοκὲς, Φονέας, οἷς μερίτης γενόμενος τῶν ἐκ τῆς ῥᾳδιεργίας λυσιτελῶν, ὁρμητήριον καὶ καταφυγὴν παρείχετο τέτοις τὴν Σπάρτην. πλὴν κατά γε τὲς καιρὲς τέτες ξένοι τῶν ἀπὸ τῆς Βοιωτίας εἰς τὴν Λακεδαίμονα παρεπιδημήσαντες ἐψυχαγώγησάν τινα τῶν τε Νάβιδος ἱπποκόμων, ὥςε συναποχωρῆσαι μεθ' ἑαυτῶν, ἔχοντα λευκὸν ἵππον, ὃς ἐδόκει γενναιότατος εἶναι τῶν ἐκ τῆς τυραννικῆς ἱπποςάσεως. τέτε δὲ πειθέντος καὶ πράξαντος τὸ προειρημένον, καταδιώξαντες οἱ παρὰ τε Νάβιδος εἰς τὴν Μεγάλην Πόλιν, καὶ καταλαβόντες, τὸν μὲν ἵππον εὐθὺς ἀπῆγον καὶ τὸν ἱπποκόμον, ἐδενὸς ἀντιποιεμένε, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τοῖς ξένοις ἐπέβαλον τὰς χεῖρας. οἱ δὲ Βοιωτοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἠξίεν ἄγειν αὐτὲς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν· ἐδενὸς δὲ προσέχοντος, ἀνεβόα τις τῶν ξένων, βοήθεια. συνδραμόντων δὲ τῶν ἐγχωρίων καὶ μαρτυρομένων τὲς ἄνδρας ἐπανάγειν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ἠναγκάσθησαν προϊέμενοι τὲς ἀνθρώπες οἱ παρὰ τε Νάβιδος ἀπελθεῖν.

Nabis Lacedaemoniorum tyrannus, *et cetera, quae extant in libro 13. cap. 4. vſque ad illa verba*, hoc modo multos ſuſtulit, qui pecunias dare recuſabant. Reliqua erant in eius imperio his ſimilia ac conſentanea. Maritimarum enim praedarum ſocietatem cum Cretenſibus inierat, ac per vniuerſam Peloponneſum ſacrilegos, latrones et ſicarios ſparſos habebat, quibus ipſe, particeps lucri huiusmodi ſcelere parti, arcem ac refugium Spartam praebebat. Forte iis temporibus peregrini, ex Boeotia Lacedaemonem profecti, quendam ex Nabidis equiſonibus ſollicitauerant, vt cum ipſis vna iter faceret, capto prius equo albo, qui totius regii ſtabuli generoſiſſimus habebatur. cumque aſſenſiſſet equiſo, repente miſſi a Nabide ſatellites comprehenſum Megalopoli equiſonem cum equo abduxere, nemine refragante: mox peregrinis etiam manus iniecere. At Boeoti initio quidem poſtulabant, vt ad vrbis magiſtratum ducerentur: ſed cum nemo commoueretur, quidam ex illis ciuium fidem implorare contenta voce coepit. Concurſu repente incolarum facto, cum ad magiſtratum ducendos eſſe omnibus placeret, miſſi a Nabide ſatellites, dimiſſis peregrinis, abſcedere ſunt coacti. At Nabis, qui

ὁ δὲ

ὁ δὲ * πάλιν ζητῶν ἀφορμὰς ἐγκλημάτων καὶ πρόφασιν εὔλογον διαφορᾶς, τότε λαβόμενος ταύτης, εὐθέως ἤλαυνε τὰ Προαγόρȣ θρέμματα καί τινων ἑτέρων. ἐξ ὧν ἐγένετο ἀρχὴ τȣ̃ πολέμȣ.

qui criminandi cauſſas ac ſpecioſum belli praetextum iam pridem quaerebat, hunc tum nactus, continuo Proagorae aliorumque armenta hoſtiliter abegit, quod principium belli fuit.

Ex Libro XIV.

Ὅσῳ δέ τινες ἐπαπορȣ̃ντες, πῶς ἡμεῖς, τὰς ἄλλας πράξεις ἁπάσας κατ' ἐνιαυτὸν γράφοντες τὰς παραλλήλȣς, περὶ μόνων τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐν καιρῷ ** τῷ σὺν ἐκ πλείονος χρόνȣ πεποιήμεθα τὴν ἐξήγησιν· ἡμεῖς δὲ τȣ̃το πεποιήκαμεν διά τινας τοιαύτας αἰτίας. Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς, περὶ ȣ̃ νῦν ὁ λόγος, ὁ Φιλοπάτωρ, μετὰ τὸ συντελεσθῆναι τὸν περὶ Κοίλην Συρίαν πόλεμον, ἀποσὰς πάντων τῶν καλῶν, ἐτράπη πρὸς βίον ἄσωτον καὶ τοιȣ̃τον, οἷον ἀρτίως διεληλύθαμεν, ζήτει. ἐνέλειπε γὰρ φύλλα μη'. ἐν οἷς περὶ τȣ̃ Πτολεμαίȣ ἐνεφέρετο καὶ Ἀρσινόης. ὀψὲ δέ ποτε βιασθεὶς ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἐνέπεσεν εἰς τὸν νῦν δεδηλωμένον πόλεμον, ὃς χωρὶς τῆς εἰς ἀλλήλȣς ὠμότητος καὶ παρανομίας, ὔτε παράταξιν, ὔτε ναυμαχίαν, ὔτε πολιορκίαν, ȣ̓θ' ἕτερον ȣ̓δὲν ἔσχε μνήμης ἄξιον. διόπερ ὑπέδραμεν, ὕτω κἀμοὶ τῷ γράφοντι ῥᾳδίαν ἔσεσθαι, καὶ τοῖς ἀναγινώσκȣσιν εὐμαθεστέραν τὴν διήγησιν, εἰ μὴ κατ' ἐνιαυ-

Ne quis autem forte miretur, cur, cum ſingulis annis res omnes geſtas coniunctim ſcribere ſoleamus, in ſolis Aegypti rebus commemorandis tanto a tempore repetitam narrationem inſtituimus, velim is ſciat, huiusmodi rationibus nos maxime eo adductos eſſe. Ptolemaeus rex, de quo hic ſermo eſt, cognomento Philopator, confecto in Coeleſyria bello, a ſtudio rerum honeſtarum ad luxurioſum ac perditum viuendi genus ſe contulit, vt proxime a nobis oſtenſum eſt. (*Reliqua quaerenda. Deerant enim* XLVIII. *folia, in quibus de Ptolemaeo et Arſinoe continebatur.*) Sero tandem rerum neceſſitate compulſus in id bellum incidit, de quo nunc agimus. quo quidem in bello praeter mutuam crudelitatem atque inhumanitatem, nullum pedeſtre, nullum nauale praelium, nulla obſidio, nihil denique quidquam memoria dignum extitit. Quamobrem cum ſcribenti mihi, tum legentibus faciliorem et planiorem fore narrationem exi-

* leg. πάλαι. ** leg. τόσην.

ἐνιαυτὸν ἐπιψαύων μικρῶν καὶ ἐκ ἀξίων ἐπιστάσεως πραγμάτων ἀποδιδοίην τὸν λόγον, ἀλλ' εἰσάπαξ οἱονεὶ σωματοειδῆ ποιήσας τὴν τȣ̃ βασιλέως προαίρεσιν ἀπαγγείλαιμι περὶ αὐτῆς.

istimaui, si non per singulos annos minima quaeque nec obseruatu digna carpens atque delibans verba facerem; sed simul ac semel quasi vnó corpore complexus huius regis studia ac mores aperirem.

Ex Libro XV.

Ὅτι Μολπαγόρας τις ἦν παρὰ τοῖς Κίοις, ἀνὴρ καὶ λέγειν καὶ πράττειν ἱκανὸς, κατὰ δὲ τὴν αἵρεσιν πλεονέκτης. ὃς πρὸς χάριν ὁμιλῶν τῷ πλήθει, καὶ τȣ̀ς εὐκαιρȣ̃ντας τοῖς βίοις ὑποβάλλων τοῖς ὄχλοις, καί τινας μὲν εἰς τέλος ἀναιρῶν, τινὰς δὲ φυγαδεύων, καὶ τὰς ȣ̓σίας τὰς τȣ́των δημεύων, καὶ διαδιδȣ̀ς τοῖς πολλοῖς, ταχέως τῷ τοιȣ́τῳ τρόπῳ περιεποιήσατο μοναρχικὴν ἐξȣσίαν.

Molpagoras quidam fuit apud Cianos, vir cum ad dicendum, tum ad agendum promtus, sed ingenio ambitiosus. Is populi beneuolentiam captans, et locupletissimos homines damnandos populo obiiciens, nonnullis etiam neci datis, aut in exilium pulsis, bona eorum publicans, atque inter multitudinem diuidens, breui regiam potestatem sibi comparauit.

Ὅτι ὁ Φίλιππος κύριος γενόμενος τῆς τῶν Κιανῶν πόλεως περιχαρὴς ἦν, ὡς καλήν τινα καὶ σεμνὴν πρᾶξιν * ἐπιτελεσάμενος, *et cetera, quae edita sunt in lib. 15. cap. 22.*

At Philippus vrbis Cianorum potitus, *etc. quae extant libro 15. cap. 22.*

Ὅτι Φίλιππος, κατὰ τὸν ἀνάπλȣν ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ παρασπόνδημα μεταχειριζόμενος, προσέσχε περὶ μέσον ἡμέρας πρὸς τὴν τῶν Θασίων πόλιν, καὶ ταύτην φιλίαν ȣ̃σαν ἐξηνδραποδίσατο.

Philippus per reditum alios subinde atque alios contra foederis leges violans, circiter meridiem Thasum appulit, eamque, licet amicam ac sociam, in seruitutem redegit.

Ὅτι Σωσίβιος, ὁ ψευδεπίτροπος Πτολεμαίȣ, ἐδόκει γεγονέναι σκεῦος ἀγχίνȣν καὶ πολυχρόνιον, ἔτι δὲ κακοποιὸν ἐν βασιλείᾳ, καὶ πρώτῳ μὲν ἀρτῦσαι φόνον Λυσιμάχῳ, ὃς ἦν υἱὸς Ἀρσινόης, τῆς

Hic Sosibius, subditicius Ptolemaei tutor, callidus ac recoctus et maleficus in aula minister videtur fuisse, ac primo quidem omnium Lysimacho, Ptolemaei filio et Arsinoes,

Λυσι-

* inf. ἐπιτελεσμένος. in editionibus Τελεσμ.

Λυσιμάχου καὶ Πτολεμαίου, δευτέρῳ δὲ * Μάγᾳ, τῷ Πτολεμαίου καὶ Βερενίκης, τῆς Μάγα, τρίτῃ δὲ Βερενίκῃ τῇ Πτολεμαίου μητρὶ τοῦ Φιλοπάτορος, τετάρτῳ Κλεομένει τῷ Σπαρτιάτῃ, πέμπτῃ θυγατρὶ Βερενίκης Ἀρσινόῃ.

Ὅτι Ἀγαθοκλῆς, ὁ ψευδεπίτροπος Πτολεμαίου, ἐπεὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἀνδρῶν ἐκποδὼν ἐποίησε, καὶ τὸ πολὺ τῆς τοῦ πλήθους ὀργῆς παρακατέσχε τῇ τῶν ὀψωνίων ἀποδόσει, παρὰ πόδας εἰς τὴν ἐξαρχῆς συνήθειαν ἐπανῆλθε. καὶ τὰς μὲν τῶν Φίλων χώρας ἀνεπλήρωσε, παρεισαγαγὼν ἐκ τῆς διακονίας καὶ τῆς ἄλλης ὑπηρεσίας τοὺς εἰκαιοτάτους καὶ θρασυτάτους· αὐτὸς δὲ τὸ πολὺ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἐν μέθῃ διέτριβε, καὶ ταῖς τῇ μέθῃ παρεπομέναις ἀκρασίαις, οὐ φειδόμενος οὔτ' ἀκμαζούσης γυναικὸς, οὔτε νύμφης, οὔτε παρθένου, καὶ πάντα ταῦτα ἔπραττε μετὰ τῆς ἐπαχθεστάτης φαντασίας. ὅθεν πολλῆς μὲν καὶ παντοδαπῆς γινομένης δυσαρεστήσεως, οὐδεμιᾶς δὲ θεραπείας οὐδὲ βοηθείας προσαγομένης, τὸ δ' ἐναντίον ἀεὶ προσεπαγομένης ὕβρεως, ὑπερηφανίας, ῥᾳθυμίας· ** ἀνεθυμιᾶτο πάλιν ἐν τοῖς πολλοῖς τὸ προϋπάρχον μῖσος, καὶ πάντες ἀνενεοῦντο τὰ προγεγενημένα περὶ τὴν βασιλείαν ἀτυχήματα διὰ τοὺς ἀνθρώπους τούτους. τῷ δὲ μηδὲν ἔχειν πρόσωπον ἀξιόχρεον τὸ προστησόμενον, καὶ δι' οὗ τὴν ὀρ-

Lysimachi filiae, necem comparasse, deinde Magae, filio Ptolemaei ac Berenicae, Magae filiae, posteaque Berenicae, Ptolemaei Philopatoris matri, itemque Cleomeni Spartano, ac postremo Arsinoae, Berenices filiae.

Agathocles, falsus Ptolemaei tutor, postquam celeberrimum quemque e medio remouit, ac multitudinis furorem restitutione stipendiorum compressisse sibi visus est, e vestigio ad pristinos mores rediit, ac dignitates omnes palatii, tum vacuas, amicis suis concessit, producto ex vltimis ac seruilibus ministeriis vilissimo quoque atque impudentissimo. Ipse dies noctesque in vino atque iis, quae vinum consequi solent, libidinibus agebat, nec nuptis, nec sponsis, nec virginum pudori parcens, atque haec cuncta cum intolerabili superbia factitabat. Quare cum praesentem rerum statum vniuersi aegre ferrent, nullum autem solatium ac remedium adhiberetur, contra potius insolentia, superbia, ac desidia quotidie inualesceret: rursus pristinum vulgi odium exarsit, cunctique clades et calamitates regni ab his hominibus profectas memoria repetebant. Sed cum idoneus vir deesset, cuius ductu atque opera iram suam in Agathoclem et Aga-

* msf. Μάγα καὶ Πτολ. τῆς Βερενίκης. ** Suidas in Σωσίβιος.

γὴν εἰς τὸν Ἀγαθοκλέα καὶ τὴν Ἀγαθόκλειαν ἀποσείσονται, τὴν ἡσυχίαν ἦγον, ἔτι μίαν ἐλπίδα καραδοκοῦντες, τὴν κατὰ τὸν Τληπόλεμον, καὶ ταύτῃ προσανέχοντες.

thocliam effunderent: interim quiescebant, vnicam spem adhuc in Tlepolemo habentes, qua se tantisper sustentabant.

Ὅτι Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς ἐδόκει κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς γεγονέναι μεγαλεπίβολος, καὶ τολμηρὸς, καὶ τοῦ προτεθέντος ἐξεργαστικός· προβαίνων δὲ κατὰ τὴν ἡλικίαν, ἐφάνη πολὺ καταδεέστερος αὐτοῦ καὶ τῆς τῶν ἐκτὸς προσδοκίας.

Rex Antiochus initio quidem maximarum rerum capax esse visus est, et ad perficiendum id, quod semel suscepisset, singulari audacia praeditus; sed in ipso progressu aetatis longe cum seipso, tum externorum hominum expectatione inferior apparuit.

Ex Libro XVI.

Ὅτι Φίλιππος ὁ βασιλεὺς, παραγενόμενος εἰς τὸ Πέργαμον, καὶ νομίζων οἷον αὐτόχειρ Ἀττάλου γενέσθαι, πᾶσαν αἰτίαν ἐναπεδείκνυτο. χαριζόμενος γὰρ οἱονεὶ λυσσῶντι τῷ θυμῷ, τὸ πλεῖον τῆς ὀργῆς οὐκ εἰς τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλ᾽ εἰς τοὺς θεοὺς διετίθετο. κατὰ μὲν γὰρ τοὺς ἀκροβολισμοὺς εὐχερῶς αὐτὸν ἀπέρυκον, διὰ τὰς τῶν τόπων ὀχυρότητας, οἱ τὸ Πέργαμον παραφυλάττοντες· ἀπὸ δὲ τῆς χώρας οὐδὲν ὠφελεῖτο, τῷ προνενοῆσθαι τὸν Ἄτταλον ὑπὲρ τούτων ἐπιμελῶς. λοιπὸν, εἰς τὰ τῶν θεῶν ἕδη καὶ τεμένη διετίθετο τὴν ὀργὴν, ὑβρίζων οὐκ Ἄτταλον, ὥς γέ μοι δοκεῖ, πολὺ δὲ μᾶλλον ἑαυτόν. οὐ γὰρ μόνον ἐνεπίμπρα καὶ κατασπῶν ἐῤῥίπτει τοὺς νεὼς καὶ τοὺς βωμοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς λίθους ἔθραυε, πρὸς τὸ μηδὲ πάλιν ἀνασταθῆναι μηδὲν τῶν κατεφθαρμένων. ἐπεὶ δὲ τὸ Νικηφόριον ἐλυμήνατο, τὸ μὲν ἄλ-

Philippus cum Pergamum vsque venisset, tantum non in manus suas Attalum venisse ratus, nullum crudelitatis specimen omisit. animo enim rabie quadam percito obsecutus, iram suam in deos magis, quam in homines effudit. atque in velitationibus quidem facile a militibus, qui Pergamum custodiebant, ob locorum munitiones repellebatur: ex agris autem nullam praedam faciebat, quippe cum Attalus diligenter huiusmodi omnibus prouidisset. Quod erat reliquum, in deorum simulacra ac templa saeuiebat, non Attalo, vt mihi quidem videtur, sed sibi ipsi iniuriam faciens. Neque enim solum inflammabat templa, aras disturbabat; sed etiam lapides ipsos confringebat, ne dissipatae aedes posthac restitui possent. Ac postquam Nicephorium vastauit,

σος

σος ἐκτεμὼν, τὸν δὲ περίβολον διαῤῥίψας, τούς τε ναοὺς ἐκ θεμελίων ἀνέσκαψε, πολλοὺς καὶ πολυτελεῖς ὑπάρχοντας· ὥρμησε τὰς μὲν ἀρχὰς ἐπὶ Θυατείρων, ἐκεῖθεν δὲ ποιησάμενος τὴν ἀναζυγὴν, εἰς τὸ Θήβης πεδίον εἰσέβαλε, νομίζων, εὐπορήσειν λείας μάλιστα περὶ τούτους τοὺς τόπους. ἀποπεσὼν δὲ καὶ ταύτης τῆς ἐλπίδος, καὶ παραγενόμενος εἰς Ἱερὰν κώμην, διεπέμπετο πρὸς Ζεῦξιν, παρακαλῶν αὐτὸν σῖτον χορηγῆσαι, καὶ τὰ λοιπὰ συμπράττειν κατὰ τὰς συνθήκας. (ὁ δὲ Ζεῦξις ὑπεκρίνετο μὲν ποιεῖν τὰ κατὰ τὰς συνθήκας, οὐκ ἠβούλετο δὲ ἀληθινῶς σωματοποιεῖν τὸν Φίλιππον.) *haec postrema addidi ex Suida in* σωματοποιεῖν.

Ὅτι κατὰ τὴν Πελοπόννησον τίνα μὲν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν ἐνεστήσατο Νάβις, ὁ τῶν Λακεδαιμονίων τύραννος, καὶ πῶς ἐκβαλὼν τοὺς πολίτας ἠλευθέρωσε τοὺς δούλους, καὶ συνῴκισε ταῖς τῶν δεσποτῶν γυναιξὶ καὶ θυγατράσιν, ὁμοίως δὲ καὶ τίνα τρόπον, ἀναδείξας τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν οἷον ἄσυλον ἱερὸν τοῖς ἢ δι' ἀσέβειαν ἢ πονηρίαν φεύγουσι τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, ἤθροισε πλῆθος ἀνθρώπων ἀνοσίων εἰς τὴν Σπάρτην, ἐν τοῖς πρὸ τούτων δεδηλώκαμεν. πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον κατὰ τοὺς προειρημένους καιροὺς, σύμμαχος ὑπάρχων Αἰτωλοῖς, Ἠλείοις, Μεσσηνίοις, καὶ πᾶσι τούτοις ὀφείλων καὶ κατὰ τοὺς ὅρκους, καὶ κατὰ τὰς συνθήκας βοηθεῖν, εἴ τις ἐπ' αὐτοὺς ἴοι, παρ'

luco penitus exciſo, euerſoque ſepto, multaque ibidem ac precioſiſſima fana ſolo aequauit; principio quidem verſus Thyatira eſt profectus, mox inde reflexo itinere campum petiit, qui Thebes appellatur, ratus, ſe per eas regiones maxima praeda potiturum eſſe. Qua ſpe iterum fruſtratus, delatusque ad Hieran Comen, legatos ad Zeuxim miſit, poſtulans, vt commeatum ſubminiſtrare ac reliqua ſibi praeſtare ex praeſcripto foederis vellet. At Zeuxis parere quidem foederi velle ſe imprimis ſimulabat; ſed re ipſa nolebat Philippum opibus ac potentia augere.

Ceterum, quod ab initio fuerit inſtitutum Nabidis, Lacedaemoniorum tyranni, ac quomodo expulſis ciuibus ſeruos ad libertatem vocauit, ac dominorum vxoribus et filiabus matrimonii iure coniunxit, ſatis ſuperque ſuperioribus libris oſtendimus; ac praeterea quomodo potentiam ſuam tamquam aſylum quoddam cunctis, ob impietatem ac malitiam patria profugis, oſtentans, perditorum hominum colluuiem Spartam congregauit. Nunc vero quemadmodum iis temporibus, quae ſuperius notaui, ſocius cum eſſet Aetolorum, Elienſium ac Meſſeniorum, iisque omnibus, vbi opus eſſet, opem ferre teneretur, cum ex iuramento ſolenniter

οὐδὲν ποιησάμενος τὰς προειρημένας πίστεις, ἐπεβάλετο παρασπονδῆσαι τὴν τῶν Μεσσηνίων πόλιν, νῦν ἐροῦμεν.

Ὅτι φησὶ Πολύβιος· ἐπεὶ δέ τινες τῶν τὰς κατὰ μέρος γραφόντων πράξεις γεγράφασι καὶ περὶ τούτων τῶν καιρῶν, ἐν οἷς τά τε κατὰ Μεσσηνίους, καὶ τὰ κατὰ τὰς προειρημένας συμμαχίας συνετελέσθη, βούλομαι βραχέα περὶ αὐτῶν διαλεχθῆναι. ποιήσομαι δὲ οὐ πρὸς ἅπαντας, ἀλλ᾽ ὅσους ὑπολαμβάνω μνήμης ἀξίους εἶναι καὶ διαστολῆς. εἰσὶ δ᾽ οὗτοι Ζήνων καὶ Ἀντισθένης, οἱ Ῥόδιοι. τούτους δὲ ἀξίους εἶναι κρίνω διὰ πλείους αἰτίας. καὶ γὰρ κατὰ τοὺς καιροὺς γεγόνασι, καὶ * περί περι πεπολίτευνται, καὶ καθόλου πεποίηνται τὴν πραγματείαν, οὐκ ὠφελείας χάριν, ἀλλὰ δόξης καὶ τοῦ καθήκοντος ἀνδράσι πολιτικοῖς. τῷ δὲ τὰς αὐτὰς γράφειν ἡμῖν πράξεις, ἀναγκαῖόν ἐστι, μὴ παρασιωπᾶν, ἵνα μὴ τῷ τῆς πατρίδος ὀνόματι καὶ τῷ δοκεῖν οἰκειοτάτας εἶναι Ῥοδίοις τὰς κατὰ θάλατταν πράξεις, ἡμῶν ἀντιδοξούντων πρὸς αὐτούς, ἔνιοι μᾶλλον ἐπακολουθήσωσιν ἐκείνοις, ἤπερ ἡμῖν, οἱ φιλομαθοῦντες. οὗτοι τοιγαροῦν ἀμφότεροι πρῶτον μὲν τὴν περὶ Λάδην ναυμαχίαν οὐχ ἧττω τῆς περὶ Χῖον, ἀλλ᾽ ἐνεργεστέραν καὶ παραβολωτέραν ἀποφαίνουσι, καὶ τῇ κατὰ μέρος τοῦ κινδύνου χρείᾳ καὶ συντελείᾳ, καὶ καθόλου φασὶ, τὸ νίκημα

* f. πρὸς ἔτι.

praeſtito, tum ex foedere, nihilominus calcata omni fide Meſſeniorum vrbem violare eſt aggreſſus, deinceps referam.

Sed quoniam nonnulli ex iis, qui particulares hiſtorias condiderunt, de his quoque temporibus ſcripſere, quibus ea, quae proxime memoraui, Meſſeniis ac ceteris ſociis contigerunt, fert animus, pauca de iis differere. Dicam autem non de omnibus, ſed de iis dumtaxat, qui memoratu maxime digni atque illuſtres extiterunt. Hi ſunt Zeno atque Antiſthenes, Rhodii, quos multis ex cauſſis nobiliſſimos eſſe exiſtimaui. Nam et illis temporibus vixerunt, et rempublicam adminiſtrarunt, atque poſtremo non vtilitatis propriae cauſſa, ſed gloriae ſtudio, prout viros decet in republ. verſatos, ad ſcribendum ſe contulerunt. Sed quoniam easdem res ac nos ipſi hiſtoriae mandarunt, pauca admonere neceſſe habeo, ne hiſtoriae ſtudioſi, patriae celebritate eaque opinione inducti, quod rei naualis gloria Rhodiorum propria eſſe videtur, ſi quando ab illis ſcriptoribus diſſentiamus, illorum ſententiae libentius quam noſtrae accedant. Igitur ambo illi primum quidem aiunt, praelium illud nauale ad Laden non inferius fuiſſe altera ad Chium pugna, ſed longe acrius ac formidoloſius, et cum particulatim in ſingulis pugnae momentis atque in rei diſcrimine, tum

γεγο-

γεγονέναι κατὰ τοὺς Ῥοδίους. ἐγὼ δὲ, διότι μὲν δεῖ ῥοπὰς διδόναι ταῖς αὑτῶν πατρίσι τοὺς συγγραφέας, συγχωρήσαιμ᾽ ἄν· οὐ μὴν τὰς ἐναντίας τοῖς συμβεβηκόσιν ἀποφάσεις ποιεῖσθαι περὶ αὐτῶν. ἱκανὰ γὰρ τὰ κατ᾽ ἄγνοιαν γινόμενα τοῖς γράφουσιν, ἃ διαφυγεῖν ἄνθρωπον δυσχερές. ἐὰν δὲ κατὰ προαίρεσιν ψευδογραφῶμεν, ἢ πατρίδος ἕνεκεν, ἢ φίλων, ἢ χάριτος, τί διοίσομεν τῶν ἀπὸ τούτου τὸν βίον ποριζομένων; ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι, τῷ λυσιτελεῖ μετροῦντες, ἀδοκίμους ποιοῦσι τὰς αὑτῶν συντάξεις· οὕτως οἱ πολιτικοὶ τῷ μισεῖν ἢ τῷ φιλεῖν ἑλκόμενοι, πολλάκις εἰς αὐτὸ τέλος ἐμπίπτουσι τοῖς προειρημένοις. δι᾽ ὃ δεῖ καὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπιμελῶς τοὺς μὲν ἀναγινώσκοντας παρατηρεῖν, τοὺς δὲ γράφοντας αὐτοὺς παραφυλάττεσθαι. δῆλον δ᾽ ἐστὶ τὸ λεγόμενον ἐκ τῶν ἐνεστώτων. ὁμολογοῦντες γὰρ οἱ προειρημένοι, διὰ τῶν κατὰ μέρος ἐν τῇ περὶ Λάδην ναυμαχίᾳ δύω μὲν αὐτάνδρους πεντήρεις τῶν Ῥοδίων ὑποχειρίους γενέσθαι τοῖς πολεμίοις, ἐκ δὲ τοῦ κινδύνου μιᾶς νηὸς ἐπαραμένης τὸν δόλωνα διὰ τὸ τετρωμένην αὐτὴν θαλαττοῦσθαι, πολλοὺς καὶ τῶν ἐγγὺς τὸ παραπλήσιον ποιοῦντας ἀποχωρεῖν πρὸς τὸ πέλαγος, τέλος δὲ μετ᾽ ὀλίγων καταλειφθέντα τὸν ναύαρχον ἀναγκασθῆναι ταυτὸ τοῖς προειρημένοις πράττειν, καὶ τότε μὲν εἰς τὴν Μυν-

in ſumma victoriam penes Rhodios ſtetiſſe affirmant. Ego vero ſcriptores rerum geſtarum paululum in patriae ſuae gratiam inclinare debere, equidem non diffiteor, ita tamen, vt ne aduerſus rei veritatem ei faueant. Etenim ſuperſunt alia peccata plurima, in quae ex veri ignoratione ſcriptores incurrunt; quae quidem cum homines nati ſimus, vitare difficile eſt. Quod ſi de induſtria falſum ſcientes ſcribamus, aut in patriae, aut in amicorum gratiam: quid intereſt inter nos atque eos, qui eiusmodi facto victum ſibi comparant? Nam quemadmodum veritatem illi vtilitate ſua metiendo, ſcriptis ſuis auctoritatem detrahunt: ſic viri in republica exercitati, ſaepenumero odio aut amore attracti, in idem atque illi vitium incidere ſolent. Proinde lectores ab hac parte diligenter ſibi cauere oportet, ac ſcriptores quoque ipſos. Atque hoc ex iis, quae in manibus nunc habemus, perſpicuum eſt. Nam cum auctores illi ſuperius nominati ſigillatim fateantur, in pugna nauali ad Laden duas Rhodiorum quinqueremes cum ipſis hominibus ab hoſte eſſe captas, et in ipſo diſcrimine, cum nauis vna vulnerata, iamiamque ſubmergenda dolonem ſuſtuliſſet, multos ex proximis nauibus exemplum ſecutos, in altum refugiſſe, tandemque praefectum claſſis cum paucis relictum idem inuitum feciſſe, ac tum quidem in Myndiam

δίαν * ἀπερώσαντας καθορμισθῆναι, τῇ δ' ἐπαύριον ἀναχθέντας εἰς Κῶ διᾶραι τὰς πολεμίας, τὰς δὲ πεντήρεις ἐνάψασθαι, καὶ καθορμισθέντας ἐπὶ τὴν Λάδην ἐπὶ τῇ κείνων στρατοπεδείᾳ ποιήσασθαι τὴν ἔπαυλιν, ἔτι δὲ τὰς Μιλησίας, καταπλαγέντας τὸ γεγονὸς, ἀ μόνον τὸν Φίλιππον, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἡρακλείδην στεφανῶσαι διὰ τὴν ἔφοδον, ταῦτα δ' εἰρηκότες, ἃ προφανῶς ἐστὶν ἴδια τῶν ἡττημένων, ὅμως καὶ διὰ τῶν κατὰ μέρος, καὶ διὰ τῆς καθολικῆς ἀποφάσεως νικῶντας ἀποφαίνεσι τὰς Ῥοδίας, καὶ ταῦτα τῆς ἐπιστολῆς ἔτι μενέσης ἐν τῷ πρυτανείῳ, τῆς ὑπ' αὐτὰς τὰς καιρὰς ὑπὸ τῦ ναυάρχου πεμφθείσης περὶ τάτων τῇ τε βυλῇ καὶ τοῖς πρυτάνεσιν, ἀ ταῖς Ἀντισθένες καὶ Ζήνωνος ἀποφάσεσιν, ἀλλὰ ταῖς ἡμετέραις. ἑξῆς δὲ τοῖς προειρημένοις γράφεσι περὶ τῦ κατὰ Μεσσηνίας παρασπονδήματος· ἐν ᾧ φησὶν ὁ Ζήνων, ὁρμήσαντα τὸν Νάβιν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος, καὶ διαβάντα τὸν Εὐρώταν ποταμὸν παρὰ τὸν ὁπλίτην προσαγορευόμενον πορεύεσθαι διὰ τῆς ὁδῦ τῆς στενῆς παρὰ τὸ Πολιάσιον, ἕως ἐπὶ τὰς κατὰ ** ἔλλας ἀφίκετο τόπας, ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ Θαλάμας ἐπιβαλόντα κατὰ Φάρας παραγενέσθαι πρὸς τὸν Πάμισον ποταμόν. ὑπὲρ ὧν ἀκ οἶδα, πῶς χρὴ λέγειν. τοιαύτην γὰρ φύσιν ἔχει τὰ προειρημένα πάντα συλλήβδην, ὥστε μηδὲν διαφέρειν τῦ λέγειν,

tempestate eiectos, postridie ad insulam Co delatos aufugisse; hostes vero et quinqueremes captas ad naues suas religasse, et subductis nauibus ad insulam Ladem in ipsis Rhodiorum castris stationem fecisse, praeterea Milesios, rei euentu obstupefactos, non Philippo solum, sed etiam Heraclidi vrbem ingressis coronas obtulisse: haec cum illi fateantur, quae victos manifesto arguunt, nihilominus cum in singulis partibus, tum generali sententia Rhodios victores pronuntiant: idque cum etiamnum in prytaneo extent litterae, his de rebus tum maxime a nauarcho scriptae ad senatum magistratusque Rhodiorum, eaeque non Antisthenis ac Zenonis narrationi, sed nostrae potius consentientes. Postea iidem auctores subiungunt de iniuria, contra foederis leges Messeniis illata. Quo loco scribit Zeno, Nabim, Lacedaemone profectum, traiecto Eurota fluuio, iuxta riuum, qui Hoplites vocatur, via, quam Sthenem seu angustam vocant, iter fecisse secundum Poliasium, donec ad Sellasiae agrum peruenit. Inde Thalamas delatum per oppidum Pharas ad Pamisum fluuium venisse. De quibus equidem quid dicam, non habeo. Prorsus enim idem

* Suidas in ἀπερωσ. ** inf. βελλ. hic et infra.

λέγειν, ὅτι ποιησάμενός τις ἐκ Κορίνθου τὴν ὁρμὴν, καὶ διαπορευθεὶς τὸν Ἰσθμὸν, καὶ συνάψας ταῖς Κυρυνίσιν, εὐθέως ἐπὶ τὴν Κοντοπορείαν ἐπεβάλετο, καὶ περὶ τὰς Μυκήνας ἐποιεῖτο τὴν πορείαν εἰς Ἄργος. ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον παρὰ μικρόν ἐστιν, ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν διάθεσιν ἔχει πρὸς ἄλληλα. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Ἰσθμόν ἐστι καὶ τὰς Σκιράδας πρὸς ἀνατολὰς τοῦ Κορίνθου, τὰ δὲ κατὰ τὴν Κοντοπορίαν καὶ Μυκήνας, ἔγγιστα πρὸς δύσεις χειμερινάς. ὥστ᾽ εἶναι τελέως ἀδύνατον, ἀπὸ τῶν προηγουμένων ἐπιβαλεῖν τοῖς προειρημένοις τόποις. τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ περὶ τοὺς κατὰ τὴν Λακεδαίμονα συμβέβηκεν. ὁ μὲν γὰρ Εὐρώτας καὶ τὰ περὶ τὴν Σελλασίαν κεῖται τῆς Σπάρτης ὡς πρὸς τὰς θερινὰς ἀνατολάς· τὰ δὲ κατὰ Θαλαμίας, καὶ Φάρας, καὶ Πάμισον, ὡς πρὸς τὰς χειμερινὰς δύσεις. ὅθεν οὐχ οἷον ἐπὶ τὴν Σελλασίαν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸν Εὐρώταν δέον ἐστὶ διαβαίνειν τὸν προτιθέμενον παρὰ Θαλαμίας ποιεῖσθαι τὴν πορείαν εἰς τὴν Μεσσηνίαν. πρὸς δὲ τούτοις φησὶ, τὴν ἐπάνοδον ἐκ τῆς Μεσσήνης πεποιῆσθαι τὸν Νάβιν κατὰ τὴν πύλην, τὴν φέρουσαν ἐπὶ Τέγεαν. τοῦτο δ᾽ ἔστιν ἄλογον. πρόκειται γὰρ τῆς Τεγέας ἡ Μεγάλη Πόλις ὡς πρὸς τὴν Μεσσήνην, ὥστ᾽ ἀδύνατον εἶναι, καλεῖσθαί τινα πύλην παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις ἐπὶ Τέγεαν. ἀλλ᾽ ἔστι παρ᾽ αὐτοῖς πύλη Τεγεάτις προσαγορευομένη, καθ᾽ ἣν ἐποίησε τὴν ἐπάνοδον Νάβις· ᾧ πλανηθεὶς,

est, ac si diceres, Corintho profectum quempiam, traiecto Isthmo, postquam Scironidas ad petras accessit, recta Contoporiam venisse, ac secundum Mycenas iter Argos fecisse. Haec enim haudquaquam leui differentia, sed plane contrario situ sibi inuicem sunt opposita. quippe Isthmus et Scironia saxa ad ortum sunt Corintho; Contoporia autem ac Mycenae proxime ad occasum hibernum. Proinde fieri nullo modo potest, vt, qui iter illud teneat, ad loca superius memorata vmquam accedat. Idem quoque contingit in illa Nabidis profectione. Namque Eurotas et ager Sellasiorum ad orientem aestiuum Spartae siti sunt, Thalamae vero et Pharae ac Pamisus amnis proxime ad occasum hibernum. Quo fit, non modo vt Sellasiam peruenire, sed ne Eurotam quidem traiicere possit is, qui per Thalamas in Messeniam iter instituerit. Insuper scribit, Nabidem Messena reuersum esse porta, qua iter est Tegeam. quod est absurdum. Namque ex aduerso Tegeae, versus ipsam Messenam, sita est Megalopolis, vt nulla penitus porta apud Messenios ita vocari possit ad Tegeam. Est quidem apud eos porta, quae Tegeatis appellatur, qua Nabis domum reuersus est. qua re inductus Zeno, proximam Messenae Tegeam esse exi-

ἔγγιον

ἔγγιον ὑπέλαβε τὴν Τέγεαν εἶναι μόνον. τὸ δ' ἔστιν οὐ τοιοῦτον, ἀλλ' ἡ Λακωνικὴ καὶ ἡ Μεγαλοπολίτις χώρα μεταξὺ κεῖται τῆς Μεσσηνίας καὶ Τεγεάτιδος. τὸ δὲ τελευταῖον. Φησὶ γὰρ, τὸν Ἀλφειὸν, ἐκ τῆς πηγῆς εὐθέως κρυφθέντα, καὶ πολὺν ἐνεχθέντα τόπον ὑπὸ γῆς, ἐκβάλλειν περὶ Λυκόαν τῆς Ἀρκαδίας. ὁ δὲ ποταμὸς, οὐ πολὺν τόπον ἀποσχὼν τῆς πηγῆς, καὶ κρυφθεὶς ἐπὶ δέκα στάδια, πάλιν ἐκπίπτει, καὶ τὸ λοιπὸν φερόμενος διὰ τῆς Μεγαλοπολίτιδος, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐλαφρὸς, εἶτα λαμβάνων αὔξησιν, καὶ διανύσας ἐπιφανῶς πᾶσαν τὴν προειρημένην χώραν ἐπὶ σ' σταδίους, γίνεται πρὸς Λυκόαν, ἤδη προσειληφὼς καὶ τὸ τοῦ Λυσίου ῥεῦμα, καὶ παντελῶς ἄβατος καὶ βαρύς. Ζήτει, ὀλίγα διέλειπε. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντα μοι δοκεῖ τὰ προειρημένα διαπτώματα μὲν εἶναι, πρόφασιν δὲ ἐπιδέχεσθαι καὶ παραίτησιν· τὰ μὲν γὰρ δι' ἄγνοιαν γέγονε, τὸ δὲ περὶ τὴν ναυμαχίαν διὰ τὴν πρὸς τὴν πατρίδα φιλοστοργίαν. εἴ τις οὖν εἰκότως ἂν Ζήνωνι μέμψαιτο, διότι τὸ πλεῖον οὐ περὶ τὴν τῶν πραγμάτων ζήτησιν, οὐδὲ περὶ τὸν χειρισμὸν τῆς ὑποθέσεως, ἀλλὰ περὶ τὴν τῆς λέξεως κατασκευὴν ἐσπούδακε, καὶ δῆλός ἐστι πολλάκις ἐπὶ τούτῳ σεμνυνόμενος, καθάπερ καὶ πλείους ἕτεροι τῶν ἐπιφανῶν συγγραφέων· ἐγὼ δὲ φημὶ μὲν, δεῖν πρόνοιαν ποιεῖσθαι καὶ σπουδάζειν ὑπὲρ τοῦ δεόντως ἐξαγγέλ-

ſtimauit, cum tamen aliter res habeat. Nam Laconicus ac Megalopolitanus ager Meſſeniam inter ac Tegeatidem interiacet. Poſtremo affirmat idem Zeno, Alpheum, ab ipſo ſtatim fonte occultatum, poſtquam per longinqua terrae ſpatia ſubterraneus fluxit, circa Lycoam Arcadiae oppidum ſeſe egerere. At hic fluuius non procul a ſuis fontibus infra terram ſubiens, ac per decem ſtadia occultus, rurſus erumpit, ac deinceps per Megalopolitanum agrum fluens, initio quidem modicus, poſtea incremento accepto, celebris vniuerſam illam regionem permeat per ducenta ſtadia, et ſic demum Lycoam attingit, adſcito iam flumine Luſio confragoſus, nec vado permeabilis. *Deſunt nonnulla.* Enimuero cuncta huiusmodi mihi quidem peccata eſſe videntur, ſed quae excuſationem ac veniam admittant. Haec enim ex ignoratione veri profecta ſunt: illud vero in deſcriptione pugnae naualis ex innato erga patriam amore fluxit. Quamquam non immerito aliquis Zenonem accuſet, quod non in ipſa rerum inquiſitione, neque in argumenti ſui tractatione, ſed in dictionis elegantia plurimum ſtudium impendit, atque in eo ſaepiuscule ſe iactat, quod et plerique alii ſcriptores celeberrimi nominis fecere. Ego vero curam quidem ac ſtudium in eo collocandum eſſe cenſeo, vt res geſtae eleganter atque

λειν

λειν τὰς πράξεις, δῆλον γάρ, ὡς οὐ μικρά, μεγάλα δὲ συμβάλλεται τοῦτο πρὸς τὴν ἱστορίαν· οὐ μὴν ἡγεμονικώτατόν γε καὶ πρῶτον αὐτὸ παρὰ τοῖς μετρίοις ἀνδράσι τίθεσθαι. πολλοῦ γε δεῖν· ἄλλα γὰρ ἂν εἴη καλλίω μέρη τῆς ἱστορίας, ἐφ' οἷς ἂν μᾶλλον σεμνυνθείη πολιτικὸς ἀνήρ. ὃ δὲ λέγειν βούλομαι, γένοιτ' ἂν οὕτω μάλιστα καταφανές. ἐξηγούμενος γὰρ ὁ προειρημένος συγγραφεὺς τήν τε Γάζης πολιορκίαν καὶ τὴν γενομένην παράταξιν Ἀντιόχου πρὸς Σκόπαν ἐν Κοίλῃ Συρίᾳ περὶ τὸ Πάνιον, περὶ μὲν τὴν τῆς λέξεως κατασκευὴν δῆλός ἐστιν ἐπὶ τοσοῦτον ἐσπουδακώς, ὡς ὑπερβολὴν τερατείας μὴ καταλιπεῖν τοῖς τὰς ἐπιδεικτικὰς καὶ πρὸς ἔκπληξιν τῶν πολλῶν συντάξεις ποιουμένοις. τῶν γε μὴν πραγμάτων ἐπὶ τοσοῦτον ὠλιγώρηκεν, ὥστε πάλιν ἀνυπέρβλητον εἶναι τὴν εὐχέρειαν καὶ τὴν ἀπειρίαν τοῦ συγγραφέως. προθέμενος γὰρ πρώτην διασαφεῖν τὴν τῶν περὶ τὸν Σκόπαν ἔκταξιν, τῷ μὲν δεξιῷ κέρατί φησι τῆς ὑπωρείας ἔχεσθαι τὴν φάλαγγα μετ' ὀλίγων ἱππέων, τὸ δ' εὐώνυμον αὐτῆς καὶ τοὺς ἱππεῖς πάντας τοὺς ἐπὶ τούτου τεταγμένους ἐν τοῖς ἐπιπέδοις κεῖσθαι· τὸν δ' Ἀντίοχον ἐπὶ μὲν τῆς ἑωθινῆς ἐκπέμψαι φησὶ τὸν πρεσβύτερον υἱὸν Ἀντίοχον, ἔχοντα μέρος τι τῆς δυνάμεως, ἵνα προκαταλάβηται τῆς ὀρεινῆς τοὺς ὑπερκειμένους τῶν πολεμίων τόπους, τὴν δὲ λοιπὴν δύναμιν ἅμα τῷ φωτὶ διαβιβάσαντα τὸν ποτα-

ornate proferantur; neque enim exigua, ſed maxima inde vtilitas hiſtoriae accedit: ita tamen, vt ne prima ac potiſſima ea pars a viris moderatis habeatur. tantum abeſt: aliae enim ſunt praeſtantiores hiſtoriae partes, in quibus vir, rerum ciuilium gnarus, iuſtius ſeſe oſtentet. Exempli gratia, hic idem ſcriptor, vbi Gazae obſidionem atque illud praelium narrat, quo Antiochus in Syria Coele ad oppidum Panium cum Scopa conflixit, in ſermonis ornatu tantum ſtudium poſuiſſe deprehenditur, vt illos etiam, qui ex profeſſo ad oſtentationem ac plauſum ſcripta ſua componunt, longo interuallo ſuperarit. In rebus autem ipſis adeo negligens fuit, vt hac leuitate illius atque imperitia nulla maior eſſe poſſit. Ordinem enim inſtructae a Scopa aciei priore loco dicere exorſus, in dextro quidem cornu phalangem cum modica parte equitatus ad pedem montis conſtitiſſe ſcribit; cornu vero eiusdem ſiniſtrum, atque omnes in eo cornu ordinatos equites planiciem tenuiſſe. Ceterum Antiochum prima luce partem copiarum praefecto maiore e filiis Antiocho praemiſiſſe, vt editiora montium loca, quae hoſtibus imminebant, occuparet; ſole demum illuceſcente, traiecto cum reliquis copiis fluuio, inter vtraque caſtra in planicie

μὸν

μὸν μεταξὺ τῶν στρατοπέδων ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐκτάττειν, τιθέντα τοὺς μὲν φαλαγγίτας ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν κατὰ μέσην τὴν τῶν πολεμίων τάξιν, τῶν δ' ἱππέων τοὺς μὲν ἐπὶ τὸ λαιὸν κέρας τῆς φάλαγγος, τοὺς δ' ἐπὶ τὸ δεξιὸν, ἐν οἷς εἶναι καὶ τὴν κατάφρακτον ἵππον, ἧς ἡγεῖτο πάσης ὁ νεώτερος Ἀντίοχος τῶν υἱῶν. μετὰ δὲ ταῦτα φησὶ τὰ θηρία προτάξαι τῆς φάλαγγος ἐν διαστήματι, καὶ τοὺς μετ' Ἀντιπάτρου Ταραντίνους, τὰ δὲ μεταξὺ τῶν θηρίων πληρῶσαι τοῖς τοξόταις καὶ σφενδονήταις, αὐτὸν δὲ μετὰ τῆς ἑταιρικῆς ἵππου καὶ τῶν ὑπασπιστῶν κατόπιν ἐπιστῆναι τοῖς θηρίοις. ταῦτα δὲ ὑποθέμενος, τὸν μὲν νεώτερον Ἀντίοχον φησὶν, ὃν ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἔθηκε κατὰ τὸ λαιὸν τῶν πολεμίων, ἔχοντα τὴν κατάφρακτον ἵππον, τοῦτον ἐκ τῆς ὀρεινῆς ἐπενεχθέντα τρέψασθαι τοὺς ἱππέας, τοὺς περὶ τὸν Πτολεμαῖον τὸν Ἀερόπου, καὶ καταδιώκειν, ὃς ἐτύγχανε τοῖς Αἰτωλοῖς ἐπιτεταγμένος ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐπὶ τῶν εὐωνύμων, τὰς δὲ φάλαγγας, ἐπεὶ συνέβαλον ἀλλήλαις, μάχην ποιεῖν ἰσχυράν. ὅτι δὲ συμβαλεῖν ἀδύνατον ἦν, τῶν θηρίων καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν εὐζώνων προτεταγμένων, τοῦτο οὐκέτι συνορᾷ. μετὰ δὲ ταῦτα φησὶ, καταπροτερουμένην τὴν φάλαγγα ταῖς εὐχερείαις, καὶ πιεζομένην ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν, ἀναχωρεῖν ἐπὶ πόδα· τὰ θηρία, τοὺς ἐγκλίνοντας ἐκδεχόμενα, καὶ συμπίπτοντα τοῖς πολεμίοις,

aciem instruxisse, ac phalangem quidem recta mediae hostium aciei opposuisse; equitatus vero partem ad sinistrum phalangis cornu constituisse, partem ad dextrum, in quo et cataphracti erant equites, quibus Antiochus iunior erat praefectus. Deinde subdit, elephantos ante ipsam phalangem in prima acie certis interuallis ordinatos fuisse cum equitibus Tarentinis, quibus praeerat Antipater; interualla autem belluarum sagittariis ac funditoribus Antiochum compleuisse, ipsum cum ala amicorum, quam Hetaericen vocant, et corporis custodibus post belluas stetisse. Atque his ita praemissis, mox iuniorem Antiochum, quem in planicie e regione sinistri hostium cornu cataphractis equitibus praefectum posuerat, eundem ait subito ex collibus coortum, equites, quibus Ptolemaeus Aeropi filius praeerat, in fugam vertisse, ac diu persecutum esse, qui quidem Ptolemaeus Aetolos in planicie ad laeuam positos ducebat; ipsas autem phalanges, vbi congressae inuicem sunt, acre praelium fecisse. Atqui non animaduertit, prorsus fieri non potuisse, vt, in prima acie consistentibus elephantis et equitibus leuique armatura, phalanges inter se congrederentur. Postea subiicit, Macedonum phalangem loci iniquitate pressam, vrgentibus cum maxime Aetolis, pede presso recessisse; elephantos vero, cum cedentes

μεγά-

μεγάλην παρέχεσθαι χρείαν. πῶς δὲ ταῦτα γέγονεν ὀπίσω τῆς φάλαγγος, οὐ ῥᾴδιον καταμαθεῖν, ἢ πῶς γενόμενα παρείχετο χρείαν μεγάλην. ὅτε γὰρ ἅπαξ αἱ φάλαγγες συνέπεσον ἀλλήλαις, οὐκέτι δυνατὸν ἦν, κρῖναι τὰ θηρία, τίς ὑποπιπτόντων φίλιος ἢ πολέμιός ἐστι. πρὸς δὲ τούτοις φησὶ, τοὺς Αἰτωλῶν ἱππέας δυσχρηστεῖσθαι κατὰ τὸν κίνδυνον διὰ τὴν ἀσυνήθειαν τῆς τῶν θηρίων φαντασίας. ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ ταχθέντες ἐξ ἀρχῆς ἀκέραιοι διέμενον, ὥς αὐτός φησι· τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος τῶν ἱππέων, τὸ μερισθὲν ἐπὶ τὸ λαιὸν, ὑποφεύγει πᾶν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀντίοχον ἡττημένον. ποῖον οὖν μέρος τῶν ἱππέων ἦν κατὰ μέσην τὴν φάλαγγα τὸ τοὺς ἐλέφαντας ἐκπληττόμενον; ποῦ δὲ ὁ βασιλεὺς γέγονε; καὶ τίνα παρέσχηται χρείαν ἐν τῇ μάχῃ, τὸ κάλλιστον σύστημα περὶ αὐτὸν ἔχηκὼς καὶ τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἱππέων; ἁπλῶς γὰρ οὐδὲν εἴρηται περὶ τούτων. ποῦ δὲ ὁ πρεσβύτερος τῶν υἱῶν Ἀντίοχος, ὁ μετὰ μέρους τινὸς τῆς δυνάμεως προκαταλαβόμενος τοὺς ὑπερδεξίους τόπους; οὗτος μὲν γὰρ οὐδὲ εἰς τὴν στρατοπεδείαν ἀνακεχώρηκεν αὐτῷ μετὰ τὴν μάχην, εἰκότως· δύω γὰρ Ἀντιόχους ὑπέθετο, τοῦ βασιλέως υἱοὺς ὄντας, ἑνὸς τοῦ τότε συνεστρατευμένου. πῶς δὲ ὁ Σκόπας ἅμα μὲν * αὐτῷ πρῶτος, ἅμα δ᾽ ἔσχατος ἀναλέλυκεν ἐκ τοῦ κινδύνου; φησὶ γὰρ, αὐτὸν ἰδόντα τοὺς

reciperent, atque in hostem ferrentur, magno adiumento fuisse. Porro qua ratione elephanti a tergo phalangis fuerint, aut ita mutati, quod magnum commodum attulerint, intelligere difficile est. Simul enim ac legiones inter se conflixere, diiudicare belluae non possunt, vter cedentium amicus, vter hostis sit. Praeterea equitatum ait Aetolorum inusitata belluarum specie inter pugnandum territum esse. Atqui in dextro locati cornu incolumes atque integri perstitere, vt idem refert. Ceteri equites, in sinistro cornu distributi, ab iuniore Antiocho superati, terga verterunt. quinam igitur sunt equites illi, in media phalange positi, qui belluarum adspectu cohorruerunt? Vbinam rex ipse adfuit? quem sui vsum in pugna praebuit, cum lectissimum et peditum et equitum agmen circa se haberet? neque enim de his quidquam omnino dicit. Vbinam gentium est maior Antiochus, qui cum parte exercitus praemissus superiora loca occupauerat? hic enim ne confecto quidem praelio in castra reuersus dicitur: atque id merito. duos enim Antiochi filios posuit, cum tamen vnicus tum ad bellum cum patre sit profectus. Quomodo item Scopas primus simul ac postremus ex pugna discessit? Etenim Sco-

* leg. αὐτός.

τοὺς περὶ τὸν νεώτερον Ἀντίοχον ἐκ τοῦ διώγματος ἐπιφαινομένους κατὰ νώτου τοῖς φαλαγγίταις, καὶ διὰ τοῦτο τὰς τοῦ νικᾷν ἐλπίδας ἀπογνόντα, ποιεῖσθαι τὴν ἀποχώρησιν· μετὰ δὲ ταῦτα συστῆναι τὸν μέγιστον κίνδυνον, κυκλωθείσης τῆς φάλαγγος ὑπό τε τῶν θηρίων καὶ τῶν ἱππέων, καὶ τελευταῖον ἀποχωρῆσαι τὸν Σκόπαν ἀπὸ τοῦ κινδύνου. ταῦτα δέ μοι δοκεῖ καὶ καθόλου τὰ τοιαῦτα τῶν ἀλογημάτων πολλὴν ἐπιφέρειν αἰσχύνην τοῖς συγγραφεῦσι. διὸ δεῖ μάλιστα μὲν πειρᾶσθαι πάντων κρατεῖν τῶν τῆς ἱστορίας μερῶν, καλὸν γάρ· εἰ δὲ μὴ τοῦτο δυνατὸν, τῶν ἀναγκαιοτάτων καὶ τῶν μεγίστων ἐν αὐτῇ πλείστην ποιεῖσθαι πρόνοιαν. ταῦτα μὲν οὖν προήχθην εἰπεῖν, θεωρῶν νῦν, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν καὶ ἐπιτηδευμάτων, τὸ μὲν ἀληθινὸν καὶ πρὸς τὴν χρείαν ἀνῆκον ἐνεκάστοις ἐπισεσυρμένον, τὸ δὲ πρὸς ἀλαζονείαν καὶ φαντασίαν ἐπαινούμενον καὶ ζηλούμενον, ὡς μέγα τι καὶ θαυμάσιον, ὃ καὶ τὴν κατασκευὴν ἔχει ῥᾳδιεστέραν, καὶ τὴν εὐδόκησιν ὀλιγοδεεστέραν, καθάπερ αἱ λοιπαὶ τῶν γραφῶν. περὶ δὲ τῆς τῶν τόπων ἀγνοίας τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν, διὰ τὸ μεγάλην εἶναι τὴν παράπτωσιν, οὐκ ὤκνησα γράψαι καὶ πρὸς αὐτὸν Ζήνωνα, κρίνων, καλὸν εἶναι τὸ μὴ τὰς τῶν πέλας ἁμαρτίας ἴδια προτερήματα νομίζειν, καθάπερ ἔνιοι ποιεῖν εἰώθασιν· ἀλλὰ μὴ μόνον τῶν ἰδίων ὑπομνημάτων, ἀλλὰ

pam scribit, cum iuniorem Antiochum a persequendo reuersum a tergo legionariis instare cerneret, tum penitus de victoria desperantem se recepisse: postea vero maximum in discrimen adductam rem esse, inclusa inde ab elephantis, inde ab equitibus phalange, Scopamque postremum cessisse ex discrimine. Haec vero atque eiusmodi cetera errata magno pudori scriptoribus esse existimo. Proinde maxime quidem enitendum est, vt omnes historiae partes ac numeros impleamus; id enim imprimis laudabile est: sin vero id assequi non possumus, maxime in praecipuis ac summe necessariis eius partibus elaborandum est. Atque haec vt dicerem eo sum adductus, quod, perinde vt in ceteris artibus ac studiis, sic etiam in historia, veram germanamque speciem ac vtilitatem plerumque negligi videam; illum vero ornatum, ad ostentationem et pompam compositum, laudari ac probari tamquam magnum aliquid atque mirabile, cum tamen id genus, vt fere in pictura, et factu ipso et approbatione facilius sit. Ceterum de illa situs Laconicae ignoratione, eo quod grauis esse is error videretur, ad ipsum Zenonem literas scribere non dubitaui, hominis ingenui esse arbitratus, non ex alienis erratis gloriam captare, quod nonnulli solent, sed cum nostris, tum

καὶ τῶν ἀλλοτρίων, καθόσον οἷοί τε ἐσμὲν, ποιεῖσθαι πρόνοιαν καὶ διόρθωσιν χάριν τῆς κοινῆς ὠφελείας. ὁ δὲ λαβὼν τὴν ἐπιστολὴν, καὶ γνοὺς ἀδύνατον οὖσαν τὴν μετάθεσιν, διὰ τὸ προεκδεδωκέναι τὰς συντάξεις, ἐλυπήθη μὲν, ὡς ἔνι μάλιστα φαίνεται, ποιεῖν δ' οὐδὲν εἶχε· τήν γε μὴν ἡμετέραν αἵρεσιν ἀπεδέξατο φιλοφρόνως. ὃ δὴ κἂν ἐγὼ παρακελεύσαιμι * περὶ αὐτοῦ καθ' ἡμᾶς καὶ τοὺς ἐπιγινομένους, ἐὰν μὲν κατὰ πρόθεσιν εὑρίσκωμεθά που κατὰ πραγματείαν διαψευδόμενοι, καὶ παρορῶντες τὴν ἀλήθειαν, ἀπαραιτήτως ἐπιτιμᾶν· ἐὰν δὲ κατ' ἄγνοιαν, συγγνώμην ἔχειν, καὶ μάλιστα πάντων ἡμῖν, διὰ τὸ μέγεθος τῆς συντάξεως, καὶ διὰ τὴν καθόλου περιβολὴν τῶν πραγμάτων.

Ὅτι ὁ Τληπόλεμος, ὁ τὰ τῆς βασιλείας τῶν Αἰγυπτίων πράγματα μεταχειριζόμενος, ἦν μὲν κατὰ τὴν ἡλικίαν νέος, καὶ κατὰ τὸ συνεχὲς ἐν στρατιωτικῷ βίῳ διαγεγόνει μετὰ φαντασίας· ἦν δὲ καὶ τῇ φύσει μετέωρος καὶ φιλόδοξος, καὶ καθόλου πολλὰ μὲν εἰς πραγμάτων λόγον ἀγαθὰ προσεφέρετο, πολλὰ δὲ καὶ κακά. στρατηγεῖν μὲν γὰρ ἐν τοῖς ὑπαίθροις καὶ χειρίζειν πολεμικὰς πράξεις δυνατὸς ἦν, καὶ ἀνδρώδης ὑπῆρχε τῇ φύσει, καὶ πρὸς τὰς στρατιωτικὰς ὁμιλίας εὐφυῶς διέκειτο· πρὸς δὲ ποικίλων πραγμάτων χειρισμὸν, δεόμενον ἐπιστάσεως καὶ νήψεως,

* f. πράττειν.

etiam alienis commentariis vtilitatis publicae gratia, quantum in nobis eſt, curam atque emendationem adhibere. Porro ipſe accepta epiſtola, cum exemplaria emendari non poſſe cerneret, quia iam in vulgus edita eſſent, aegre quidem admodum, vt coniicere eſt, id tulit: ceterum conſilium noſtrum beniuole probauit. Idem quoque ab his, qui nos ſequentur, ipſemet poſtulo, ſicubi forte in hoc opere de induſtria mentitus, aut veritatem ſciens diſſimulaſſe compertus fuero, vt acerbe citra veniae ſpem increpare ne dubitent: ſin vero ignoratione lapſus, veniam indulgeant, ac maxime omnium nobis, propter operis magnitudinem rerumque copiam, quas hic complexi ſumus.

Tlepolemus, qui Aegyptiaci regni negotia adminiſtrabat, aetate quidem iuuenis erat, atque in militari vita aſſidue cum ſplendore verſatus; ingenio autem tumido, gloriaeque auido, denique et multas ad rerum adminiſtrationem animi et corporis virtutes, et multa vitia attulerat. Namque exercitum ducere, res bellicas tractare idoneus erat imprimis, natura quoque robuſtus, et ad militares congreſſus ac ſermones aptiſſimus. Ad ciuilium autem rerum tractationem, quae attentionem ac vigilantiam animi deſide-

νήψεως, καὶ πρὸς φυλακὴν χρημάτων, καὶ καθόλȣ τὴν περὶ τὸ λυσιτελὲς οἰκονομίαν, ἀφυέστατος ὑπῆρχε πάντων. ᾗ καὶ ταχέως ȣ̓ μόνον ἔσφηλεν, ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλείαν ἠλάττωσε. παραλαβὼν γὰρ τὴν τῶν χρημάτων ἐξȣσίαν, τὸ μὲν πλεῖστον μέρος τῆς ἡμέρας κατέτριβε σφαιρομαχῶν, καὶ πρὸς τὰ μειράκια διαμιλλώμενος ἐν τοῖς ὅπλοις. ἀπὸ δὲ τȣ́των γινόμενος, εὐθέως πότȣς συνῆγε, καὶ τὸ πλεῖον μέρος τȣ̃ βίȣ περὶ ταῦτα καὶ σὺν τȣ́τοις εἶχε τὴν διατριβήν. ὃν δέ ποτε χρόνον τῆς ἡμέρας ἀπεμέριζε πρὸς ἐντεύξεις, ἐν τȣ́τῳ διεδίδȣ, μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τὸ φαινόμενον εἰπεῖν, διεῤῥίπτει τὰ βασιλικὰ χρήματα τοῖς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος παραγεγονόσι πρεσβευταῖς, καὶ τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις, μάλιςα δὲ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἡγεμόσι καὶ ςρατιώταις· καθόλȣ γὰρ ἀνανεύειν ȣ̓κ ᾔδει. τῷ δὲ πρὸς χάριν ὁμιλήσαντι πᾶν ἐξ ἑτοίμȣ τὸ φανὲν ἐδίδȣ. τὸ λοιπὸν, ηὔξανε τὸ κακὸν, ἐξ αὐτȣ̃ λαμβάνον τὴν ἐπίδοσιν. πᾶς γὰρ ὁ παθὼν εὖ παρὰ τὴν προσδοκίαν, καὶ τȣ̃ γεγονότος χάριν καὶ τȣ̃ μέλλοντος ὑπερεβάλλετο ταῖς τῶν λόγων εὐχαριςίαις. ὁ δὲ πυνθανόμενος τὸν γινόμενον ἐκ πάντων ἔπαινον ὑπὲρ αὐτȣ̃, καὶ τὰς ἐν τοῖς πότοις * ἐπιλύσεις, ἔτι δὲ τὰς ἐπιγραφὰς, καὶ τὰ διὰ τῶν ἀκροαμάτων εἰς αὐτὸν ᾀδόμενα παίγνια κατὰ τὴν πόλιν, εἰς τέλος

* Ʃ. ἐπικλήσεις.

rant, et ad pecuniae custodiam, atque in vniuersum ad vtilitatis rationem ineundam ineptissimus erat omnium mortalium. Itaque breui non solum ipse concidit, sed regnum etiam labefactauit. Pecuniae enim regiae administrationem nactus, maximam diei partem pilae lusu, et armorum exercitatione cum adolescentibus conterebat. Ab his deinde ad conuiuia et compotationes transibat, ac maximam vitae partem his in rebus atque in huiusmodi contubernio exigebat. quod si interdum aliquod diei tempus audiendis negotiis vacabat, tum vero distribuebat, aut vt verius dicam, dissipabat regiam pecuniam, eamque legatis e Graecia aduectis, et scenicis artificibus, ac maxime degentibus in aula ducibus ac militibus erogabat. Prorsus enim recusare et abnuere non poterat; sed vnicuique, qui ad eius gratiam aliquid dixisset, quidquid ad manum erat, temere donabat. quod malum, ipsomet fouente atque augente, postea increbuit. quicunque enim praeter spem beneficium ab eo acceperant, tum ob praeteritum, tum futuri spe in agenda gratia omnibus eum laudibus cumulabant. Cumque ipse laudes suas ab omnibus praedicari acciperet, et in conuiuiis Tlepolemum ad singula pocula appellari, audiret quoque inscriptiones et ludicra carmina per vrbem

τέλος ἐχαυνοῦτο, καὶ μᾶλλον ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐξετυφοῦτο, καὶ προχειρότερος ἐγίνετο πρὸς τὰς ξενικὰς καὶ στρατιωτικὰς χάριτας. ἐφ' οἷς οἱ περὶ τὴν αὐλὴν ἀσχάλλοντες πάντα παρεσημαίνοντο, καὶ βραχέως αὐτοῦ τὴν αὐθάδειαν ὑπέφερον, τὸν δὲ Σωσίβιον ἐκ παραθέσεως ἐθαύμαζον. ἐδόκει γὰρ οὗτος τοῦ τε βασιλέως προεστάναι φρονιμώτερον ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν, τήν τε πρὸς τοὺς ἐκτὸς ἀπάντησιν * ἀξίαν ποιεῖσθαι τῆς ἐγκεχειρισμένης αὐτῷ πίστεως· αὕτη δ' ἦν ἡ σφραγὶς, καὶ τὸ τοῦ βασιλέως σῶμα. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀνακομιζόμενος ἧκει παρὰ τοῦ Φιλίππου Πτολεμαῖος ὁ Σωσιβίου. καὶ πρὶν μὲν οὖν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐκπλεῦσαι, πλήρης ἦν τύφου, διά τε τὴν ἰδίαν φύσιν, καὶ διὰ τὴν προγεγενημένην ἐκ τοῦ πατρὸς εὐκαιρίαν. ὡς δὲ καταπλεύσας εἰς τὴν Μακεδονίαν συνέμιξε τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν νεανίσκοις, ὑπολαβὼν, εἶναι τὴν Μακεδόνων ἀνδρείαν ἐν τῇ τῆς ὑποδέσεως καὶ τῇ τῆς ἐσθῆτος διαφορᾷ, παρῆν ταῦτα πάντα ἐζηλωκὼς, καὶ πεπιστευμένος, αὐτὸν μὲν ἄνδρα γεγονέναι διὰ τὴν ἐκδημίαν, καὶ διὰ τὸ Μακεδόσιν ὡμιληκέναι, τοὺς δὲ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀνδράποδα καὶ βλάκας διαμένειν. διόπερ εὐθέως ἐζηλοτύπει καὶ παρετρίβετο πρὸς τὸν Τληπόλεμον. πάντων δ' αὐτῷ συγκατατιθεμένων τῶν περὶ τὴν αὐλὴν, διά τε τὸν Τλη-

* mſ. ἄξια.

ab acroamatis de ipſo cani ſolita, tandem efferri coepit, magisque ac magis in dies intumeſcere, atque ad peregrinas ac militares largitiones eo facilius ferri. Quamobrem indignati aulici, omnia eius facta dictaque improbabant, atque eius faſtum aegre ferebant. Contra vero Soſibium comparantes admirabantur. Namque hic regis curam maiori prudentia gerere videbatur, quam eius aetas ferret, atque in congreſſibus cum extraneis eam ſpeciem atque auctoritatem ſeruare, quam locus eius ac dignitas poſtulabat. Regii enim et annuli et corporis cuſtodia ipſi mandata erat. Circa haec tempora Ptolemaeus, Soſibii filius, a Philippo ex Macedonia eſt reuerſus, qui quidem priusquam Alexandria ſoluiſſet, cum ſuopte ingenio, tum ob paternas opes faſtu turgebat. Poſtquam vero in Macedoniam appulſus cum illius aulae iuuentute familiariter verſatus eſt, Macedonum virtutem in ipſa calceamenti ac veſtis proprietate poſitam eſſe ratus, cuncta huiusmodi ſtudioſe aemulatus tum aderat; atque ex hac ſua profectione quod cum Macedonibus congreſſus fuiſſet, vnum modo ſe virum eſſe ſibi perſuaſerat, ceteros vero Alexandrinos mancipia ac fatuos eſſe. Quamobrem ſtatim Tlepolemo obtrectare coepit. Porro vniuerſis aulicis ei fauentibus, eo quod

πόλεμον καὶ τὰ πράγματα καὶ τὰ χρήματα μὴ ὡς ἐπίτροπον, ἀλλ' ὡς κληρονόμον χειρίζειν, ταχέως ηὐξήθη τὰ τῆς διαφορᾶς. καθ' ὃν καιρὸν ὁ Τληπόλεμος, προσπιπτόντων αὐτῷ λόγων δυσμενικῶν ἐκ τῆς τῶν αὐλικῶν παρατηρήσεως καὶ κακοπραγμοσύνης, τὰς μὲν ἀρχὰς παρήκε καὶ κατεφρόνει τῶν λεγομένων· ὡς δέ ποτε καὶ κοινῇ συνεδρεύσαντες ἐτόλμησαν ἐν τῷ μέσῳ καταμέμφεσθαι τὸν Τληπόλεμον, ὡς κακῶς χειρίζοντα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν, οὐ παρόντος αὐτοῦ· τότε δὴ παροξυνθεὶς συνῆγε τὸ συνέδριον, καὶ παρελθὼν ἐκείνους μὲν ἔφη λάθρα καὶ κατ' ἰδίαν ποιεῖσθαι κατ' αὐτοῦ τὰς διαβολὰς, αὐτὸς δ' ἔκρινε κοινῇ καὶ κατὰ πρόσωπον αὐτῶν ποιήσασθαι τὴν κατηγορίαν. Ζήτει ἐν τῷ περὶ δημηγοριῶν.

Ὅτι μετὰ τὴν δημηγορίαν ἔλαβε καὶ τὴν σφραγίδα παρὰ Σωσιβίου, καὶ ταύτην παρειληφὼς ὁ Τληπόλεμος, λοιπὸν ἤδη πάντα τὰ πράγματα κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν ἔπραττεν.

Ὅτι Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως τὴν τῶν Γαζαίων πόλιν πορθήσαντος, φησὶν ὁ Πολύβιος· ἐμοὶ δὲ καὶ δίκαιον ἅμα καὶ πρέπον εἶναι δοκεῖ τὸ τοῖς Γαζαίοις ἀποδοῦναι τὴν καθήκουσαν μαρτυρίαν. οὐδὲν γὰρ διαφέροντες ἀνδρείᾳ τῶν κατὰ κοίλην Συρίαν πρὸς τὰς πολεμικὰς πράξεις, ἐν κοινωνίᾳ πραγμάτων καὶ τῷ τηρεῖν τὴν πίστιν πολὺ διαφέρουσι, καὶ συλλήβδην ἀνυπόστατον ἔχουσι τὴν τόλ-

Tlepolemus negotia ac pecuniam regiam, non vt curator, ſed quaſi haeres adminiſtrabat, breui diſſenſio in maius aucta eſt. At Tlepolemus cum infenſi de ipſo ſermones, ab aulicorum obſeruatione ac malitia profecti, ad eum deferrentur, initio quidem haec ſpernebat, ſed poſteaquam, conſilio publice habito, cum Tlepolemus abeſſet, de praua eius adminiſtratione palam conqueri ſunt auſi, commotus tum demum conſilium coegit, atque in medium progreſſus, ipſos quidem clam et ſingulos ſeipſum calumniari dixit; ſibi vero in animo eſſe aduerſus ipſos ſimul omnes coram accuſationem inſtituere. *Reliqua petenda ſunt ex excerptis concionum.*

Poſtquam Tlepolemus dicendi finem feciſſet, annulum quoque a Soſibio accepit, quo accepto, cuncta deinceps arbitratu ſuo adminiſtrauit.

De Gazenſium vrbe ab Antiocho vaſtata haec Polybius ſcribit. Mihi vero aequum atque opportunum hic videtur, Gazaeos merito virtutis teſtimonio minime fraudare. Nam cum fortitudine in rebus bellicis nihil a reliquis Coeleſyriae incolis differant, tamen in ſocietate ineunda ac ſeruanda fide longe illos ſuperant, et inuicta quadam auda-

μαν.

μαν. κατὰ γὰρ τετάρτην ἔφοδον ἐκπλαγέντων τῶν ἄλλων διὰ τὸ μέγεθος τῆς δυναστείας, καὶ πάντων ἐγχειρισάντων σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὰς πατρίδας Μήδοις, μόνοι τὸ δεινὸν ὑπέμειναν, πάντες τὴν πολιορκίαν ἀναδεξάμενοι. κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου παρουσίαν οὐ μόνον τῶν ἄλλων παραδεδωκότων αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ Τυρίων ἐξηνδραποδισμένων μετὰ βίας, καὶ σχεδὸν ἀνελπίστου τῆς σωτηρίας ὑπαρχούσης τοῖς ἐναντιουμένοις πρὸς τὴν ὁρμὴν καὶ βίαν τοῦ Ἀλεξάνδρου, μόνοι τῶν κατὰ Συρίαν ὑπέστησαν, καὶ πάσας ἐξελέγξαντες ἐλπίδας. τὸ δὲ παραπλήσιον ἐποίησαν καὶ κατὰ τοὺς ἐνεστῶτας καιρούς. οὐδὲν γὰρ ἀπέλειπον τῶν ἐνδεχομένων, σπουδάζοντες διαφυλάξαι τὴν πρὸς τὸν Πτολεμαῖον πίστιν. διὸ καθάπερ καὶ κατ' ἰδίαν ἐπισημαινόμεθα τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, τὸν αὐτὸν τρόπον χρὴ καὶ κοινῇ τῶν πόλεων τὴν ἐπ' ἀγαθῷ ποιήσασθαι μνήμην, ὅσαι * τῶν καλῶν ἐκ παραδόσεώς τε καὶ προθέσεως πράττειν εἰώθασιν.

Ὅτι Φίλιππος ὁ βασιλεὺς, τοῦ χειμῶνος ἤδη καταρχομένου, καθ' ὃν Πόπλιος Σολπίκιος ὕπατος κατεστάθη ἐν Ῥώμῃ, ποιούμενος τὴν διατριβὴν ἐν τοῖς Βαργυλίοις, θεωρῶν καὶ τοὺς Ῥοδίους καὶ τὸν Ἄτταλον οὐχ οἷον διαλύοντας τὸ ναυτικὸν, ἀλλὰ καὶ προσπληροῦντας ναῦς, καὶ φιλοτιμότερον προσκειμένους ταῖς φυλακαῖς, δυσχερῶς διέκειτο, καὶ πολλὰς

* deest τι.

cia vtuntur. Nam cum Persae olim in Syriam irrupissent, cunctis potentiae magnitudine attonitis, seque ac vrbes suas vltro dedentibus, soli Gazaei resistere ausi, obsidionem pertulere. Expeditione quoque Alexandri, cum non modo vniuersi deditionem fecissent, sed et Tyrus vi capta atque in seruitutem redacta esset, atque aduersus vim et impetum Alexandri nulla propemodum salutis spes resistentibus appareret, soli e Syris non cessere, sed ad omne discrimen parati nihil intentatum reliquere. Eadem constantia nunc quoque vsi reperiuntur. Nam dum Ptolemaeo fidem praestare student, nihil penitus ab illis est omissum. Quamobrem vt sigillatim in hoc nostro opere viros fortes collaudare solemus, ita et ciuitates, quae rerum honestarum studia, siue exemplo a maioribus tradito, siue sua sponte sectantur, suae virtutis laude afficere oportet.

Philippus rex, ineunte iam hyeme, qua P. Sulpitius Galba Romae consul creatus est, Bargyliis moratus, cum Attalum et Rhodios intelligeret non modo copias nauales non dimittere, sed remige etiam ac militibus naues instruere, maiorique animo vigiliis ac custodiae orae maritimae incumbere, ipse maxima in difficultate versaba-

καὶ ποικίλας εἶχε περὶ τοῦ μέλλοντος ἐπινοίας. ἅμα μὲν γὰρ ἠγωνία τὸν ἐκ τῶν Βαργυλίων ἔκπλουν, καὶ προεωρᾶτο τὸν κατὰ θάλατταν κίνδυνον, ἅμα δὲ τοῖς κατὰ τὴν Μακεδονίαν πράγμασι διαπιστῶν, οὐδαμῶς ἐβούλετο παραχειμάζειν κατὰ τὴν Ἀσίαν. Φοβούμενος μὲν οὖν καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς καὶ τοὺς Ῥωμαίους, καὶ γὰρ οὐδ' ἠγνόει τὰς ἐξαποστελλομένας κατ' αὐτοῦ πρεσβείας εἰς Ῥώμην, διόπερ πέρας ἔχει τὰ κατὰ τὴν Λιβύην, ἐξ ὧν ἐδυσχρηστεῖτο μὲν ὑπερβαλλόντως, ἠναγκάζετο δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐπιμένων αὐτοῦ, τὸ δὴ λεγόμενον, λύκου βίον ζῆν. παρ' ὧν μὲν γὰρ ἁρπάζων καὶ κλέπτων, τοὺς δὲ ἀποβιαζόμενος, ἐνίους δὲ παρὰ φύσιν αἰκάλλων διὰ τὸ λιμώττειν αὐτῷ τὸ στράτευμα, ποτὲ μὲν ἐσιτεῖτο κρέα, ποτὲ δὲ σῦκα, ποτὲ δὲ σιτάρια βραχέα παντελῶς, ὧν τινὰ μὲν αὐτῷ Ζεῦξις ἐχορήγει, τὰ δὲ Μυλασσεῖς, καὶ Ἀλαβανδεῖς, καὶ Μάγνητες· οὓς ὁπότε μέν τι δοῖεν, ἔσαινεν, ὅτε δὲ μὴ δοῖεν, ὑλάκτει καὶ ἐπεβούλευεν αὐτοῖς. τέλος ἐπὶ τὴν Μυλασέων πόλιν πράξεις συνεστήσατο διὰ Φιλοκλέους, ἐσφάλη δὲ διὰ τὴν ἀλογίαν τῆς ἐπιβολῆς. τὴν δ' Ἀλαβανδέων χώραν ὡς πολεμίαν κατέφθειρε, φήσας, ἀναγκαῖον εἶναι πορίζειν τῷ στρατεύματι τὰ πρὸς τὴν τροφήν. (παρὰ δὲ Μαγνήτων, ἐπεὶ σῖτον οὐκ εἶχον, σῦκα ἔλαβε. διὸ καὶ Μυοῦντος κυριεύσας τοῖς Μάγνησιν ἐχαρίσατο τὸ χωρίον ἀντὶ τῶν σύκων.)

tur, multaque ac varia consilia animo agitabat. Simul enim eruptionem e portu Bargyliorum timebat, ac maritimum discrimen praeuidebat. Ex alia parte Macedonicis rebus diffidens, prorsus hyemare in Asia nolebat, quippe Aetolos verebatur ac Romanos. Neque enim ignorabat legationes, quae, vtpote confecto iam Punico bello, Romam vndique aduersus ipsum mittebantur. Proinde maxima anxietate distractus, cogebatur interim ibidem sedens, lupino, vt aiunt, ritu viuere, ab his vi rapiens, aliis praeter ingenium blanditus, eo, quod eius copiae fame laborabant, modo carnes, modo ficus, interdum frumentum oppido modicum vescebatur, quorum partem ei Zeuxis, partem Mylasenses et Alabandenses et Magnetes suppeditabant, eisque cum aliquid offerrent, adulabatur; cum nihil dabant, allatrabat, et insidias comparabat. Denique Mylasensium oppido structis opera Philoclis insidiis, ob imprudentiam frustratus recessit, et Alabandensium agros quasi hostiles vastauit, causatus alimenta militi suo conquirenda esse.

Ex

Ex Libro XVII.

Ὅτι ὁ Τῖτος ϛρατηγὸς ἦν τῶν Ῥωμαίων. τέτῳ δὲ ἐγεγόνει πάντα κατὰ νῦν, *et cetera, quae edita sunt in lib. 17. cap. 12.*

Ὅτι φησὶν ὁ Πολύβιος περὶ προδοτῶν· ἐμοὶ ἔϛαι πολλάκις μὲν, καὶ ἐπὶ πολλοῖς θαυμάζειν ἐπέρχεται τῶν ἀνθρωπείων ἁμαρτημάτων, μάλιϛα δ' ἐπὶ τῷ κατὰ τὰς προδότας. διὸ καὶ βέλομαι τὰ πρέποντα τοῖς καιροῖς διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν. καίτοί γε ἐκ ἀγνοῶ, διότι δυσθεώρητον ὁ τόπος ἔχει τι καὶ δυσπαράγραφον. τίνα γὰρ ὡς ἀληθῶς προδότην δεῖ νομίζειν, ἐ ῥᾴδιον ἀποφήνασθαι. δῆλον γὰρ, ὡς ὄτε τὰς ἐξ ἀκεραίε συμπειθομένες τῶν ἀνδρῶν, πρός τινας βασιλεῖς ἢ δυνάϛας * κοινωνεῖν πραγμάτων, εὐθέως προδότας νομιϛέον· ὄτε τὰς κατὰ περιϛάσεις μετατιθέντας τὰς αὐτῶν πατρίδας ἀπό τινων ὑποκειμένων πρὸς ἑτέρας φιλίας καὶ συμμαχίας, ἐδὲ τέτες, πολλᾶ γε δεῖ· ἐπεί τοί γε πολλάκις οἱ τοιῦτοι μεγίϛων ἀγαθῶν γεγόνασιν αἴτιοι ταῖς ἰδίαις πατρίσιν. ἵνα δὲ μὴ πόῤῥωθεν τὰ παραδείγματα φέρωμεν, ἐξ αὐτῶν τῶν ἐνεϛώτων ῥᾳδίως ἔϛαι τὸ λεγόμενον κατανοεῖν. εἰ γὰρ μὴ σὺν καιρῷ τότε μετέῤῥιψε τὰς Ἀχαιὰς Ἀριϛαίνετος ἀπὸ τῆς Φιλίππε συμμαχίας πρὸς τὴν Ῥωμαίων, φανερῶς ἄρδην ἀπολώλει τὸ ἔθνος. νῦν δὲ. χωρὶς τῆς παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν ἀσφαλείας ἑκάϛοις περιγενομένης, αὐ-

Omnia Tito ex animi sententia succedebant, *et cetera, quae edita sunt in libro 17. cap. 12.*

Mihi vero saepenumero mirari subit hominum in plerisque rebus ignorantiam, sed maxime in eo, quod ad proditores spectat. Quamobrem operae pretium fore arbitror, de iis pro tempore ac loco disserere. Atque hunc locum iudicatu et explicatu difficilem esse, equidem non ignoro; qui enim reuera proditor sit existimandus, definire haud facile est. Etenim constat, neque eos, qui rebus integris societatis cum regibus aut principibus ineundae auctores sunt, neque eos, qui ob temporum necessitatem ciues suos ab amicitia ac societate iam constituta ad noua foedera cum aliis ferienda traducunt, proditores habendos esse. Multum certe abest: quippe huiusmodi homines saepe maximorum bonorum ciuibus suis auctores fuere. Ac ne longius exempla repetamus, ex his, quae prae manibus nunc habemus, id facillime perspici potest. Nisi enim Aristaenetus ab Philippi societate Achaeos ad amicitiam populi Romani opportune tum traduxisset, actum erat de gente Achaeorum. At nunc praeter securitatem, quam singulis Achaeis ea tempestate praestitit, in-

* mſ. νίων.

ξήσεως τῶν Ἀχαιῶν ὁμολογουμένως ὁ προειρημένος ἀνὴρ κἀκεῖνο τὸ διαβούλιον αἴτιος ἐδόκει γεγονέναι. διὸ καὶ πάντες αὐτὸν οὐχ ὡς προδότην, ἀλλ' ὡς εὐεργέτην καὶ σωτῆρα τῆς χώρας ἐτίμων. ὁ δ' αὐτὸς ἂν εἴη λόγος καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι κατὰ τὰς τῶν καιρῶν περιστάσεις τὰ παραπλήσια τούτοις πολιτεύονται καὶ πράττουσιν. ᾗ καὶ Δημοσθένην κατὰ πολλά τις ἂν ἐπαινέσας ἐν τούτῳ μέμψαιτο, διότι πικρότατον ὄνειδος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν Ἑλλήνων εἰκῇ καὶ ἀκρίτως προσέρριψε, φήσας, ἐν μὲν Ἀρκαδίᾳ τοὺς περὶ Κερκιδᾶν, καὶ Ἱερώνυμον, καὶ Εὐκαμπίδαν προδότας γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος, ὅτι Φιλίππῳ συνεμάχουν· ἐν δὲ Μεσσήνῃ τοὺς Φιλιάδου παῖδας, Νέωνα καὶ Θρασύλοχον· ἐν Ἄργει δὲ τοὺς περὶ Μύρτιν καὶ Τελέδαμον καὶ Μνασίαν. παραπλησίως ἐν Θετταλίᾳ μὲν τοὺς περὶ Δάοχον καὶ Κινέαν· παρὰ δὲ Βοιωτοῖς τοὺς περὶ Θεογείτονα καὶ Τιμόλαν. σὺν δὲ τούτοις καὶ πλείους ἑτέρους ἐξηρίθμηται κατὰ πόλιν ὀνομάζων, καίτοι γε πάντων μὲν τῶν προειρημένων ἀνδρῶν πολὺν ἐχόντων λόγον καὶ φαινόμενον ὑπὲρ τῶν καθ' αὐτοὺς δικαίων, πλεῖστον δὲ τῶν ἐξ Ἀρκαδίας καὶ Μεσσήνης. οὗτοι γὰρ ἐπισπασάμενοι Φίλιππον εἰς Πελοπόννησον, καὶ ταπεινώσαντες Λακεδαιμονίους, πρῶτον μὲν ἐποίησαν ἀναπνεῦσαι καὶ λαβεῖν ἐλευθερίας ἔννοιαν πάντας τοὺς τὴν Πελοπόννησον κατοικοῦντας, ἔπειτα δὲ τὴν χώραν ἀνακομισά-

ter omnes conſtat, ei viro atque huic eius conſilio incrementum reipubl. Achaeorum deberi. Itaque is non vt proditor, ſed vt optime meritus ac ſeruator gentis ab omnibus colebatur. Idem de aliis quoque dicendum eſt, qui pro rerum ac temporum neceſſitate eadem in republica praeſtant. Quare etiam Demoſthenes, vir alioqui maxima laude dignus, in hac parte alicui reprehendendus forte videatur, quod viris totius Graeciae celeberrimis temere et absque iudicio turpiſſimi criminis notam inuſſit. Etenim Cercidam et Hieronymum et Eucampidam in Arcadia, Meſſenae Iphiadis filios, Neonem et Thraſylochum, Argis Myrtim et Teledamum et Mnaſiam, Daochum ſimiliter ac Cineam in Theſſalia, apud Boeotos autem Theogitonem ac Timolaum proditores Graeciae fuiſſe dicit, eo quod Philippi ſocietatem eſſent amplexi. Alios quoque plures ex ſingulis ciuitatibus nominatim recenſet, tametſi omnes illi multis et grauiſſimis rationibus factum ſuum defendere poſſint, atque in primis Arcades ac Meſſenii. Namque hi, accito in Peloponneſum Philippo, cum Lacedaemonios depreſſiſſent, primum quidem id effecerunt, vt vniuerſi Peloponneſii reſpirare et libertatis ſpeciem aliquam concipere poſſent, deinde, recuperato agro atque oppi-

μενοι

μενοι καὶ τὰς πόλεις, ἃς παρῄρηντο Λακεδαιμόνιοι κατὰ τὴν εὐκαιρίαν Μεσσηνίων, Μεγαλοπολιτῶν, Τεγεατῶν, Ἀργείων, ηὔξησαν τὰς ἑαυτῶν πατρίδας ὁμολογουμένως, ἀνθ' ὧν οὐ πολεμεῖν ὤφειλον Φιλίππῳ καὶ Μακεδόσιν, ἀλλὰ πάντα κατὰ δύναμιν ἐνεργεῖν, ὅσα πρὸς δόξαν καὶ τιμὴν ἀνῆκεν. εἰ μὲν οὖν ταῦτ' ἔπραττον, ἢ φρουρὰν παρὰ Φιλίππου δεχόμενοι ταῖς πατρίσιν, ἢ καταλύοντες τοὺς νόμους ἀφῃροῦντο τὴν ἐλευθερίαν καὶ παῤῥησίαν τῶν πολιτῶν χάριν τῆς ἰδίας πλεονεξίας ἢ δυναστείας, ἄξιοι τῆς προσηγορίας ἦσαν ταύτης· εἰ δὲ, τηροῦντες τὰ πρὸς τὰς πατρίδας δίκαια, κρίσει πραγμάτων διεφέροντο, νομίζοντες οὐ ταυτὸ συμφέρον Ἀθηναίοις εἶναι καὶ ταῖς ἑαυτῶν πόλεσιν, οὐ δή που διὰ τοῦτο καλεῖσθαι προδότας ἐχρῆν αὐτοὺς ὑπὸ Δημοσθένους. ὁ δὲ πάντα μετρῶν πρὸς τὸ τῆς ἰδίας πατρίδος συμφέρον, καὶ πάντας ἡγούμενος δεῖν τοὺς Ἕλληνας ἀποβλέπειν πρὸς Ἀθηναίους, εἰ δὲ μὴ, προδότας ἀποκαλεῖν, ἀγνοεῖν μοι δοκεῖ καὶ πολὺ παραπαίειν τῆς ἀληθείας. ὃ πεποίηκε Δημοσθένης, ἄλλως τε δὴ καὶ τῶν συμβάντων τότε τοῖς Ἕλλησιν οὐ Δημοσθένει μεμαρτυρηκότων, ὅτι καλῶς προυνοήθη τοῦ μέλλοντος, ἀλλ' Εὐκαμπίδᾳ, καὶ Ἱερωνύμῳ, καὶ Κερκιδᾷ, καὶ τοῖς Φιλιάδου παισίν. Ἀθηναίοις μὲν γὰρ τῆς πρὸς Φίλιππον ἀντιπαραγωγῆς τὸ τέλος

dis et vrbibus, quas Spartani, cum potentia valerent, Messeniis Megalopolitanis Tegeatibus atque Argiuis eripuerant, rebus suis maximum incrementum attulere. Pro quibus sane meritis aequum erat, non vt Philippo ac Macedonibus bellum indicerent, sed potius vt pro virili parte honori illius et gloriae seruirent. Quod si id praestitissent, aut praesidio Macedonum in ciuitates suas recepto, aut republica ac legibus sublatis libertatem ciuibus suis ademissent, suae ipsorum potentiae confirmandae caussa: esset cur eo nomine digni esse viderentur, sin vero omnibus officiis patriae satisfacientes, iudicio dumtaxat in republica gubernanda et prouidentia praestiterunt ceteris, haudquaquam communes rati Atheniensibus ac suis ciuitatibus temporum esse rationes, non idcirco a Demosthene proditores dici debuerunt. At enim ille, patriae suae vtilitate cuncta permensus, idque persuasum habens, vniuersos Graecos ciuitatem Atheniensium spectare oportere, sin minus, proditores esse appellandos, falli et a veritate procul aberrare mihi quidem videtur: praesertim cum ea, quae tum Graeciae contigerunt, non Demosthenis ipsius, sed Eucampidae et Hieronymi ac Cercidae et Iphiadis liberorum consilia suo suffragio comprobarint. Etenim Athenienses quidem immodica aduersus

 ἀπέβη,

ἀπέβη, τὸ πεῖραν λαβεῖν τῶν μεγίστων συμπτωμάτων, πταίσασι τῇ μάχῃ περὶ Χαιρωνείαν. εἰ δὲ μὴ διὰ τὴν τοῦ βασιλέως μεγαλοψυχίαν καὶ φιλοδοξίαν, καὶ πορρωτέρω τὰ τῆς ἀτυχίας ἂν αὐτοῖς προὔβη διὰ τὴν Δημοσθένους πολιτείαν. διὰ δὲ τοὺς προειρημένους ἄνδρας κοινῇ μὲν Ἀρκάσι καὶ Μεσσηνίοις ἀπὸ Λακεδαιμονίων ἀσφάλεια καὶ ῥᾳστώνη παρεσκευάσθη· κατ' ἰδίαν δὲ ταῖς αὐτῶν πατρίσι πολλὰ καὶ λυσιτελῆ συνεξηκολούθησε. τίσιν οὖν εἰκότως ἂν ἐπιφέροι τις τὴν ὀνομασίαν ταύτην, ἔστι μὲν δυσπαράγραφον· μάλιστα δ' ἂν προσρέχοι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπὶ τοὺς τοιούτους φέρων, ὅσοι τῶν ἀνδρῶν κατὰ τὰς ὁλοσχερεῖς περιστάσεις, ἢ τῆς ἰδίας ἀσφαλείας καὶ λυσιτελείας χάριν, ἢ τῆς πρὸς τοὺς ἀντιπολιτευομένους διαφορᾶς, ἐγχειρίζουσι τοῖς ἐχθροῖς τὰς πόλεις· ἢ καὶ νὴ δία πάλιν, ὅσοι, φρουρὰν εἰσδεχόμενοι καὶ * συγχρώμενοι ταῖς ἔξωθεν ἐπικουρίαις πρὸς τὰς ἰδίας ὁρμὰς καὶ προθέσεις, ὑποβάλλουσι τὰς πατρίδας ὑπὸ τὴν τῶν ** πλειόνων δυνάμεων ἐξουσίαν. τοὺς τοιούτους ὑπὸ τὸ τῆς προδοσίας ὄνομα μετρίως ἄν τις ὑποτάττοι πάντας, οἷς λυσιτελὲς μὲν ἀληθῶς ἢ καλὸν οὐδὲν οὐδέποτε συνεξηκολούθησε, τὰ δ' ἐναντία πᾶσιν ὁμολογουμένως. ἢ καὶ θαυμάζειν ἔστι πρὸς τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον, πρὸς τί ποτε βλέποντες, ἢ τίσι χρώ-

Philippum contentione in maximas tandem calamitates delapsi sunt, accepta ad Chaeroneam clade: ac nisi regis ipsius magnitudo animi et gloriae cupiditas obstitisset, longe grauiora ex Demosthenis consiliis adhuc perpessi fuissent. Contra Arcadibus et Messeniis cum vniuersis securitas a Spartanorum viribus ope illorum virorum praestita est, tum singulatim ipsorum ciuitatibus multa et maxima commoda accesserunt. Quibus igitur maxime id nomen competat, distincte affirmare difficile est: sed proxime ad veritatem accesserit, qui eis tribuet, quotquot difficillimis reipublicae temporibus, siue incolumitatis et vtilitatis propriae caussa, siue ob dissensionem cum illis, qui contrarias in republica partes tuentur, patriam hostibus tradunt, vel quotquot, admisso in vrbem praesidio, externisque auxiliis ad consilia sua et conatus ad exitum perducendos abusi, patriam potentiorum imperio subiiciunt. Huiusmodi omnes proditorum nomine merito censeantur, quibus nullus vmquam fructus, nullum operae pretium, sed prorsus alia omnia contigerunt, vt inter omnes constat. Itaque, vt initio dixi, mirari subit, quid in animo habentes, et quibus demum rationibus adducti homines, in eam calamitatem praecipites feruntur. Ne-

* mſ. συγχωρούμ. ** leg. πλείω δυναμένων.

χρώμενοι διαλογισμοῖς ὁρμῶσι πρὸς τὴν τοιαύτην ἀτυχίαν. οὔτε γὰρ ἔλαθε πώποτε προδοὺς οὐδεὶς πόλιν, ἢ στρατόπεδον, ἢ φρούριον, ἀλλὰ κἂν παρ' αὐτὸν τὸν τῆς πράξεως καιρὸν ἀγνοηθῇ τις, ὅ γε ἐπιγινόμενος χρόνος ἐποίησε φανεροὺς ἅπαντας· οὐδὲ μὴν γνωσθεὶς οὐδεὶς οὐδέποτε μακάριον ἔσχε βίον, ἀλλ' ὡς μὲν ἐπίπαν ὑπ' αὐτῶν τούτων, οἷς χαρίζονται, τυγχάνουσι τῆς ἁρμοζούσης τιμωρίας. χρῶνται μὲν γὰρ τοῖς προδόταις οἱ στρατηγοὶ καὶ δυνάσται πολλάκις διὰ τὸ συμφέρον· ὅταν γέ μην ἀποχρήσωνται, χρῶνται λοιπὸν ὡς προδόταις, κατὰ τὸν Δημοσθένην, μάλ' εἰκότως ἡγούμενοι, τὸν ἐγχειρίσαντα τοῖς ἐχθροῖς τὴν πατρίδα καὶ τοὺς ἐξαρχῆς φίλους μηδέποτ' ἂν εὔνουν σφίσι γενέσθαι, μηδὲ διαφυλάξαι τὴν πρὸς αὐτοὺς πίστιν. οὐ μὴν ἀλλ' ἐὰν καὶ τὰς τούτων διαφύγωσι χεῖρας, τάς γε δὴ τῶν παρασπονδηθέντων οὐ ῥᾳδίως ἐκφυγγάνουσιν. ἐὰν δέ ποτε καὶ τὰς ἀμφοτέρων τούτων ἐπιβολὰς διολιθῶσιν, ἥ γε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις φήμη τιμωρὸς αὐτοῖς ἕπεται παρ' ὅλον τὸν βίον, πολλοὺς μὲν φόβους ψευδεῖς, πολλοὺς δὲ ἀληθεῖς παριστάνουσα, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, πᾶσι δὲ συνεργοῦσα καὶ συνυποδεικνύουσα τοῖς κακόν τι κατ' ἐκείνων βουλευομένοις, τὸ δὲ τελευταῖον, οὐδὲ κατὰ τοὺς ὕπνους ἐῶσα λήθην αὐτοὺς ἔχειν τῶν ἡμαρτημένων, ἀλλ' ὀνειρώττειν ἀναγκάζουσα πᾶν γένος ἐπιβουλῆς καὶ περιπετείας, ἅτε συνειδότας ἑαυτοῖς τὴν ὑπάρχου-

que enim quisquam, cum aut exercitum, aut vrbem, aut praesidium prodidisset, vmquam latuit; sed tametsi in ipso facinore latuerit, mox secuto tempore est detectus. Nullus porro eorum deprehensus reliquum vitae feliciter duxit; sed vt plurimum ab iis ipsis, quibus gratificati sunt, merita poena afficiuntur. Plerumque enim duces ac principes vtilitatis suae caussa illorum opera vti solent; ceterum vbi rem ad exitum perduxerunt, iisdem tamquam proditoribus vtuntur, sicut ait Demosthenes. idque sane iure optimo. quippe ita existimant, eum, qui patriam ac veteres amicos hostibus prodiderit, numquam beneuolum ac fidum suis partibus futurum. Quod si illorum manus forte effugerint, at eorum, quos prodiderint, non effugient. Sin vero vtriusque partis insidias declinauerint, fama certe vltrix vbique terrarum eis imminet, quoad viuunt, multasque modo inanis modo veri metus caussas dies noctesque suggerit, et eorum inimicis suffragatur, ac varias nocendi ansas subministrat. Postremo ne noctu quidem scelerum suorum eos obliuisci patitur, sed omnis generis insidias atque casus in somnis exhorrescere cogit, vt qui sibi conscii sint maleuolentiae omnium hominum et

σαν

σαν ἐκ πάντων ἀλλοτριότητα πρὸς σφᾶς, καὶ τὸ κοινὸν μίσος. ἀλλ' ὅμως τούτων οὕτως ἐχόντων, οὐδεὶς οὐδέποτε δεηθεὶς ἠπόρησε προδότου, πλὴν τελέως ὀλίγων τινῶν. ἐξ ὧν εἰκότως εἴποι τις ἄν, * ὅτι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, δοκοῦν πανουργότατον εἶναι τῶν ζώων, πολὺν ἔχει λόγον τοῦ φαυλότατον ὑπάρχειν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ζῶα, ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις αὐταῖς δουλεύοντα, διὰ μόνας ταύτας σφάλλεται· τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ προσδεδοξοποιημένον, οὐχ ἧττον διὰ τὴν ἀλογιστίαν, ἢ διὰ τὴν φύσιν ἁμαρτάνει. καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

publici in ſe ipſos odii. Quae cum ita ſint, nihilominus tamen nemini vmquam, cui opus eſſet, proditor defuit. Proinde non iniuria quis dixerit, hominum genus cum verſutia et calliditate cetera animalia ſuperare videatur, multa tamen dici poſſe, cur deterrimum habeatur. Nam ceterae animantes, quae ſolis corporis cupiditatibus ſeruiunt, per has dumtaxat in fraudem labuntur: at humanum genus, variis praeterea opinionibus inductum, non pauciora per imprudentiam peccat, quam naturae vitio. Atque haec quidem de his a nobis dicta ſint.

Ὅτι ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος ἐτιμᾶτο μὲν καὶ πρότερον ὑπὸ τῆς τῶν Σικυωνίων πόλεως διαφερόντως, ἐξ οὗ τὴν ἱερὰν χώραν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐλυτρώσατο χρημάτων αὐτοῖς οὐκ ὀλίγων. ἀνθ' ὧν καὶ τὸν κολοσσὸν αὐτοῦ τὸν δεκάπηχυν ἔστησαν παρὰ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν περὶ τὴν ἀγοράν. τότε δὲ πάλιν αὐτοῦ δέκα τάλαντα δόντος καὶ μυρίους μεδίμνους πυρῶν, πολλαπλασίως ἐπιταθέντες ταῖς εὐνοίαις, εἰκόνα τε χρυσῆν ἐψηφίσαντο, καὶ θυσίαν αὐτῷ συντελεῖν κατ' ἔτος ἐνομοθέτησαν. Ἄτταλος μὲν οὖν τυχὼν τῶν τιμῶν τούτων ἀπῆρεν εἰς Κεγχρεάς.

Attalus rex antea quidem a Sicyoniis impenſe colebatur, ex quo ſacrum Apollinis agrum grandi pecunia eis redemerat, in cuius beneficii gratiam coloſſum eius decem cubitum altitudine iuxta Apollinem in foro poſuerunt. tum vero, cum decem talenta ciuitati dono dediſſet, et decem millia medinum frumenti, maiori beneuolentia eum complexi, et auream ſtatuam illi decreuerunt, et ſolenne ſacrum quotannis fieri lege lata ſanxerunt. His honoribus affectus Attalus Cenchreas abiit.

Ὅτι Νάβις ὁ τύραννος, ἀπολιπὼν ἐπὶ τῆς τῶν Ἀργείων πόλεως Τιμοκράτην τὸν Πελληνέα,

Nabis tyrannus, relicto ad praeſidium vrbis Argiuorum Timocrate Pellenenſi, cuius

διὰ

* Haec edita ſunt in libri 17. cap. 15.

διὰ τὸ μάλιςα τέτῳ πιςεύειν * καὶ χρῆσθαι πρὸς τὰς ἐπιφανεςάτας πράξεις, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Σπάρτην, καὶ μετά τινας ἡμέρας ἐξέπεμψε τὴν γυναῖκα, δὲς ἐντολὰς, παραγενομένην εἰς Ἄργος περὶ πόρον γίνεσθαι χρημάτων. ἡ δὲ ἀφικομένη πολὺ κατὰ τὴν ὠμότητα Νάβιν ὑπερέθετο. ἀνακαλεσαμένη γὰρ τῶν γυναικῶν τινὰς μὲν κατ᾽ ἰδίαν, τινὰς δὲ κατὰ συγγένειαν, πᾶν γένος αἰκίας καὶ βίας προσέφερε, μέχρι σχεδὸν ἁπασῶν ὀ μόνον τὸν χρυσὖν ἀφείλετο κόσμον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἱματισμὸν τὸν πολυτελέςατον.

fide atque opera in grauissimis negociis vtebatur, Spartam regressus, paucis post diebus vxorem eo remisit, mandans, vt cum primum Argos venisset, cogendae pecuniae incumberet. Illa Argos ingressa, crudelitatem Nabidis longo interuallo superauit. Nunc enim singulas illustres feminas, nunc simul plures genere inter se iunctas domum accersendo, vi ac tormentis omnibus compellebat, donec non aureum modo ornatum, sed vestem quoque preciosissimam fere vniuersis ademit.

Ex Libro XVIII.

Ὅτι τισὶ συμβέβηκε τὸ τὰς μὲν ἐν ταῖς ἐπιτυχίαις ἐξεσίας, *etc. quae edita sunt in lib. 17. cap. 29.*

Accidit hoc et aliis fortasse iam ante, *etc. quae edita sunt in libro 17. cap. 29.*

Ἤδη γὰρ κατὰ τὴν Ἑλλάδα τῆς δωροδοκίας ἐπιπολαζέσης καὶ τὖ μηδένα μηδὲν δωρεὰν πράττειν, καὶ τὖ χαρακτῆρος τέτε νομισευομένε παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς, ἐκ ἐδύναντο πιςεύειν, διότι χωρὶς δώρων ἡ τηλικαύτη μεταβολὴ γέγονε τὖ Τίτε πρὸς τὸν Φίλιππον, ἐκ εἰδότες τὰ Ῥωμαίων ἔθη καὶ νόμιμα περὶ τὖτο τὸ μέρος. ** (ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῶν τεκμαιρόμενοι καὶ συλλογιζόμενοι, διότι τὸν μὲν Φίλιππον εἰκὸς ἦν προτείνειν πλῆθος χρημάτων διὰ τὸν καιρὸν· τὸν

Iam enim inter Graecos grassabatur sordida haec munerum captatio, gratis nemine quidquam faciente. quae morum nota cum vbique pro legitima obtineret apud Aetolos, persuadere sibi illi non poterant, gratuito contigisse eam Titi erga Philippum voluntatis mutationem, ignari moris hac in parte institutique Romanorum: verum ex se ipsis coniectura ducta, perquam probabile esse disputabant, Philippum quidem, tempori seruientem, pecuniae vim

* mſ. κεχρῆσθαι.

** Haec suppleui ex excerptis legationum Polybii, p. 529.

τὸν δὲ Τῖτον μὴ δύναϑαι τȣτοις ἀντοφϑαλμεῖν.) ἐγὼ δὲ κατὰ μὲν τȣς ἀνωτέρω χρόνȣς καὶ κοινὴν ἂν ποιȣμενος ἀπόφασιν ἐϑάῤῥησα ἂν περὶ πάντων Ῥωμαίων εἰπεῖν, ὡς ȣδὲν ἂν πράξαιεν τοιȣτον· λέγω δὲ πρότερον ἢ τοῖς διαποντίοις αὐτȣς ἐγχειρῆσαι πολέμοις, ἕως ἐπὶ τῶν ἰδίων ἐϑῶν καὶ νομίμων ἔμενον. ἐν δὲ τοῖς νῦν καιροῖς περὶ πάντων μὲν ȣκ ἂν τολμήσαιμι τȣτ' εἰπεῖν· κατ' ἰδίαν μέν τοί γε περὶ πλειόνων ἀνδρῶν ἐν Ῥώμῃ ϑαῤῥήσω ἂν ἀποφήναϑαι, διότι δύνανται τὴν πίςιν ἐν τȣτῳ τῷ μέρει διαφυλάττειν, μαρτυρίας δὲ χάριν ὁμολογȣμενα δύω ὀνόματα, τȣ μὴ δοκεῖν ἀδύνατα λέγειν. Λεύκιος μὲν γὰρ Αἰμύλιος, ὁ Περσέα νικήσας, κύριος γενόμενος τῆς Μακεδόνων βασιλείας, ἐν ᾗ, τῆς ἄλλης χωρὶς κατασκευῆς καὶ χορηγίας, ἐν αὐτοῖς εὑρέϑη τοῖς ϑησαυροῖς ἀργυρίȣ καὶ χρυσίȣ πλείω τῶν ἑξακιςχιλίων ταλάντων, ȣχ οἷον ἐπεϑύμησε τȣτων τινὸς, ἀλλ' ȣδ' αὐτόπτης ἠβȣλήϑη γενέϑαι, δι' ἑτέρων δὲ τὸν χειρισμὸν ἐποιήσατο τῶν προειρημένων, καίτοι κατὰ τὸν ἴδιον βίον ȣ περιττεύων τῇ χορηγίᾳ, τὸ δ' ἐναντίον ἐλλείπων μᾶλλον. μεταλλάξαντος γȣν αὐτȣ τὸν βίον ȣ πολὺ κατόπιν τȣ πολέμȣ, βȣληϑέντες οἱ κατὰ φύσιν υἱοὶ Πόπλιος Σκιπίων καὶ Κόϊντος Μάξιμος ἀποδȣναι τῇ γυναικὶ τὴν φέρνην, εἴκοσι τάλαντα καὶ πέντε, ἐπὶ τοσȣτον ἐδυςχρηςήϑησαν, ὥς' ȣδ' εἰς τέλος ἐδυνήϑησαν, εἰ μὴ τὴν ἐνδȣχίαν ἀπέδον-

magnam offerre; Titum vero oculos contra attollere non ſuſtinere. Ego vero de ſuperioribus quidem temporibus generaliter pronuncians, de omnibus Romanis affirmare non dubitauerim, eos huiusmodi aliquid numquam eſſe facturos, antequam ſcilicet transmarina ſuſcepiſſent bella, dum conſuetudines moresque maiorum ſeruabant. Nunc vero his temporibus de omnibus quidem aſſerere id non auſim, ſed ſigillatim de pluribus ciuibus Romanis id aſſeuerare haudquaquam verear, eos hac in parte fidem atque integritatem praeſtare poſſe. Ne cui autem forte falſa commentus eſſe videar, duorum virorum exempla, apud omnes ſine controuerſia recepta, hic adducam. L. Aemilius, is qui Perſem ſuperauit, regno Macedonum potitus, in quo praeter reliquam ſupellectilem et ceteras opes auri argentique plus quam ſex millia talentum in theſauris ipſis reperta ſunt, non modo nihil ex iis concupiuit; ſed ne ipſe quidem ſpectare ea dignatus, per alios cuncta adminiſtrauit, tametſi rei familiaris amplam copiam non haberet, quin potius inopia laboraret. Etenim cum haud multo poſt Perſicum illud bellum e vita abiiſſet, Pub. Scipio et Q. Maximus naturales eius filii, cum vxori dotem quinque ac viginti talenta reſtituere vellent, tanta difficultate pecuniae laborauerunt, vt prorſus tandem diſſoluere id

ἀπέδοντο καὶ τὰ σώματα, καὶ σὺν τούτοις ἔτι τινας τῶν κτήσεων. εἰ δέ τισιν ἀπίστῳ τὸ λεγόμενον ἐοικέναι δόξει, ῥᾴδιον ὑπὲρ τούτου λαβεῖν πίστιν. πολλῶν γὰρ ἀμφισβητουμένων παρὰ Ῥωμαίοις, καὶ μάλιστα περὶ τοῦτο τὸ μέρος, διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀντιπαραγωγὰς, ὅμως τὸ νῦν εἰρημένον ὑφ' ἡμῶν ὁμολογούμενον εὑρήσει παρὰ πᾶσιν ὁ ζητῶν. καὶ μὴν Πόπλιος Σκιπίων, ὁ τούτου μὲν κατὰ φύσιν υἱὸς, Ποπλίου δὲ τοῦ μεγάλου κληθέντος κατὰ θέσιν υἱωνὸς, κύριος γενόμενος τῆς Καρχηδόνος, ἥτις ἐδόκει πολυχρημονεστάτη τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην εἶναι πόλεων, ἁπλῶς τῶν ἐξ ἐκείνης οὐδὲν εἰς τὸν ἴδιον βίον μετήγαγεν, οὔτ' ὠνησάμενος, οὔτ' ἄλλῳ τρόπῳ κτησάμενος οὐδὲν, καίπερ οὐχ ὅλως εὐπορούμενος κατὰ τὸν βίον, ἀλλὰ μέτριος ὢν κατὰ τὴν ὕπαρξιν, ὡς Ῥωμαῖος. οὐχ οἷον δὲ τῶν ἐξ αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος ἀπέσχετο μόνον, ἀλλὰ καὶ καθόλου τῶν ἐκ τῆς Λιβύης οὐδὲν ἐπιμιχθῆναι πρὸς τὸν ἴδιον εἴασε βίον. περὶ δὲ τούτου πάλιν τἀνδρὸς ὁ ζητῶν ἀληθινῶς, ἀναμφισβήτητον εὑρήσει παρὰ Ῥωμαίοις τὴν περὶ τοῦτο τὸ μέρος δόξαν. ἀλλὰ γὰρ ὑπὲρ μὲν τούτων, οἰκειότερον λαβόντες καιρὸν, ποιησόμεθα ἐπιπλεῖστον διαστολήν. ὁ δὲ Τῖτος ταξάμενος ἡμέραν, *et cetera, quae edita ſunt in excerptis legationum, p. 529. quae ad librum 18. pertinent.*

nomen non potuerint, niſi domeſtica ſupellectile et mancipiis et praeterea aliquot praediis prius diſtractis. Quod ſi fortaſſe id alicui incredibile videbitur, veritatem eius rei aſſequi in promtu eſt. Nam cum pleraque ac maxime huiusce generis facinora ab ipſis Romanis in dubium reuocentur, propter mutuas contentiones atque inimicitias, hoc quod dixi vno omnium conſenſu firmari, quisquis interrogauerit, deprehendet. Pub. item Scipio, natura quidem Lucii filius, Publii vero Africani, qui Magnus cognominatus eſt, adoptione nepos, Carthaginis compos factus, quae vrbs totius orbis locupletiſſima habebatur, nihil ex ea prorſus neque emtionis titulo, neque alia ratione comparatum in priuatum vſum traduxit: quamuis ille non magnis opibus abundaret, ſed modicis facultatibus, vtpote Romanus, eſſet inſtructus. Neque vero ſolum a Carthaginenſi praeda abſtinuit, ſed omnino nihil ex Africae diuitiis cum ſuis bonis commiſceri eſt paſſus. Atque hanc huius viri in eo genere gloriam apud Romanos indubitatam eſſe, ſi quis inquirere voluerit, comperiet. Verum de his omnibus commodiori loco diſtincte et accurate tractabimus. At Titus conſtituta cum Philippo die, *etc. quae edita ſunt in excerptis legationum, cap. 6. p. 529.*

Ὅτι

Ὅτι φησὶν ὁ Πολύβιος ἐν τῷ ιβ′ λόγῳ, ὅτι Ἄτταλος ἐτελεύτησε τὸν βίον. ὑπὲρ οὗ δίκαιόν ἐστι, καθάπερ περὶ τῶν ἄλλων εἰθίσμεθα ποιεῖν, καὶ περὶ τούτου νῦν ἐπιφθέγξασθαι τὸν ἁρμόζοντα λόγον. ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐφόδιον ὑπῆρξε πρὸς βασιλείαν τῶν ἐκτὸς, πλοῦτος δὲ μόνον, ὃς μετὰ νοῦ μὲν καὶ τόλμης χειριζόμενος ὡς ἀληθῶς μεγάλην παρέχεται χρείαν πρὸς πᾶσαν ἐπιβολὴν, ἄνευ δὲ τῶν προειρημένων, τοῖς πλείστοις κακῶν παραίτιος πέφυκε γίνεσθαι καὶ συλλήβδην ἀπωλείας. καὶ γὰρ φθόνους γεννᾷ καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ πρὸς διαφθορὰν σωμάτων καὶ τύχης μεγίστας ἔχει ῥοπάς. ὀλίγαι δέ τινες εἰσὶ ψυχαὶ παντάπασιν, αἱ ταῦτα δυνάμεναι διωθεῖσθαι τῇ τοῦ πλούτου δυνάμει. διὸ καὶ τοῦ προειρημένου ἄξιον ἀγασθῆναι τὴν μεγαλοψυχίαν, ὅτι πρὸς οὐδὲν τῶν ἄλλων ἐπεβάλετο χρῆσθαι τοῖς χορηγίοις, ἀλλὰ πρὸς βασιλείας κατάκτησιν, οὗ μεῖζον ἢ κάλλιον οὐδὲν οἷόν τέ ἐστιν οὐδ᾽ εἰπεῖν, ὃς τὴν ἀρχὴν ἐνεστήσατο τῆς προειρημένης ἐπιβολῆς, οὐ μόνον διὰ τῆς εἰς τοὺς φίλους εὐεργεσίας καὶ χάριτος, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων. νικήσας γ᾽ ἐν μάχῃ Γαλάτας, ὃ βαρύτατον καὶ μαχιμώτατον ἔθνος ἦν τότε κατὰ τὴν Ἀσίαν, ταύτην ἀρχὴν ἐποιήσατο, καὶ τότε πρῶτον αὑτὸν ἔδειξε βασιλέα. τυχὼν δὲ τῆς τιμῆς ταύτης, καὶ βιώσας ἔτη δύω πρὸς τοῖς ο′, τούτων δὲ βασιλεύσας μ′ καὶ δ′, σωφρονέστατα μὲν ἐβίωσε καὶ

Attalus rex e vita discessit, quem quidem, vt et in aliis omnibus facere consueuimus, suo elogio ornare, ius fasque est. Huic enim viro nullum ad spem regni subsidium praeter diuitias fortuna dederat, quae si cum prudentia et audacia administrentur, maximas ad omnem conatum afferunt vtilitates, secus, grauium malorum ac postremo interitus caussa plerisque esse solent. Nam et inuidiam et insidias pariunt, et ad corporis animique perniciem maxima habent momenta. Ac paucissima ingenia reperias, quae diuitiarum adminiculo huiusmodi mala propulsare possint. Quare illius viri magnitudinem animi mirari conuenit, qui nullius alterius rei caussa, sed ad regnum sibi comparandum opibus vti instituit, quo certe nihil maius aut illustrius dici potest. atque id primum aggressus est non modo liberalitate et gratia erga amicos, sed etiam auxilio rei militaris. Superatis enim praelio Gallis, quae gens maxime terribilis ac bellicosissima tum in Asia erat, tum primum regium nomen palam adsciuit. qua dignitate per quatuor et quadraginta annos potitus, (vixit enim annis duobus et septuaginta) singulari modestia et grauitate cum vxore

σεμνό-

σεμνότατα πρὸς γυναῖκα καὶ τέκνα, διεφύλαξε δὲ τὴν πρὸς πάντας τοὺς συμμάχους καὶ φίλους πίστιν, ἐναπέθανε δὲ ἐν αὐτοῖς τοῖς καλλίστοις ἔργοις, ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. τὸ δὲ μέγιστον, δ' υἱοὺς ἐν ἡλικίᾳ καταλιπὼν, οὕτως ἡρμόσατο τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν, ὥστε παισὶ παίδων ἀστασίαστον παραδοθῆναι τὴν βασιλείαν.

ac liberis vixit, et ſociis omnibus atque amicis fidem praeſtitit, ac poſtremo praeclariſſimis rebus eſt immortuus, pro libertate Graeciae contendens. quodque praecipuum eſt, quatuor filiis, adoleſcentibus relictis, regnum adeo ſtabile ac firmum transmiſit, vt ad tertiam ſtirpem tranquilla et pacata eius poſſeſſio peruenerit.

Ὅτι Πολυκράτης ὁ τῆς Κύπρου ἄρχων ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ παιδὸς, *etc. quae ſunt edita inter excerpta lib. 17. cap. vlt.*

Polycrates Cypri praefectus iam inde a Ptolemaei patris temporibus, *etc. quae edita ſunt in libro 17. cap. vlt.*

Ex Libro XX.

Ὅτι Βοιωτοὶ ἐκ πολλῶν ἤδη χρόνων κακχεκτοῦντες ἦσαν, καὶ μεγάλην εἶχον διαφορὰν πρὸς τὴν γεγενημένην εὐεξίαν καὶ δόξαν αὐτῶν τῆς πολιτείας. οὗτοι γὰρ μεγάλην περιποιησάμενοι καὶ δόξαν καὶ δύναμιν ἐν τοῖς Λευκτρικοῖς καιροῖς, οὐκ οἶδ' ὅπως κατὰ τὸ συνεχὲς ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις ἀφῄρουν ἀμφοτέρων ἀεὶ τῶν προειρημένων, ἔχοντες στρατηγὸν Ἀμαιόκριτον. ἀπὸ δὲ τούτων τῶν καιρῶν οὐ μόνον ἀφῄρουν, ἀλλ' ἁπλῶς εἰς τἀναντία τραπέντες, καὶ τὴν προτοῦ δόξαν ἐφ' ὅσον οἷοί τ' ἦσαν ἠμαύρωσαν. Ἀχαιῶν γὰρ αὐτοὺς πρὸς Αἰτωλοὺς ἐκπολεμωσάντων, μετασχόντες τούτοις τῆς αὐτῆς αἱρέσεως, καὶ ποιησάμενοι συμμαχίαν, μετὰ ταῦτα κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπολέμουν πρὸς Αἰτωλούς. ἐμβαλόντων δὲ μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Βοιωτίαν τῶν Αἰτωλῶν, ἐκστρατεύσαντες πανδημεὶ, καὶ τῶν

Boeotorum res iamdudum male habebant, atque a priſtino illo vigore ac reipublicae ſplendore longe aberant. Nam Boeoti cum Leuctricis temporibus maximam gloriam ac potentiam adepti eſſent, neſcio quo pacto paullatim deinceps vtramque imminuerunt praetore Amaeocrito. exinde vero non imminuerunt ſolum, ſed prorſus ad contraria ſtudia conuerſi priſtinam laudem extinxerunt. Cum enim Achaei in bellum cum Aetolis eos conieciſſent, Boeoti, amicitia et ſocietate cum Achaeis facta, poſthac aſſidue aduerſus Aetolos pugnabant: cumque Aetoli in Boeotiam cum exercitu aliquando irrupiſſent, Boeoti cum omni iuuentute egreſſi, non expectato

Ἀχαιῶν ἠθροισμένων καὶ μελλόντων παραβοηθεῖν, ἐκ ἐκδεξάμενοι τὴν τέτων παρεσίαν συνέβαλον τοῖς Αἰτωλοῖς. ἡττηθέντες δὲ κατὰ τὸν κίνδυνον ἔτως ἀνέπεσον ταῖς ψυχαῖς, ὥς᾽ ἀπ᾽ ἐκείνης τῆς χρείας ἁπλῶς ἐδενὸς ἔτι τῶν καλῶν ἀμφισβητεῖν ἐτόλμησαν, ἐδ᾽ ἐκοινώνησαν ἔτε πράξεως, ἔτ᾽ ἀγῶνος ἐδενὸς ἔτι τοῖς Ἕλλησι μετὰ κοινᾶ δόγματος, ἀλλ᾽ ὁρμήσαντες πρὸς εὐωχίαν καὶ μέθας ἐ μόνον τοῖς σώμασιν ἐξελύθησαν, ἀλλὰ καὶ ταῖς ψυχαῖς. τὰ δὲ κεφάλαια τῆς κατὰ μέρος ἀνοίας ἐχειρίσθη παρ᾽ αὐτοῖς τὸν τρόπον τὅτον. μετὰ γὰρ τὴν προειρημένην ἧτταν εὐθέως ἐγκαταλιπόντες τὰς Ἀχαιὰς, προσένειμαν Αἰτωλοῖς τὸ ἔθνος. ἀνελομένων δὲ καὶ τέτων πόλεμον μετά τινα χρόνον πρὸς Δημήτριον τὸν Φιλίππε πατέρα, πάλιν ἐγκαταλιπόντες τέτας, καὶ παραγενομένε Δημητρίε μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Βοιωτίαν, ἐδενὸς πεῖραν λαβόντες τῶν δεινῶν ὑπέταξαν σφᾶς αὐτὰς ὁλοχερῶς Μακεδόσι. βραχέος δὲ αἰθύγματος ἐγκαταλειπομένε τῆς προγονικῆς δόξης, ἦσάν τινες οἱ δυσαρεσἅντες τῇ παρέσῃ καταςάσει καὶ τῷ πάντα πείθεσθαι Μακεδόσι. διὸ καὶ μεγάλην ἀντιπολιτείαν εἶναι συνέβαινε τέτοις πρὸς τὰς περὶ τὸν Ἀσκώνδαν καὶ Νέωνα, τὰς Βραχύλλε προγόνας· ἕτοι γὰρ ἦσαν οἱ μάλιςα τότε μακεδονίζοντες. ἐ μὴν ἀλλὰ τέλος κατίσχυσαν οἱ περὶ τὸν Ἀσκώνδαν, γενομένης τινὸς περιπετείας τοιαύτης.

Achaeorum auxilio, qui copias contraxerant iamque praesto erant futuri, cum Aetolis conflixerunt. Quo in praelio victi, adeo animos desponderunt, vt nullum deinceps certamen de laude et gloria suscipere ausi fuerint, neque vllius praeclari facinoris aut praelii societatem cum vllo Graecorum ex publico decreto coiuerint; sed ad conuiuia et crapulas conuersi et animorum vim et corporum fregerint. Quae res, (vt singula ab his imprudenter facta in vnum conferam,) ita euenit. Post supra dictam cladem, relicta statim Achaeorum societate, Aetolis gentem adiunxerunt. Cum vero Aetoli bellum aduersus Demetrium, Philippi patrem, aliquanto post suscepissent, his rursus relictis, Demetrio, cum copiis Boeotiam ingresso, se suaque omnia dedidere, nullo prius tentato belli discrimine. Ceterum cum modica quaedam scintilla pristinae maiorum gloriae adhuc in quibusdam viueret, erant, qui praesentem rerum statum atque impensum illud erga Macedones obsequium aegre ferrent. Proinde his maximae in republica dissensiones atque altercationes fuere cum Asconda ac Neone, Brachyllis maioribus: hi enim Macedonum partes studiosissime fouebant. Tandem vero Ascondae factio superior euasit hoc pacto. Antigonus

αὐτῆς. Ἀντίγονος μετὰ τὸν Δημητρίȣ θάνατον ἐπιτροπεύσας Φιλίππȣ, πλέων ἐπί τινας πράξεις πρὸς τὰ ἔχατα τῆς Βοιωτίας, πρὸς Λαβρύναν παραδόξȣ γενομένης ἀμπώτεως, ἐκάθισαν πρὸς τὸ ξηρὸν αἱ νῆες αὐτȣ. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τȣτον προσπεπτωκυίας τῆς Φήμης, ὅτι μέλλει κατατρέχειν τὴν χώραν Ἀντίγονος· Νέων ἱππαρχῶν τότε, καὶ πάντας τȣς Βοιωτῶν ἱππεῖς μετ' αὐτȣ περιαγόμενος χάριν τȣ παραφυλάττειν τὴν χώραν, ἐπεγένετο τοῖς περὶ τὸν Ἀντίγονον, ἀπορȣμένοις καὶ δυσχρηςȣμένοις διὰ τὸ συμβεβηκός, καὶ δυνάμενος μεγάλα βλάψαι τȣς Μακεδόνας, ἔδοξε Φείσασθαι παρὰ τὴν προσδοκίαν αὐτῶν. τοῖς μὲν ȣν ἄλλοις Βοιωτοῖς ἤρεσκε τȣτο πράξας, τοῖς δὲ Θηβαίοις ȣχ ὅλως εὐδόκει τὸ γεγονός. ὁ δ' Ἀντίγονος, ἐπελθȣσης μετ' ὀλίγον τῆς πλήμμης, καὶ κȣφισθεισῶν τῶν νεῶν, τῷ μὲν Νέωνι μεγάλην εἶχε χάριν ἐπὶ τῷ μὴ συνεπιτεθεῖσθαι σφίσι κατὰ τὴν περιπέτειαν, αὐτὸς δὲ τὸν προκείμενον ἐτέλει πλȣν εἰς τὴν Ἀσίαν. διὸ καὶ μετὰ ταῦτα νικήσας Κλεομένη τὸν Σπαρτιάτην, καὶ κύριος γενόμενος τῆς Λακεδαίμονος, ἐπιςάτην ἀπέλιπε τῆς πόλεως Βραχύλλην. ȣ μόνον δὲ ταύτην αὐτῶν ἔχε τὴν πρόνοιαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ συνεχὲς, ὅτε μὲν αὐτὸς, ὅτε δὲ Φίλιππος, χορηγȣντες καὶ συνεπιχύοντες ἀεὶ, ταχέως κατηγωνίσαντο τȣς ἐν ταῖς Θήβαις αὐτοῖς ἀντιπολιτευομένȣς, καὶ πάντας ἠνάγκασαν μακεδονίζειν πλὴν

is, qui poſt Demetrii obitum Philippi tutelam geſſit, cuiuspiam negotii cauſſa ad extremos Boeotiae fines cum nauigaret, repente aeſtu maris circa Labrynam exorto, naues eius in ſicco deſtitutae ſunt. Ac tum forte perlata fama, Antigonum in Boeotiam irruptionem parare, Neo praefectus equitum, cuſtodiendae regionis cauſſa vniuerſum equitatum Boeotorum circumducens, laboranti Antigono, et eo caſu tum maxime turbato, ſuperuenit, cumque maximo damno Macedonas afficere poſſet, praeter ipſorum ſpem viſus eſt iis peperciſſe. quod eius factum ceteris quidem Boeotis placuit, at Thebani minime approbauerunt. Ceterum Antigonus, accedente paullo poſt mari alleuatisque nauibus, Neoni quidem multam gratiam habuit, quod in attonitos eo periculo impetum non feciſſet; ipſe inſtitutam in Aſiam nauigationem perſecutus eſt. Itaque victo poſtea Cleomene Spartano, Lacedaemonis potitus, curatorem vrbis Brachyllem reliquit. Neque vero tunc dumtaxat huius familiae curam habuit, ſed continue partim ipſe, partim Philippus, pecuniam viresque ſuppeditantes, breui contrariam Thebis factionem afflixere, cunctosque ad colendas Macedonum partes praeter admodum paucos compulere. Huiusmodi ex cauſſa fami-

τελέως ὀλίγων τινῶν. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν οἰκίαν τὴν Νέωνος τοιαύτην ἔλαβε τὴν ἀρχὴν καὶ τῆς πρὸς Μακεδόνας συστάσεως καὶ τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν ἐπιδόσεως. τὰ δὲ κοινὰ τῶν Βοιωτῶν εἰς τοσαύτην παρεγεγόνει καχεξίαν, ὥστε σχεδὸν εἴκοσι καὶ ε΄ ἐτῶν τὸ δίκαιον μὴ διεξῆχθαι παρ' αὐτοῖς, μήτε περὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων, μήτε περὶ τῶν κοινῶν ἐγκλημάτων, ἀλλ' οἱ μὲν φρουρὰς παραγγέλλοντες τῶν ἀρχόντων, οἱ δὲ στρατείας κοινὰς, ἐξέκοπτον ἀεὶ τὴν δικαιοδοσίαν, ἔνιοι δὲ τῶν στρατηγῶν καὶ μισθοδοσίας ἐποίουν ἐκ τῶν κοινῶν τοῖς ἀπόροις τῶν ἀνθρώπων. ἐξ ὧν ἐδιδάχθη τὰ πλήθη τούτοις προσέχειν, καὶ τούτοις περιποιεῖν τὰς ἀρχάς, δι' ὧν ἔμελλε τῶν μὲν ἀδικημάτων καὶ τῶν ὀφειλημάτων οὐχ ὑφέξειν δίκας, προσλήψεσθαι δὲ τῶν κοινῶν ἀεί τι διὰ τὴν τῶν ἀρχόντων χάριν. πλεῖστα δὲ συνεβάλετο πρὸς τὴν τοιαύτην Ὀφέλτας, ἀεί τι προσεπινοῶν, ὃ κατὰ τὸ παρὸν ἐδόκει τοὺς πολλοὺς ὠφελεῖν, μετὰ δὲ ταῦτα πάντας ἀπολεῖν ἔμελλεν ὁμολογουμένως. τούτοις δ' ἠκολούθησε καὶ ἕτερος ζῆλος οὐκ εὐτυχής. οἱ μὲν γὰρ ἄτεκνοι τὰς οὐσίας οὐ τοῖς κατὰ γένος ἐπιγενομένοις τελευτῶντες ἀπέλειπον, ὅπερ ἦν ἔθος παρ' αὐτοῖς πρότερον, ἀλλ' εἰς εὐωχίας καὶ μέθας διετίθεντο, καὶ κοινὰς τοῖς φίλοις ἐποίουν. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐχόντων γενεὰς ἀπεμέριζον τοῖς συσσιτίοις τὸ πλεῖον μέρος

liae quidem Neonis et gratia apud Macedones et ingentes opes acceſſerunt. At respublica Boeotorum in eam perturbationem adducta erat, vt per quinque ac viginti fere annos continuum apud illos iuſtitium fuerit, nec de priuatis contractibus, nec de publicis controuerſiis ius redditum ſit. Quippe magiſtratus nunc praeſidium, nunc expeditionem totius gentis indicendo, iurisdictionem aſſidue differebant, atque e praetoribus nonnulli pecuniam publicam inter egentiſſimos ciues diuidebant. Quo factum eſt, vt plebs eis plurimum fauere, et magiſtratus cunctos mandare ſuis ſuffragiis coeperit, cum et maleficiorum et aeris alieni iudicium ea ratione ſubterfugeret, et noua ſemper ex aerario lucra a magiſtratibus, popularem gratiam captantibus, acceptura eſſet. Plurimum ad huiusmodi corruptionem contulit Opheltas, qui in dies noui aliquid excogitabat, quod tum quidem in commune vtile eſſe videbatur, ſed poſtmodum certiſſimam omnibus perniciem allaturum erat. his acceſſit aliud prauum inſtitutum. Orbi enim non agnatis, quae prius conſuetudo apud illos erat, facultates ſuas relinquebant; ſed in conuiuia ac compotationes legebant, atque inter amicos ſuos communes illas iubebant eſſe. Multique adeo, quibus ſuperſtites erant liberi, maximam partem bonorum ſodalitatibus hu-

τῆς

τῆς ἐσίας, ὥςε πολλὰς εἶναι Βοιωτῶν, οἷς ὑπῆρχε δεῖπνα τῦ μηνὸς πλείω τῶν εἰς τὸν μῆνα διατεταγμένων ἡμερῶν. διὸ καὶ Μεγαρεῖς μισήσαντες μὲν τὴν τοιαύτην κατάςασιν, μνησθέντες δὲ τῆς προγεγενημένης αὐτοῖς μετὰ τῶν Ἀχαιῶν συμπολιτείας, αὖθις ἀπένευσαν πρὸς τὲς Ἀχαιὲς καὶ τὴν ἐκείνων αἵρεσιν. Μεγαρεῖς δὲ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἐπολιτεύοντο μετὰ τῶν Ἀχαιῶν ἀπὸ τῶν κατ᾽ Ἀντίγονον τὸν Γονατᾶν χρόνων· ὅτε δὲ Κλεομένης εἰς τὸν Ἰσθμὸν προσεκάθισε, διακλεισθέντες προσέθεντο τοῖς Βοιωτοῖς μετὰ τῆς τῶν Ἀχαιῶν γνώμης, βραχὺ δὲ πρὸ τῶν νῦν λεγομένων καιρῶν δυσαρεςήσαντες τῇ πολιτείᾳ τῶν Βοιωτῶν, αὖθις ἀπένευσαν πρὸς τὲς Ἀχαιές. οἱ δὲ Βοιωτοὶ διοργισθέντες ἐπὶ τῷ καταφρονεῖσθαι δοκεῖν, ἐξῆλθον ἐπὶ τὲς Μεγαρεῖς πανδημεὶ σὺν τοῖς ὅπλοις. ἐδένα δὲ ποιέμενοι λόγον τῶν Μεγαρέων, τῆς παρεσίας * αὐτῶν ὕτω θυμωθέντες πολιορκεῖν ἐπεβάλοντο, καὶ προσβολὰς ποιεῖσθαι τῇ πόλει. πανικῦ δ᾽ ἐμπεσόντος αὐτοῖς, καὶ φήμης, ὅτι πάρεσι Φιλοποίμην τὲς Ἀχαιὲς ἔχων, ἀπολιπόντες πρὸς τῷ τείχει τὰς κλίμακας ἔφυγον προτροπάδην εἰς τὴν οἰκείαν. τοιαύτην δ᾽ ἔχοντες οἱ Βοιωτοὶ τὴν διάθεσιν τῆς πολιτείας, εὐτυχῶς πως διώλισθον καὶ τὲς κατὰ

iusmodi diuidebant, ita vt non pauci inter Boeotos essent, quibus per mensem plures suppeterent coenae, quam mensis dies erant. Quamobrem Megarenses, qui huiusmodi rerum statum odio habebant, reuocata in memoriam pristina societate, quae ipsis cum Achaeis intercesserat, rursus ad Achaeorum amicitiam sectamque se transtulerunt. Quippe Megarenses principio quidem iam inde ab Antigoni Gonatae temporibus sub Achaeorum formula censebantur: postquam vero Cleomenes ad Isthmum praesedit, interclusi, consentientibus Achaeis, sese Boeotis adiunxere. sed paullo ante haec tempora, quae nunc commemoramus, cum Boeotorum administratio eis displiceret, denuo ad Achaeorum partes transierunt. At Boeoti infensi, quod despectui habiti esse sibi videbantur, vniuersi cum exercitu aduersus Megarenses profecti sunt. cumque illos valde spernerent, neque ante praeuidissent, Achaeos auxilio adfore, confestim obsidionem vrbis atque oppugnationem instituerunt. sed mox coorto inter eos terrore quodam panico, diffusoque rumore, Philopoemenem cum Achaeorum copiis adesse, effusi in fugam, scalis ad moenia relictis, cursu in patriam reuerterunt. Huiusmodi republica vsi Boeoti, tamen tempo-

* leg. Ἀχαιῶν ἐκ ἐνθυμηθέντες.

Φίλιππον καὶ τὰς κατ' Ἀντίοχον καιρούς. ἔν γε μὴν τοῖς ἑξῆς οὐ διέφυγον, ἀλλ' ὥσπερ ἐπίτηδες ἀνταπόδοσιν ἡ τύχη ποιουμένη βαρέως ἔδοξεν αὐτοῖς ἐπεμβαίνειν, ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς ἐν τοῖς ἑξῆς ποιησόμεθα μνήμην.

Ὅτι οἱ πολλοὶ πρόφασιν μὲν εἶχον τῆς πρὸς Ῥωμαίους ἀλλοτριότητος, τὴν ἐπαναίρεσιν τὴν Βραχύλλου, καὶ τὴν στρατείαν, ἣν ἐποιήσατο Τῖτος ἐπὶ Κορώνειαν, διὰ τοὺς ἐπιγινομένους φόνους ἐν ταῖς ὁδοῖς τῶν Ῥωμαίων· τῇ δ' ἀληθείᾳ καχεκτοῦντες ταῖς ψυχαῖς διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. καὶ γὰρ τοῦ βασιλέως συνεγγίζοντος, ἐξῆεσαν ἐπὶ τὴν ἀπάντησιν οἱ τῶν Βοιωτῶν * ἄρξαντες· συμμίξαντες δὲ καὶ φιλανθρώπως ὁμιλήσαντες, ἦγον αὐτὸν εἰς τὰς Θήβας.

Τέλος τοῦ κ' λόγου τῆς Πολυβίου ἱστορίας.

Ὅτι Παμφιλίδας, ὁ τῶν Ῥοδίων ναύαρχος, ἐδόκει πρὸς τοὺς πάντας καιροὺς εὐαρμοστότερος εἶναι τοῦ Πασιστράτου, διὰ τὸ βαθύτερος τῇ φύσει καὶ στασιμώτερος μᾶλλον ἢ τολμηρότερος ὑπάρχειν. ἀγαθοὶ γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἐκ τῶν κατὰ λόγον, ἀλλ' ἐκ τῶν συμβαινόντων ποιεῖσθαι τὰς διαλήψεις. ἄρτι γὰρ δι' αὐτὸ τοῦτο προκεχειρισμένοι τὸν Πασίστρατον, διὰ τὸ πρᾶξιν ἔχειν τινα καὶ τόλμαν, παραχρῆμα μετέπιπτον εἰς τἀναν-

* leg. ἄρχοντες.

ra belli Philippici et Antiochini mira felicitate effugerunt: verum fecutis poftea temporibus non euaferunt, fed quafi confulto compenfans fortuna grauiter eis infultare poftmodum vifa eft, vt infra narrabitur.

Plerique Boeotorum alienati in Romanos animi cauffam praetexebant Brachyllis caedem, et quod Titus aduerfus Coroneam cum exercitu effet profectus ob frequentes ciuium Romanorum caedes, quae per vias committebantur: fed reuera animorum corruptio ex ante dictis rationibus conflata in cauffa erat. Nam cum Antiochus rex proxime Thebas veniffet, Boeotorum magiftratus obuiam ei egreffi, ac beneuole collocuti, regem in vrbem deduxerunt.

Finis libri XX.

Pamphilidas Rhodiorum nauarchus ad omnia temporum momenta aptior Pafiftrato videbatur: quippe fagaciori ingenio et maiori conftantia, quam audacia, praeditus erat. Plerique enim homines non ex confilio ac ratione, fed ex euentu iudicare folent: fi quidem cum Pafiftratum nuper elegiffent, eo maxime, quod ad agendum audendumque ftrenuus erat, tum repente ob illum cafum in con-

τἀναντία ταῖς γνώμαις διὰ τὴν περιπέτειαν.

Ὅτι Διοφάνης ὁ Μεγαλοπολίτης μεγάλην ἕξιν εἶχεν ἐν τοῖς πολεμικοῖς, διὰ τὸ, πολυχρονίϰ γεγονότος τϰ͂ πρὸς Νάβιν πολέμϰ τοῖς Μεγαλοπολίταις ἀςυγείτονος, πάντα συνεχῶς τὸν χρόνον ὑπὸ τὸν Φιλοποίμενα τεταγμένος τριβὴν ἐχηκέναι τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων ἀληθινήν. χωρίς τε τϰ́των κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν καὶ κατὰ τὴν σωματικὴν χρείαν ἦν ὁ προειρημένος ἀνὴρ δυνατὸς καὶ καταπληκτικός. τὸ δὲ κυριώτατον πρὸς πόλεμον, ὑπῆρχεν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ τοῖς ὅπλοις ἐχρῆτο διαφερόντως.

Ὅτι Μοαγέτης ἦν τύραννος Κιβύρας, ὠμὸς γεγονὼς καὶ δόλιος. καὶ ϰ̓κ ἄξιός ἐςιν ἐκ παραδρομῆς, ἀλλὰ μετ' * ἐπιςάσεως τυχεῖν τῆς ἁρμοζϰ́σης μνήμης.

Ὅτι Πτολεμαῖος, ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτϰ, ὅτε τὴν Λύκων πόλιν ἐπολιόρκησε, καταπλαγέντες τὸ γεγονὸς οἱ δυνάςαι τῶν Αἰγυπτίων ἔδωκαν σφᾶς αὐτϰ̀ς εἰς τὴν βασιλέως πίςιν. οἷς κακῶς ἐχρήσατο, καὶ εἰς κινδύνϰς πολλϰ̀ς ἐνέπεσεν. παραπλήσιον δέ τι συνέβη καὶ κατὰ τϰ̀ς καιρϰ̀ς, ἡνίκα Πολυκράτης τϰ̀ς ἀποςάτας ἐχειρώσατο. οἱ γὰρ περὶ τὸν Ἀθίνιν καὶ Παυσίραν καὶ Χέσϰφον καὶ τὸν Ἰρόβαςον, οἵπερ ἦσαν ἔτι διασωζόμενοι τῶν δυναςῶν, εἴξαντες τοῖς πράγμασι παρῆσαν εἰς τὸν Σάϊν, σφᾶς αὐτϰ̀ς εἰς τὴν τϰ͂ βασιλέως ἐγχειρίζοντες πί-

* inſ. ἐπιτάσεως.

trariam ſententiam verſi omnes fuerunt.

Diophanes Megalopolitanus magno vſu rei militaris inſtructus fuit. bello enim aduerſus Nabidem tyrannum diuturno et Megalopolitanis ipſis finitimo ſub Philopoemenis diſciplina aſſidue militans veram ac ſeriam rerum bellicarum peritiam collegerat. Praeterea ipſa ſpecie et corporis robore conſpicuus ac formidabilis erat, quodque eſt praecipuum, ſtrenuus bellator, et tractandorum imprimis armorum peritus.

Moagetes, Cibyratarum tyrannus, crudelis fuit et callidus, neque ſtrictim, ſed accurate merito elogio afficiendus eſt.

Cum Ptolemaeus Aegypti rex Lycopolim obſediſſet, Aegyptiorum optimates, rei nouitate perculſi, regis fidei ſeſe omnes dediderunt. quos quidem rex acerbe accepit, eoque in multa diſcrimina eſt delapſus. Idem quoque iis temporibus accidit, quibus Polycrates defectores in poteſtatem redegit. Athinis enim et Pauſiras et Cheſuphus et Irobaſtus, qui ex optimatibus Aegyptiorum reliqui erant, temporum neceſſitati cedentes, Sain venerunt, ſeque regis fidei vltro commiſe-

σιν. ὁ δὲ Πτολεμαῖος ἀθετήσας τὰς πίστεις, καὶ δήσας τὰς ἀνθρώπους γυμνὰς ταῖς ἁμάξαις εἷλκε, καὶ μετὰ ταῦτα τιμωρησάμενος ἀπέκτεινε. καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν Ναύκρατιν μετὰ τῆς στρατιᾶς, καὶ παραστήσαντος αὐτῷ τὰς ἐξενολογημένας ἄνδρας ἐκ τῆς Ἑλλάδος Ἀριστονίκε, προσδεξάμενος τέτες ἀπέπλευσεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, τῶν μὲν τε πολέμε πράξεων ἐδεμιᾶς κεκοινωνηκὼς διὰ τὴν Πολυκράτες ἀδικοδοξίαν, καίπερ ἔχων ἔτη πέντε καὶ εἴκοσιν.

Ὅτι Ἀπολλωνιὰς, ἡ Ἀττάλε τε πατρὸς Εὐμένες τε βασιλέως γαμετὴ, Κυζικηνὴ ἦν, γυνὴ διὰ πλείες αἰτίας ἀξία μνήμης καὶ παρασημασίας. καὶ γὰρ ὅτι δημότις ὑπάρχεσα βασίλισσα ἐγεγόνει, καὶ ταύτην διεφύλαξε τὴν ὑπεροχὴν μέχρι τῆς τελευταίας, ἐχ ἑταιρικὴν προσφερομένη πιθανότητα, σωφρονικὴν δὲ καὶ πολιτικὴν σεμνότητα καὶ καλοκἀγαθίαν, καὶ δικαία τυγχάνειν τῆς ἐπ᾽ ἀγαθῷ μνήμης ἐστίν· καὶ καθόλε, ὅτι τέτταρας υἱὲς γεννήσασα πρὸς πάντας τέτες ἀνυπέρβλητον διεφύλαξε τὴν εὔνοιαν καὶ φιλοστοργίαν μέχρι τῆς τε βίε καταστροφῆς, καίτοι χρόνον ἐκ ὀλίγον ὑπερβιώσασα τἀνδρός. πλὴν οἵ γε περὶ τὸν Ἄτταλον ἐν τῇ παρεπιδημίᾳ καλὴν περιεποιήσαντο φήμην, ἀποδιδόντες τῇ μητρὶ τὴν καθήκεσαν χάριτα καὶ τιμήν. ἄγοντες γὰρ ἐξ ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν μέσην αὐτῶν τὴν μητέρα,

runt. At Ptolemaeus, spreta omni fide, comprehensos homines et nudos ad currum reuinctos traxit, ac paullo post neci dedit. Inde Naucratim profectus cum exercitu, assumtis mercenariis militibus, quos ei ex Graecia Aristonicus adduxerat, Alexandriam maritimo itinere est reuersus, cum nullam omnino partem rei militaris attigisset ex iniquo Polycratis consilio, tametsi annum aetatis quintum ac vicesimum ingressus.

Apollonias, regis Attali vxor, Eumenis mater, Cyzico oriunda erat, mulier ob plurimas caussas memoria et laude digna. Nam et quod plebeia cum esset, tamen regina adscita est, idque fastigium vsque ad exitum vitae retinuit, non meretriciis illecebris, sed modestia morumque grauitate quadam ciuili et probitate, ea propter virtutis suae laudem meretur: et maxime quod, cum quatuor filios peperisset, incredibilem in cunctos beneuolentiam atque amorem ad extremum vsque spiritum conseruauit, quamuis diuturno tempore marito superstes vixerit. Ceterum Attalus cum fratre in illo matris aduentu in vrbem Cyzicum, obsequio atque honore matri, vt par erat, praestito, maximam laudem est adeptus. Matrem enim ambo mediam vtraque manu deducentes, templa ac cete-

περιήεσαν τά θ' ἱερὰ καὶ τὴν πόλιν μετὰ τῆς θεραπείας. ἐφ' οἷς οἱ θεώμενοι μεγάλως τὰς νεανίσκας ἀπεδέχοντο καὶ κατηξίουν, καὶ μνημονεύοντες τῶν περὶ τὸν Κλέοβιν καὶ Βίτωνα συνέκρινον τὰς αἱρέσεις αὐτῶν, καὶ τὸ τῆς προθυμίας τῆς ἐκείνων λαμπρὸν τῷ τῆς ὑπεροχῆς τῶν βασιλέων ἀξιώματι συναναπληροῦντες. ταῦτα δ' ἐτελέσθη ἐν Κυζίκῳ μετὰ τὴν διάλυσιν τὴν πρὸς Προυσίαν τὸν βασιλέα.

ra vrbis loca cum comitatu regio perlustrarunt. Proinde vniuersi qui aderant, hoc spectaculo delectati, adolescentes vehementer laudabant, et Cleobidis ac Bitonis factum memoria repetentes, vtrumque inter se comparabant, atque insigni illorum alacritati regale horum fastigium aequabant. Haec Cyzici gesta sunt post pacem cum Prusia rege factam.

Ὅτι Ὀρτιάγων, ὁ βασιλεὺς τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ Γαλατῶν, ἐπεβάλετο τὴν ἁπάντων τῶν Γαλατῶν δυναστείαν εἰς αὑτὸν μεταστῆσαι. καὶ πολλὰ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐφόδια προσεφέρετο καὶ φύσει καὶ τριβῇ. καὶ γὰρ εὐεργετικὸς ἦν καὶ μεγαλόψυχος, καὶ κατὰ τὰς ἐντεύξεις εὔχαρις καὶ συνετός. τὸ δὲ συνέχον παρὰ Γαλάταις, ἀνδρώδης ἦν καὶ δυναμικὸς πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας.

Ortiago, Galatiae regulus, omnium qui in Asia sunt Gallorum principatum ambibat. Ad hunc vero conatum et natura et vsu plurima adiumenta habebat. Etenim liberalitate ac magnitudine animi erat insigni, et in congressu ac sermonibus vrbanus et prudens, quodque apud Gallos praecipuum habetur, fortissimus ac bello strenuus erat.

Ὅτι Ἀριστόνικος ὁ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως Αἰγύπτου εὐνοῦχος μὲν ἦν, ἐκ παιδίου δ' ἐγεγόνει σύντροφος τῷ βασιλεῖ. τῆς δ' ἡλικίας προβαινούσης ἀνδρωδεστέραν εἶχεν ἢ κατ' εὐνοῦχον τόλμαν καὶ προαίρεσιν. καὶ γὰρ φύσει στρατιωτικὸς ἦν, καὶ τὴν πλείστην ἐποιεῖτο διατριβὴν ἐν τούτοις καὶ περὶ ταῦτα. παραπλησίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἐντεύξεις ἱκανὸς ὑπῆρχε, καὶ τὸν κοινὸν νοῦν εἶχεν, ὃ σπάνιόν ἐστι, πρὸς δὲ τούτοις πρὸς εὐεργεσίαν ἀνθρώπων ἐπεφύκει καλῶς.

Aristonicus Ptolemaei regis Aegypti eunuchus quidem erat, a puero vna cum rege in aula educatus. Progressu autem aetatis fortior ac generosior euasit, quam eunuchi natura ferre soleat. Nam suopte ingenio erat bellicosus, et assidue in rebus bellicis sese exercebat. Idem in congressibus idonea dexteritate vtebatur, quodque raro admodum contingit, moderati ac ciuilis animi erat, ac postremo ad bene merendum de hominibus natura factus.

Ὅτι Δεινοκράτης ὁ Μεσσήνιος ἦν ȣ̓ μόνον κατὰ τὴν τριβὴν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν φύσιν αὐλικὸς καὶ ςρατιωτικὸς ἄνθρωπος. τὸν δὲ πραγματικὸν τρόπον * ὑπέφαινε μὲν τέλειον, ἦν δὲ ψευδεπίγραφος καὶ ῥωπικός. ἔν τε γὰρ τοῖς πολεμικοῖς κατὰ μὲν τὴν εὐχέρειαν καὶ τὴν τόλμαν πολὺ διέφερε τῶν ἄλλων, καὶ λαμπρὸς ἦν ἐν τοῖς κατ' ἰδίαν κινδύνοις. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην διάθεσιν, ἐν μὲν ταῖς ὁμιλίαις εὔχαρις καὶ πρόχειρος ἦν, παρά τε τὰς συνȣσίας εὐτράπελος καὶ πολιτικὸς, ἅμα δὲ τȣ́τοις φιλέραςος. περὶ δὲ κοινῶν ἢ πολιτικῶν πραγμάτων ἀτενίσαι καὶ προϊδέσθαι τὸ μέλλον ἀσφαλῶς, ἔτι δὲ παρασκευάσασθαι καὶ διαλεχθῆναι πρὸς πλῆθος εἰς τέλος ἀδύνατος. καί ποτε κεκινηκὼς ἀρχὴν μεγάλων κακῶν τῇ πατρίδι, τελείως ȣ̓δὲν ᾤετο ποιεῖν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν ἦγε τȣ̃ βίȣ, (προορώμενος ȣ̓δὲν τῶν μελλόντων,) ἐρῶν δὲ καὶ κωθωνιζόμενος ἀφ' ἡμέρας, καὶ τοῖς ἀκροάμασι τὰς ἀκοὰς ἀνατεθεικώς. βραχεῖαν δέ τινα τῆς περιςάσεως ἔμφασιν ὁ Τίτος αὐτὸν ἠνάγκασε λαβεῖν. ἰδὼν γὰρ αὐτὸν παρὰ πότον ἐν μακροῖς ἱματίοις ὀρχȣ́μενον, παρ' αὐτὰ μὲν ἐσιώπησε· τῇ δ' αὔριον ἐντυγχάνοντος αὐτȣ̃, καί τι περὶ πατρίδος ἀξιȣ̃ντος, ἐγὼ μὲν, ὦ Δεινοκράτη, πᾶν, ἔφη, ποιήσω τὸ δυνατὸν· ἐπὶ δὲ σȣ̃ θαυμάζω,

Erat Dinocrates Meſſenius non vſu ſolum, ſed natura etiam aulicus ac militaris; prudentiam vero in rebus gerendis ſpecie quidem omnibus numeris abſolutam praeferebat, re ipſa autem adumbrata quaedam et fucata ciuilis prudentiae imago in ipſo inerat. Namque in bellicis rebus alacritate atque audacia cunctos anteibat, et in ipſo pugnae diſcrimine erat conſpicuus. Similiter in reliqua vitae ratione, in ſermonibus quidem venuſtus promtusque, in conſuetudine autem ac conuictu vrbanus atque ciuilis, neque ab amore alienus. In rebus autem publicis ac ciuilibus animum intendere, et futura prudenter praeuidere, ſeque adeo praemunire, et ad populum verba facere, prorſus non poterat. Qui cum maximorum cauſſas malorum in patria excitauiſſet, nullius demum momenti eſſe arbitrabatur, quae ageret. Sed idem vitae inſtitutum tenebat, nihil in futurum proſpiciens, ſed amoribus ac poculis de die indulgens, ac ſymphoniacorum cantibus aures commodans. tandem vero Titus ad ſtatum, in quo res eſſent, leuiter attendere eum coegit. Conſpicatus enim hominem longa et ad talos demiſſa veſte in conuiuio ſaltantem, tacuit tum quidem; poſtridie vero cum adiiſſet eum Dinocrates, et neſcio quid ſuae patriae impetrare vellet, equidem, inquit

* mſ. ἐπιφ.

μάζω, πῶς δύνῃ παρὰ * πότον ὀρχεῖσθαι, τηλικούτων πραγμάτων ἀρχὴν κεκινηκὼς ἐν τοῖς Ἕλλησι. δοκεῖ δὲ τότε βραχύ τι συςαλῆναι καὶ μαθεῖν, ὡς ἀνοίκειον ὑπόθεσιν τῆς ἰδίας αἱρέσεως καὶ φύσεως ἀποδέδωκε, πλὴν ** τότε παρῆν εἰς τὴν Ἑλλάδα μετὰ τοῦ Τίτου, πεπεισμένος, ἐξ ἐφόδου τὰ κατὰ τὴν Μεσσήνην χειρισθήσεσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν.

Titus, quod in me erit, praeſtabo, ceterum te miror, Dinocrates, quo pacto in conuiuio tibi ſaltare lubeat, cum tantos motus in Graecia excitaris. Tum quidem paulisper ad ſe rediiſſe viſus eſt, atque agnoſſe tandem, argumentum longe ab inſtituto ingenioque ſuo abhorrens abs ſe ſuſceptum fuiſſe. Ceterum tunc temporis inter Titi comites in Graeciam venerat, perſuaſus, res Meſſeniorum ex arbitratu ſuo quam primum conſtituendas eſſe.

Ὅτι τῷ βασιλεῖ Φιλίππῳ καὶ τῇ συμπάσῃ Μακεδονίᾳ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν δεινή τις ἀρχὴ κακῶν ἐνέπεσε, καὶ πολλῆς ἐπιςάσεως καὶ μνήμης ἀξία. καθάπερ γὰρ ἂν εἰ δίκην ἡ τύχη βουλομένη λαβεῖν ἐν καιρῷ παρ᾽ αὐτοῦ πάντων τῶν ἀσεβημάτων καὶ παρανομημάτων, ὧν εἰργάσατο κατὰ τὸν βίον, τότε παρέςησέ τινας ἐριννῦς καὶ ποινὰς καὶ προςροπαίους τῶν δι᾽ ἐκεῖνον ἠτυχηκότων, οἳ συνόντες αὐτῷ καὶ νύκτωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν τοιαύτας ἔλαβον παρ᾽ αὐτοῦ τιμωρίας, ἕως οὗ τὸ ζῆν ἐξέλιπεν, ὡς καὶ πάντας ἀνθρώπους ὁμολογῆσαι, διότι κατὰ τὴν παροιμίαν ἐςὶ δίκης ὀφθαλμὸς, ἧς μηδέποτε δεῖ καταφρονεῖν ἀνθρώπους ὑπάρχοντας. πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῷ ταύτην παρεςήσαντο τὴν ἔννοιαν, ὅτι δεῖ, μέλλοντα πολεμεῖν πρὸς Ῥωμαίους, ἐκ τῶν ἐπιφανεςάτων καὶ παραθαλαττίων πόλεων τοὺς μὲν πολιτικοὺς ἄνδρας μετὰ τέκνων καὶ

Iisdem temporibus grauium malorum initium regi Philippo totique Macedoniae accidit, quae res notatu ac commemoratione in primis digna eſt. Prorſus enim ac ſi fortuna omnium ſcelerum, quae tota anteacta vita commiſerat, poenas opportune expetere ab eo vellet, quasdam furias et vltrices omnium, quos nefarie violauerat, diras tum ei admouit, qui quidem noctu atque interdiu ipſi imminentes, eiusmodi poenas ab eo exegerunt, donec vltimum ſpiritum vitae fudit, vt confeſſi ſint omnes mortales, quendam eſſe, vt prouerbio dicitur, iuſtitiae oculum, quem quidem ab hominibus ſperni haudquaquam fas ſit. Nam primum huiusmodi conſilium in animum eius iniecerunt, vniuerſam ciuium multitudinem cum vxoribus ac liberis ex celeberrimis vrbibus orae ma-

* mſ. πότου. ** mſ. τόγε.

καὶ γυναικῶν, ἀναςάτες ποιήσαντα, μεταγαγεῖν μὲν εἰς τὴν νῦν μὲν Ἠμαθίαν, τὸ δὲ παλαιὸν Παιονίαν προσαγορευομένην, πληρῶσαι δὲ καὶ Θρᾳκῶν καὶ βαρβάρων τὰς πόλεις, ὡς βεβαιοτέρας αὐτῷ τῆς ἐκ τέτων πίςεως ὑπαρξέσης κατὰ τὰς περιςάσεις. ȣ̓ συντελεμένȣ, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀνασπαςῶν γινομένων, τηλικȣ̃το συνέβη γενέσθαι πένθος καὶ τηλικȣ̃τον θόρυβον, ὥςε δοριάλωτον δοκεῖν ἅπασαν γίνεσθαι. ἐξ ὧν κατάραι καὶ * θεοκλυτήσεις ἐγίνοντο κατὰ τȣ̃ βασιλέως, ȣ̓κέτι λάθρα μόνον, ἀλλὰ καὶ φανερῶς. μετὰ δὲ ταῦτα βεληθεὶς μηδὲν ἀλλότριον ὑποκαθέσθαι, μηδὲ δυσμενὲς μηδὲν ἀπολιπεῖν τῇ ** βασιλείᾳ, ἔγραψε τοῖς ἐπὶ τῶν πόλεων διατεταγμένοις, ἀναζητῆσαι τȣ̀ς υἱȣ̀ς καὶ τὰς θυγατέρας τῶν ὑπ᾽ αὐτȣ̃ Μακεδόνων ἀνῃρημένων εἰς φυλακὴν ἀποθέσθαι, μάλιςα μὲν φέρων ἐπὶ τȣ̀ς περὶ Ἄδμητον, καὶ Πυῤῥίχον, καὶ Σάμον, καὶ τȣ̀ς μετὰ τέτων ἀπολομένȣς· ἅμα δὲ τέτοις συμπεριέλαβε καὶ τȣ̀ς ἄλλȣς ἅπαντας, ὅσοι κατὰ βασιλικὸν πρόςαγμα τȣ̃ ζῆν ἐςερήθησαν, ἐπιφθεγξάμενος, ὥς φασι, τὸν ςίχον τȣ̃τον

Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας υἱȣ̀ς καταλείπει.

ὄντων δὲ τῶν πλείςων ἐπιφανῶν διὰ τὰς τῶν πατέρων παραγωγὰς, ἐπιφανῆ καὶ τὴν τέτων ἀτυχίαν συνέβαινε γίνεσθαι καὶ παρὰ πᾶσιν ἐλεεινήν. τρίτου δ᾽ ἡ τύ-

ritimae in Emathiam, quae olim Paeonia dicta est, traducendam esse, Thracibusque et aliis barbaris habitandas vrbes tradi oportere: quippe maiori erga ipsum fide haec genera hominum in omni fortuna fore. Quae cum effectui mandarentur, ciuesque a penatibus abstraherentur, tantus repente gemitus fremitusque est exortus, vt hostili expugnationi ac direptioni simillima res videretur. Proinde vota atque execrationes in caput Philippi non clam modo, sed et palam concipiebantur. Postremo, cum nihil infensum suspectumque domui regiae in medio relinquere statuisset, praefectis singularum vrbium mandauit, vt liberos vtriusque sexus eorum, quos ipse interfecisset, comprehensos custodiae traderent, praecipue quidem Admetum ac Pyrrichum Samumque, et reliquos, qui vna interierant, significans, comprehensis tamen et aliis omnibus, quotquot regis praecepto trucidati erant, adiecto etiam, vt aiunt, eo versu

Stultus, mactato sobolem qui patre relinquit.

Cum vero plerique horum ob parentum fortunam celebres essent, celebris quoque eorum calamitas extitit et miseratione omnium digna. Tertiam

* Suidas θεοκλ. ** mſ. βασιλέων.

ἡ τύχη δρᾶμα κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐπεισήγαγε τὸ κατὰ τὺς υἱύς. ἐν ᾧ τῶν μὲν νεανίσκων ἀλλήλοις ἐπιβουλευόντων, τῆς δ' ἀναφορᾶς περὶ τύτων ἐπ' αὐτὸν γινομένης, καὶ δέον διαλαμβάνειν, πότερον δεῖ γίνεσθαι τῶν υἱῶν φονέα, καὶ πότερον αὐτῶν δεδιέναι μᾶλλον κατὰ τὸν ἑξῆς βίον, μὴ γηράσκων αὐτὸς πάθῃ τὸ παραπλήσιον, ἐςροβλεῖτο νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν περὶ τύτων διανοούμενος. ἐν τοιαύταις δ' ὔσης ἀτυχίαις καὶ ταραχαῖς τῆς αὐτῦ ψυχῆς, τίς ὐκ ἂν εἰκότως ὑπολάβοι, θεῶν τινῶν αὐτῷ μῆνιν εἰς τὸ γῆρας κατασκῆψαι διὰ τὰς ἐν τῷ παραγεγονότι βίῳ παρανομίας. τῦτο δ' ἔτι μᾶλλον ἔςαι δῆλον ἐκ τῶν ἑξῆς ῥηθησομένων· Ζήτει ἐν τῷ περὶ παραδόξων.

Ὅτι Φιλοποίμην, ὁ τῶν Ἀχαιῶν ςρατηγὸς, ἀνὴρ ἦν τῶν κατ' ἀρετὴν προτῦ ὐδενὸς δεύτερος, τῆς τύχης μέντοι γ' ἥττων. μετὰ δὲ τῦτον Λυκόρτας, ὃς ἦν ὐδὲν ἥττων τύτυ.

Ὅτι Φιλοποίμην, τετταράκοντα ἔτη * συνεχῶς φιλοδοξήσας ἐν δημοκρατικῷ καὶ πολυειδεῖ πολιτεύματι, πάντῃ πάντως διέφυγε τὸν τῶν πολλῶν φθόνον, τὸ πλεῖον ὐ πρὸς χάριν, ἀλλὰ μετὰ παῤῥησίας πολιτευόμενος, ὃ σπανίως ἂν εὕροι τις ἂν γεγονός.

Ὅτι Ἀννίβας, ἑπτακαίδεκα ἔτη μείνας ἐν τοῖς ὑπαίθροις, καὶ πλείςοις ἀλλοφύλοις καὶ ἑτερογλώττοις ἀνδράσι χρησάμενος πρὸς

* mſ. συνήθως.

fabulam fortuna induxit, ſimultatem inter regis filios. In qua cum alter alteri inſidias ſtruerent, atque eius rei nuncii ad patrem afferrentur, cum cogitandum illi eſſet, vter ex filiis caedem auſurus eſſe videretur, et a quo maxime ſibi in futurum eſſet cauendum, ne ipſemet ſenecta aetate idem pateretur, his curis agitabatur dies atque noctes. Quibus malis ac perturbationibus mens illius diſtenta cum eſſet, quis non fateatur, dei alicuius iram in eius ſenium incubuiſſe, ob flagitia anteactae vitae? Id vero ex iis, quae deinceps referam, clarius elucebit. *Vide excerpta de mirandis caſibus.*

Philopoemenes, praetor Achaeorum, virtute quidem nemini ex ſuperiori memoria concedebat, ſed fortuna ſequiore vſus eſt. Proximus ab eo erat Lycortas, nulla re inferior.

Philopoemenes, per quadraginta continuos annos in populari ac vario reipublicae ſtatu cum gloria verſatus, inuidiam tamen ciuium effugit, tametſi minime ad gratiam, ſed cum conſtantia ac libertate res adminiſtraret, quod raro cuiquam contigiſſe reperias.

Hannibal cum ſeptemdecim annos in acie verſatus ſit, et plurimorum barbarorum lingua ac moribus diuerſorum

πρὸς ἀπηλπισμένας καὶ παραδόξους ἐλπίδας, ὑπ' οὐδενὸς οὔτ' ἐπεβουλεύθη τὸ παράπαν, οὔτ' ἐγκατελείφθη ὑπὸ τῶν συστρατευομένων.

Ὅτι Πόπλιος, φιλοδοξήσας ἐν ἀριστοκρατικῷ πολιτεύματι, τηλικαύτην περιεποιήσατο παρὰ μὲν τοῖς ὄχλοις εὔνοιαν, παρὰ δὲ τῷ συνεδρίῳ πίστιν, ὥστ' ἐν μὲν τῷ δήμῳ κρίνειν τινὸς ἐπιβαλλομένου κατὰ τὰ Ῥωμαίων ἔθη, καὶ πολλὰ μὲν κατηγορήσαντος καὶ πικρῶς, ἄλλο μὲν οὐδὲν εἶπε προελθών, οὐκ ἔφη δὲ πρέπον εἶναι τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων, οὐδενὸς ἀκούειν κατηγοροῦντος Ποπλίου Κορνηλίου Σκιπίωνος, δι' ὃν αὐτὴν τὴν τοῦ λέγειν ἐξουσίαν ἔχουσιν οἱ κατηγοροῦντες. ὧν ἀκούσαντες οἱ πολλοὶ παραχρῆμα διελύθησαν πάντες ἐκ τῆς ἐκκλησίας, ἀπολιπόντες τὸν κατηγοροῦντα μόνον.

Ὅτι κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ἦν τις ἐν τῇ Λακεδαίμονι Χαίρων, ὃς ἐτύγχανε τῷ πρότερον ἔτει πεπρεσβευκὼς εἰς τὴν Ῥώμην, ἄνθρωπος ἀγχίνους μὲν καὶ πρακτικός, νέος δὲ καὶ ταπεινὸς καὶ δημοτικῆς ἀγωγῆς τετευχώς. οὗτος ὀχλαγωγῶν καὶ κινήσας, ὃ μηδεὶς ἕτερος ἐθάῤῥει, ταχέως περιεποιήσατο φαντασίαν παρὰ τοῖς πολλοῖς. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀφελόμενος τὴν χώραν, ἣν οἱ τύραννοι συνεχώρησαν ταῖς ὑπολειφθείσαις τῶν φυγάδων ἀδελφαῖς, καὶ γυναιξὶ, καὶ μητράσι, καὶ τέκνοις, ταύτην δέδωκε τοῖς λεπτοῖς, εἰκῇ καὶ ἀνί-

auxiliis vſus fuerit ad res arduas ac prope deſperatas, tamen a nemine ex commilitonibus inſidias paſſus, a nemine vmquam proditus fuit.

P. Scipio cum optimatum partes in republica eſſet amplexus, tantam apud populum beneuolentiam, tantam in ſenatu auctoritatem ſibi comparauit, vt apud populum quidem cum ei neſcio quis diem dixiſſet, vt Romanis moris eſt, multaque acerbe ei obieciſſet, ipſe in medium progreſſus, aliud nihil reſponderit; ſed id vnum dixerit, non decere populum Romanum, accuſatoribus P. Cornelii Scipionis auſcultare, cuius ope ipſa accuſandi facultas accuſatoribus parta ſit. quibus auditis, ſtatim vniuerſa plebs e concione diſceſſit, accuſatore ſolo in roſtris relicto.

Per ea tempora Lacedaemone erat quidam Chaeron, qui anno ſuperiori legationem Romae obierat, vir gnauus quidem ac ſolers, ſed tum temporis admodum iuuenis, et infimae ſortis, nec liberaliter educatus. Hic concionabundus cum eam rem commouiſſet, quam nemo tentare auſus fuerat, famam apud populum breui comparauit. Ac principio quidem agrum, quem tyranni ſororibus ac coniugibus exulum matribusque ac liberis conceſſerant, ipſe infimis hominibus temere atque inaequaliter pro ar-

σως κατὰ τὴν ἰδίαν ἐξουσίαν. μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς κοινοῖς ὡς ἰδίοις χρώμενος, ἐξεδαπάνα τὰς προσόδους, οὐ νόμου στοχαζόμενος, οὐ κοινοῦ δόγματος, οὐκ ἄρχοντος. ἐφ' οἷς τινὲς ἀγανακτήσαντες, ἐσπούδαζον κατασταθῆναι δοκιμαστῆρες τῶν κοινῶν κατὰ τοὺς νόμους. ὁ δὲ Χαίρων, θεωρῶν τὸ γινόμενον, καὶ συνειδὼς αὑτῷ κακῶς κεχειρικότι τὰ τῆς πόλεως, τὸν ἐπιφανέστατον τῶν δοκιμαστήρων Ἀπολλωνίδην, καὶ μάλιστα δυνάμενον ἐρευνῆσαι τὴν πλεονεξίαν αὐτοῦ, τοῦτον ἀποπορευόμενον ἡμέρας ἐκ βαλανείου, προσπέμψας τινάς, ἐξεκέντησεν. ὧν προσπεσόντων τοῖς Ἀχαιοῖς, καὶ τοῦ πλήθους ἀγανακτήσαντος ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, ἐξ αὐτῆς ὁ στρατηγὸς ὁρμήσας καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν Λακεδαίμονα, τόν τε Χαίρωνα παρήγαγεν εἰς κρίσιν ὑπὲρ τοῦ φόνου, τοῦ κατὰ τὸν Ἀπολλωνίδην, καὶ κατακρίνας ἐποίησε δέσμιον, τούς τε λοιποὺς δοκιμαστῆρας παρώξυνε πρὸς τὸ ποιεῖσθαι τὴν ζήτησιν τῶν δημοσίων ἀληθινήν, φροντίσαι δὲ καὶ περὶ τοῦ κομίσασθαι τὰς οὐσίας τοὺς τῶν φυγάδων ἀναγκαίους πάλιν, ἃς ὁ Χαίρων αὐτῶν ἀφείλετο βραχεῖ χρόνῳ πρότερον.

bitrio ſuo diuiſit, deinde publica pecunia quaſi priuata abuſus, vectigalia decoquere coepit, absque vlla lege aut publico decreto, aut magiſtratus auctoritate. Quam rem aegre ferentes nonnnulli, id egerunt, vt quaeſtores aerarii publici legibus conſtituerentur. Id cum animaduerteret Chaeron, conſcius ſibi ipſe male adminiſtratae publicae pecuniae, Apollophanem e collegio quaeſtorum, virum clariſſimum, qui vnus eius peculatum ac furta deprehendere valebat, interdiu e balneo redeuntem ſubmiſſis percuſſoribus interfecit. Cuius rei nuntio ad Achaeos delato, cum vniuerſa populi multitudo eum caſum acerbe ferret, confeſtim praetor magnis itineribus Spartam profectus, et Chaeronem ipſum comprehenſum cauſſam dicere iuſſit de Apollonidis caede, damnatumque in carcerem conieцit, et reliquos quaeſtores hortatus eſt, vt de publica pecunia quaeſtionem ſerio exercerent, vtque operam darent, vti exulum propinquis bona nuper a Chaerone ademta reſtituerentur.

Ὅτι Φιλοποίμενα καὶ Ἀρίσταινον τοὺς Ἀχαιοὺς συνέβη οὔτε τὴν φύσιν ὁμοίαν ἔχειν, οὔτε τὴν αἵρεσιν τῆς πολιτείας. ἦν γὰρ ὁ Φιλοποίμην εὖ πεφυκὼς πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας, καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχήν· ὁ δ'

Philopoemenes et Ariſtaenus Achaei neque ingenio ſimili fuerunt, neque eandem in republica ſectam ſequebantur. Namque Philopoemenes quidem et animo et corpore ad res militares egregie

ἕτερος

ἕτερος πρὸς τὰ * πολιτικὰ τῶν διαβουλίων. τῇ δ' αἱρέσει κατὰ τὴν πολιτείαν τοῦτο διέφερον ἀλλήλοις. τῆς γὰρ Ῥωμαίων ὑπεροχῆς ἤδη τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἐμπλεκομένης ὁλοσχερῶς, κατά τε τοὺς Φιλιππικοὺς καὶ τοὺς Ἀντιοχικοὺς καιρούς, ὁ μὲν Ἀρίσταινος ἦγε τὴν ἀγωγὴν τῆς πολιτείας οὕτως, ὥστε πᾶν τὸ πρόσφορον Ῥωμαίοις ἐξ ἑτοίμου ποιεῖν, ἔνια δὲ καὶ πρὶν ἢ προστάξαι ἐκείνους. ἐπειρᾶτο μέντοι γε τῶν νόμων ἔχεσθαι δοκεῖν, καὶ τὴν τοιαύτην ἐφείλκετο φαντασίαν, εἴκων, ὁπότε τούτων ἀντιπίπτοι τις προδήλως, τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων γραφομένοις. ὁ δὲ Φιλοποίμην, ὅσα μὲν εἴη τῶν προκαλουμένων ἀκόλουθα τοῖς νόμοις καὶ τῇ συμμαχίᾳ, πάντα συγκατήνει καὶ συνέπραττεν ἀπροφασίστως· ὅσα δὲ τούτων ἐκτὸς ἐπιτάττοιεν, οὐχ οἷός τ' ἦν ἐθελοντὴς συνυπακούειν, ἀλλὰ τὰς μὲν ἀρχὰς ἔφη δεῖν δικαιολογεῖσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἀξιοῦν· εἰ δὲ μηδ' οὕτως πείθοιεν, τέλος οἷον ἐπιμαρτυρομένους εἴκειν, καὶ τότε ποιεῖν τὸ παραγγελλόμενον.

factus; contra Ariſtaenus ad res ciuiles conſilio et eloquentia promtior erat. Inter vtriusque autem in repub. inſtitutum id interfuit. Nam cum Romanorum potentia bello Philippico et Antiochino penitus ſe rebus Graeciae immiſcuiſſet, Ariſtaenus quidem ita remp. moderabatur, vt, quicquid e re pop. Rom. eſſet, lubentiſſime faceret, quaedam etiam vltro, antequam pop. Roman. mandaſſet. Interim tamen operam dabat, vt leges vbique ſeruare videretur, atque eam ſpeciem prae ſe ferebat, cedens interdum, ſi qua lex mandatis pop. Rom. aperte repugnabat. At Philopoemenes et ipſe quidem poſtulatis Romanorum, quaecunque a legibus ac foedere gentis Achaeorum non diſcedebant, ſine controuerſia aſſentiebatur; quaecumque vero praeter leges ac foedera imperabantur, adduci non poterat, eis ſponte vt pareret, ſed primo quidem rationibus contra allatis, deinde vero precibus contendendum eſſe aiebat. quod ſi ne ſic quidem flectere illos potuiſſent, tunc demum tamquam diuum fidem conteſtatos cedere, atque imperata facere oportere,

Ex Libro XXVI.

Ὅτι Περσεύς, ἀνανεωσάμενος τὴν φιλίαν τὴν πρὸς Ῥωμαίους, εὐθέως ἑλληνοκοπεῖν ἐπεβάλετο, κατακαλῶν εἰς τὴν Μακεδονίαν καὶ τοὺς τὰ χρέα φεύγοντας, καὶ τοὺς πρὸς κατα-

Perſeus, renouata cum populo Romano amicitia, confeſtim Graecos ſibi conciliare omnibus modis coepit. Nam quotquot aeris alieni cauſſa aut iudicio condemnati ſolum

δίκης

* Suidas addit καὶ λογικά.

δίκης ἐκπεπτωκότας, καὶ τοὺς ἐπὶ βασιλικοῖς ἐγκλήμασι Μακεδονίαν παρακεχωρηκότας. καὶ τούτων ἐξετίθει προγραφὰς εἴς τε Δῆλον καὶ Δελφοὺς, καὶ τὸ τῆς * Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν, διδοὺς οὐ μόνον τὴν ἀσφάλειαν τοῖς καταπορευομένοις, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπαρχόντων κομιδὴν, ἀφ' οὗ ἕκαστος ἔφυγε. παρέλυσε δὲ καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ τῶν βασιλικῶν ὀφειλημάτων, ἀφῆκε δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς φυλακαῖς ἐγκεκλεισμένους ἐπὶ βασιλικαῖς αἰτίαις. ταῦτα δὲ ποιήσας πολλάς τε μετεωροδοκῶν καλὰς ἐλπίδας ** ὑπεδείκνυε πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἐν αὐτῷ. ἐπέφαινε δὲ καὶ κατὰ τὴν ἐν τῷ λοιπῷ βίῳ προστασίαν τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα. κατά τε γὰρ τὴν ἐπιφάνειαν ἦν ἱκανὸς, καὶ πρὸς πᾶσαν σωματικὴν χρείαν τὴν διατείνουσαν εἰς τὸν πραγματικὸν τρόπον εὔθετος· κατά τε τὴν ἐπίφασιν εἶχεν ἐπισκύνιον καὶ τάξιν οὐκ ἀνοίκειον τῆς ἡλικίας. ἐπεφεύγει δὲ καὶ τὴν πατρικὴν ἀσέλγειαν, τήν τε περὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὴν περὶ τοὺς πότους. καὶ τὰ μὲν προοίμια τῆς Περσέως ἀρχῆς τοιαύτην *** εἶχε διάθεσιν.

Ὅτι Φίλιππος ὁ βασιλεὺς, ὅτε μὲν ηὐξήθη καὶ τὴν κατὰ τῶν Ἑλλήνων ἐξουσίαν ἔλαβε, πάντων ἦν ἀπιστότατος καὶ παρανομώτατος· ὅτε δὲ πάλιν τὰ τῆς τύχης ἀντέπνευσε, πάντων μετριώτατος. ἐπεὶ δὲ τοῖς ὅλοις πράγ-

verterant, quique ob maiestatis crimina Macedonia excesserant, vniuersos in Macedoniam euocauit, edictis in insula Delo ac Delphis et in templo Itoniae Mineruae palam propositis, quibus non modo impunitatem, sed etiam bonorum omnium restitutionem cum fructibus ab eo tempore, ex quo quisque exularet, postliminio redeuntibus concedebat. Vniuersis praeterea Macedonibus fisci alia debita remisit, cunctosque, ob suspicionem aut crimen maiestatis vinctos, custodia liberauit. His gestis cum multorum animos arrexisset, praeclaram omnibus Graecis spem in se ostendebat. quin etiam in reliquo vitae apparatu regiam dignitatem praeferebat. Nam et specie erat honesta, et corpore ad omne opus bello et pace obeundum valido; atque in vultu supercilium et dignitas non incongrua aetati eius aderat. Vitauerat etiam paternam in mulieres atque in conuiuiis intemperantiam. Ac Persei quidem principatus huiusmodi exordium habuit.

Philippus rex postea quidem, quam opibus auctus est, et Graeciam in potestate habuit, omnium perfidissimus fuit ac flagitiosissimus; vbi vero aduersam fortunam est expertus, omnium modestissimus. postremo postquam res eius

* ms. σιτω. ** ms. ὑποδεικνύναι. *** ms. ἔχει.

πράγμασιν ἔπταισε, πρὸς πᾶν τὸ μέλλον ἁρμοζόμενος ἐπειρᾶτο κατὰ πάντα τρόπον σωματοποιεῖν τὴν αὐτοῦ βασιλείαν.

funditus labefactatae ſunt, ad omnem futuri temporis caſum comparans ſeſe, regnum ſuum confirmare omnibus modis atque artibus contendebat.

Ex Libro XXVII.

Ὅτι ὁ Κότυς ἦν ἀνὴρ καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἀξιόλογος, καὶ πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας διαφέρων, ἔτι δὲ κατὰ τὴν ψυχὴν πάντα μᾶλλον ἢ Θρᾷξ. καὶ γὰρ νήπτης ὑπῆρχε, καὶ πραότητα καὶ βάθος ὑπέφαινεν ἐλευθέριον.

Ὅτι Πτολεμαῖος ὁ στρατηγὸς ὁ κατὰ Κύπρον οὐδαμῶς Αἰγυπτιακὸς γέγονεν, ἀλλὰ νουνεχὴς καὶ πρακτικός. παραλαβὼν γὰρ τὴν νῆσον, ἔτι νηπίου τοῦ βασιλέως ὄντος, ἐγίνετο μὲν ἐπιμελῶς περὶ συναγωγὴν χρημάτων, ἐδίδου δ' ἁπλῶς οὐδὲν οὐδενὶ, καίπερ αἰτούμενος πολλάκις ὑπὸ τῶν βασιλικῶν διοικητῶν, καὶ καταλαλούμενος πικρῶς ἐν τῷ μηδὲν προΐεσθαι. τοῦ δὲ βασιλέως εἰς ἡλικίαν παραγεγονότος, συνθεὶς πλῆθος ἱκανὸν χρημάτων ἐξαπέστειλεν, ὥστε καὶ τὸν Πτολεμαῖον αὐτὸν καὶ τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν εὐδοκῆσαι τῇ πρότερον αὐτοῦ συστολῇ καὶ τῷ μηδὲν προΐεσθαι.

Ὅτι Κέφαλος ἧκεν ἐξ Ἠπείρου, ἔχων μὲν καὶ πρότερον ἤδη σύστασιν πρὸς τὴν Μακεδόνων οἰκίαν, τότε δὲ διὰ τῶν πραγμάτων ἠναγκασμένος αἱρεῖσθαι τὰ τοῦ Περσέως. ἡ δ' αἰτία τοῦ συμβαίνοντος ἐγένετο τοιαύτη. Χάροψ ἦν Ἠπειρώτης, ἀνὴρ τἄλλα

Erat Cotys cum ſpecie ipſa, tum militari fortitudine inſignis. Praeterea ingenio prorſus Thracum diſſimilis: quippe ſobrietatem ac clementiam et ſolertiam quandam liberalem eminus praeferebat.

Ptolemaeus, praefectus Cypri, nulla re Aegyptius fuit, ſed prudens ac ſtrenuus imprimis. Nam cum inſulae praefecturam rege admodum puero accepiſſet, cogendae quidem pecuniae ſtudioſe incubuit: ceterum nemini prorſus quidquam dabat, tametſi a curatoribus ac diſpenſatoribus regiae pecuniae ſaepiſſime flagitaretur, grauiterque incuſaretur, quod reditus inſulae penes ſe retineret. Sed poſteaquam rex adoleſcentiam attigit, collectam ſatis magnam pecuniae vim Alexandriam miſit, adeo vt Ptolemaeus et ceteri omnes aulici priorem illius parſimoniam ac diligentiam vehementer probarint.

Cephalus tum ex Epiro quoque adfuit, et antiqua amicitia ac gratia regiae Macedonum domui obſtrictus, et tum ad Perſei partes colendas neceſſitate temporum compulſus tali cauſſa. Charopus qui-

μὲν

μὲν καλὸς κἀγαθὸς, καὶ φίλος Ῥωμαίων, ὃς, Φιλίππου τὰ κατὰ τὴν Ἤπειρον στενὰ κατασχόντος, αἴτιος ἐγένετο τοῦ Φίλιππον μὲν ἐκπεσεῖν ἐκ τῆς Ἠπείρου, Τίτον δὲ καὶ τῆς Ἠπείρου κρατῆσαι καὶ τῶν Μακεδόνων. οὗτος υἱὸν ἔσχε Μαχατᾶν, οὗ Χάροψ ἐγένετο. τοῦτον ἀντίπαιδα κατὰ τὴν ἡλικίαν ὄντα, τοῦ πατρὸς μεταλλάξαντος, ὁ Χάροψ μετὰ τῆς καθηκούσης προστασίας εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλε, χάριν τοῦ καὶ τὴν διάλεκτον καὶ τὰ γράμματα τὰ Ῥωμαϊκὰ μαθεῖν. τοῦτο τὸ μειράκιον, πολλοῖς σύνηθες γεγονὸς, ἐπανῆλθε μετά τινα χρόνον εἰς τὴν οἰκείαν. ὁ μὲν οὖν πρεσβύτερος Χάροψ μετήλλαξε τὸν βίον. τὸ δὲ μειράκιον, μετέωρον ὂν τῇ φύσει καὶ πάσης πονηρίας ἔμπλεον, ἐκορωνία, καὶ παρετρίβετο πρὸς τοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας. τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς οὐδεὶς ἦν αὐτοῦ λόγος. ἀλλ' οἱ προκατέχοντες καὶ ταῖς ἡλικίαις καὶ ταῖς δόξαις, οἱ περὶ τὸν Ἀντίνουν, ἐχείριζον τὰ κοινὰ κατὰ τὰς αὐτῶν γνώμας· τοῦ δὲ πολέμου τοῦ Περσικοῦ συστάντος, εὐθέως διέβαλλε τὸ μειράκιον τοὺς προειρημένους ἄνδρας πρὸς Ῥωμαίους, ἀφορμῇ μὲν χρώμενος τῇ προγεγενημένῃ συστάσει τῶν ἀνδρῶν πρὸς τὴν Μακεδόνων οἰκίαν· κατὰ δὲ τὸ παρὸν πάντα παρατηρῶν, καὶ πᾶν τὸ λεγόμενον ἢ πραττόμενον ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐκδεχόμενος, καὶ τὰ μὲν ἀφαιρῶν, τὰ δὲ προστιθεὶς, ἐλάμβανε πιθανότητας κατὰ τῶν ἀνθρώπων. ὁ δὲ Κέφαλος, τἄλλα τε

dam Epirota fuit, vir ceteroqui probus, amicus populi Romani, qui, cum Philippus artissimas Epiri fauces occupauisset, vnus praecipue effecerat, vt et Philippus Epiro excideret, et Titus Epiri simul ac Macedonum potiretur. Huius ex Machata filio Charopus nepos fuit. quem admodum adolescentem, patre orbatum, auus Charopus cum honesto comitatu Romam misit, quo et linguam Romanam et litteras perdisceret. Hic adolescens Romae plurimis familiariter vsus, postmodum in patriam reuersus est, quo tempore senior Charopus e vita discessit. At iuuenis suopte ingenio leuis, omnique malitia refertus, contendere atque obtrectare viris clarissimis coepit. Ac principio quidem nulla eius ratio habebatur; sed Antinous, longe aetate et gloria antecellens, rempublicam cum Cephalo arbitratu suo administrabat. Conflato autem Persico bello, statim Charopus eos viros apud populum Romanum criminari instituit, gratiam, quae illis apud regiam Macedonum domum comparata erat, argumento adducens. Et omnia illorum dicta et facta tum maxime obseruando, atque in peius detorquendo, nunc veritati adiiciens, nunc detrahens, auctoritatem fidemque aduersus eos sibi comparauit. At Cephalus, vir singularis prudentiae ac

φρόνιμος καὶ στάσιμος ἄνθρωπος, καὶ κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους ἐπὶ τῆς ἀρίστης ὑπῆρχε γνώμης. εὐχόμενος γὰρ ηὔξατο τοῖς θεοῖς, μὴ συστῆναι τὸν πόλεμον, μηδὲ κριθῆναι τὰ πράγματα. πραττομένου δὲ τοῦ πολέμου, τὰ κατὰ τὴν συμμαχίαν ἐβούλετο δίκαια ποιεῖν Ῥωμαίοις· πέρα δὲ τούτου μηδὲ προστρέχειν ἀγεννῶς, μήθ' ὑπηρετεῖν μηδὲν παρὰ τὸ δέον. τοῦ δὲ Χάροπος ἐνεργῶς χρωμένου ταῖς κατ' αὐτοῦ διαβολαῖς, καὶ *πᾶσαν παρὰ τὴν Ῥωμαίων βούλησιν γινόμενον εἰς ἐθελοκάκησιν ἄγοντος, τὸ μὲν πρῶτον οἱ προειρημένοι κατεφρόνουν, οὐδὲν αὐτοῖς συνειδότες ἀλλότριον βουλομένοις Ῥωμαίων. ὡς δὲ τοὺς περὶ τὸν Ἱππόλοχον καὶ Νίκανδρον καὶ Λοχαγὸν εἶδον τοὺς Αἰτωλοὺς ἀναγομένους εἰς τὴν Ῥώμην ἀπό τ' ἱππομαχίας ἀλόγως, καὶ τὰς διαβολὰς τὰς ἐκ τῶν περὶ Λυκίσκον πεπιστευμένας κατ' αὐτῶν, οἵτινες κατὰ τὴν Αἰτωλίαν τὴν αὐτὴν αἵρεσιν ἦγον τῷ Χάροπι, τὸ τηνικάδε προειδόμενοι τὸ μέλλον ἐβουλεύοντο περὶ αὐτῶν. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, πάντως πεῖραν λαμβάνειν, ἐφ' ᾧ μὴ προέσθαι σφᾶς αὐτοὺς ἀκρίτως, σώους δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανάγεσθαι διὰ τὰς Χάροπος διαβολάς. οὕτω μὲν οὖν οἱ περὶ τὸν Κέφαλον ἠναγκάσθησαν παρὰ τὰς αὐτῶν προαιρέσεις ἑλέσθαι τὰ τοῦ Περσέως.

Ὅτι οἱ περὶ Θεόδοτον καὶ Φιλόστρατον ἐποίησαν ἀσεβὲς πρᾶγμα καὶ παράσπονδον ὁμολογουμένως.

* leg. πᾶν.

constantiae, etiam tum in optima sententia erat. Deos enim immortales precatus fuerat, vt bellum ne conflaretur, neue de rerum summa decerneretur. sin gerendum bellum esset, statuerat ex foederis praescripto Romanos iuuare, praeter foederis autem leges nihil vltro facere, atque in nullo obsequi indecore ac turpiter. Ceterum, cum Charopus criminationi illius acriter insisteret, et, quicquid non pro Romanis fieret, insidiose agi causaretur, initio quidem et ipse et Antinous hominem spernebant, quippe nullius sui consilii, a Romanorum societate alieni, conscii cum essent. Postea vero cum Hippolochum et Nicandrum et Lochagum Aetolos sine caussa Romam perduci cernerent, et Lycisci calumniis fidem adhiberi, qui tum in Aetolia eandem sectam ac Charopus instituerat: tum demum prospicientes animo consilium de rebus suis cepere, statueruntque, subeundum esse discrimen, neque vllatenus ferendum, vt criminationibus Charopi constricti Romam indicta caussa perducerentur. Ita Cephalus ad Persei partes inuitus transire est coactus.

Per hoc tempus a Theodoto ac Philostrato graue ac nefarium facinus susceptum est.

ας. πυθόμενοι γὰρ, τὸν ὕπατον τῶν Ῥωμαίων Αὖλον Ὀσίλιον παραγίνεσθαι, κομιζόμενον εἰς Θετταλίαν ἐπὶ τὰ στρατόπεδον, καὶ νομίζοντες, εἰ παραδοῖεν τὸν Αὖλον τῷ Περσεῖ, μεγίστην μὲν πίστιν προσενέγκασθαι, μέγιστα δ' ἂν βλάψαι κατὰ τὸ παρὸν Ῥωμαίους, ἔγραφον τῷ Περσεῖ συνεχῶς ἐπισπεύδειν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐβούλετο μὲν ἐξ αὐτῆς προάγειν, καὶ συνάπτειν. τῶν δὲ Μολοττῶν κατὰ τὸν * Λωὸν ποταμὸν τὴν γέφυραν κατειληφότων, ἐκωλύετο τῆς ὁρμῆς, καὶ πρῶτον ἠναγκάζετο διαμάχεσθαι πρὸς τούτους. συνέβη δὲ, τὸν Αὖλον εἰς τοὺς Φανοσεῖς παραγενόμενον καταλῦσαι παρὰ Νέστορι τῷ Κρωπίῳ, καὶ παραδοῦναι καθ' αὐτοῦ τοῖς ἐχθροῖς καιρὸν ** ὁμολογούμενον. εἰ μὴ τύχη τις ἐβράβευσε πρὸς τὸ βέλτιον, οὐκ ἄν μοι δοκεῖ διαφυγεῖν. νῦν δὲ δαιμονίως πως ὁ Νέστωρ τὸ μέλλον ὀττευσάμενος, ἐξ αὐτῆς ἠνάγκασε μετελθεῖν εἰς γείτονα τῆς νυκτός· καὶ ἀπογνοὺς τὴν διὰ τῆς Ἠπείρου πορείαν ἀνήχθη, καὶ πλεύσας εἰς Ἀντίκυραν ἐκεῖθεν ἐποιήσατο τὴν ὁρμὴν εἰς Θετταλίαν.

Ὅτι Φαρνάκης πάντων τῶν πρὸ τοῦ βασιλέων ἐγένετο παρανομώτατος.

Ὅτι Ἄτταλος, χειμάζων ἐν Ἐλατείᾳ, καὶ σαφῶς εἰδὼς, τὸν ἀδελφὸν Εὐμένη λυπούμενον ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ βαρύνοντα ἐπὶ τῷ τὰς ἐπιφανεστάτας αὐτοῦ τι-

Nuncio enim accepto, Aulum Hostilium consulem populi Romani in Thessaliam ad exercitum proficiscentem aduentare, rati se, si Aulum in manus Persei traderent, maximam gratiam apud regem inituros, ac grauissimum Romanis damnum allaturos in praesentia esse, assidue ad regem litteras dabant, vt quamprimum acceleraret. At rex in animo quidem habebat, illico progredi et obuiam ire. Sed cum Molossi pontem Loi fluminis intercepissent, impetus eius retardabatur; prius enim dimicandum cum Molossis erat. At Hostilius, in Phanotensium vrbem delatus, diuersatusque apud Nestorem Cropium, opportunam plane aduersus se insidiarum ansam hostibus praebuerat, quam nisi benignior quaedam fortuna deflexisset, prorsus effugere nullo modo poterat. Sed Nestor, mira sagacitate rem odoratus, confestim in proximam ciuitatem migrare eum noctu iussit. Ille, itinere per Epirum relicto, nauibus Anticyram aduectus, inde in Thessaliam contendit.

Pharnaces omnium ex superiori memoria regum iniquissimus fuit.

Attalus, qui Elatiae hybernabat, cum pro certo haberet, Eumenem fratrem acerbissime ferre, quod vniuersae Peloponnesi ciuitates imagines ipsius ac statuas et reliqua ho-

 μὰς

* mſ. λωτὸν. ** leg. μένως ὄν.

μὰς ἠθετῆσθαι ὑπὸ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ διὰ κοινοῦ δόγματος, ἐπικρυπτόμενος δὲ πρὸς πάντας τὴν περὶ αὐτὸν ὑπάρχουσαν διάθεσιν, ἐπεβάλετο διαπέμπεσθαι πρός τινας τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ, σπουδάζων ἀποκατασταθῆναι τἀδελφῷ αὐτοῦ μὴ μόνον τὰς ἀναθηματικὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐγγράπτους τιμάς. τοῦτο δ' ἐποίει, πεπεισμένος. μεγίστην μὲν * ἀνακινῶν ταύτην χάριν προσενέγκασθαι, μάλιστα δ' ἂν τὸ φιλάδελφον καὶ γενναῖον τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως ἐναποδείξασθαι τοῖς Ἕλλησι διὰ ταύτης τῆς πράξεως.

Ὅτι οἱ Κρῆτες ἀνάξιον κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐποίησαν πρᾶγμα, δεινὸν καὶ παράσπονδον ὁμολογουμένως. καίπερ πολλῶν τοιούτων γενομένων κατὰ τὴν Κρήτην, ὅμως ἔδοξεν ὑπεραίρειν τὴν συνήθειαν τὸ τότε γενόμενον. ὑπαρχούσης γὰρ αὐτῆς οὐ μόνον φιλίας, ἀλλὰ συμπολιτείας πρὸς Ἀπολλωνιάτας, καὶ καθόλου κοινωνίας πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις νομιζομένων δικαίων, καὶ περὶ τούτων κειμένης ἐνόρκου συνθήκης παρὰ τὸν Δία τὸν Ἰδαῖον· παρασπονδήσαντες τοὺς Ἀπολλωνιάτας κατελάβοντο τὴν πόλιν, καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας κατέσφαξαν, τὰ δὲ ὑπάρχοντα διήρπασαν, τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν διανειμάμενοι κατεῖχον.

Ὅτι Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς ἦν καὶ πρακτικὸς καὶ τοῦ τῆς βασιλείας

* L. ἂν ἐκείνῳ.

noris monimenta communi decreto fuſtulerant, quo animo erga fratrem eſſet occulte diſſimulans, ad nonnullos Achaeorum interpretibus misſis, id agere eſt molitus, vt non modo imagines et ſtatuae, ſed et decreta, honoris eius cauſſa tabulis inciſa, reſtituerentur. Id vero agebat Attalus, tum quia perſuaſum habebat, gratiſſimam eam rem fratri fore, tum maxime vt amorem ſuum erga Eumenem fratrem et magnitudinem animi hoc teſtimonio declararet.

Per id tempus graue admodum et indignum facinus a Cretenſibus admiſſum eſt. tametſi enim multa eiusmodi in Creta inſula fieri ſolent, nihilominus hoc, de quo nunc ſermo eſt, ceteris omnibus antiſtare viſum eſt. Nam cum non ſocietas ſolum, ſed etiam commune ciuitatis ius cum Apolloniatis ipſis intercederet, ac poſtremo omnia iura, quae ab hominibus ſacroſancta habentur, vtrisque communia eſſent, cum eius foederis tabulae ſacramento vtrinque firmatae iuxta ipſum ſimulacrum Iouis Idaei fixae extarent: tamen, calcata foederis religione, Apolloniatarum vrbem occuparunt, viriſque omnibus trucidatis, ac bonis eorum direptis, vxores ac liberos omnemque agrum inter ſe diuiſerunt.

Erat Antiochus rex ſtrenuus imprimis, et maximas res ani-

σιλείας ὀνόματος ἄξιος, πλὴν τῶν κατὰ τὸ Πηλέσιον ϛρατηγημάτων.

mo agitans, prorſusque, ſi excipias ea, quae ad Peluſium geſſit, nomine regio digniſſimus.

Ex Libro XXVIII.

Ὅτι φησὶ Πολύβιος· πρότερον ἐπιϛήσαντες τὰς ἀναγινώσκοντας ἐπὶ τὴν περὶ Δείνωνος καὶ Πολυαράτε διάληψιν. μεγάλης γὰρ ἔσης τῆς περιϛάσεως καὶ τῆς μεταβολῆς ἐ μόνον παρὰ τοῖς Ῥοδίοις, ἀλλὰ σχεδὸν ἁπάσαις ταῖς πολιτείαις· χρήσιμον ἂν εἴη, τὸ τὰς προαιρέσεις τῶν παρ' ἑκάϛοις πολιτευομένων ἐπισκέψασθαι, καὶ γνῶναι, τίνες φανήσονται τὸ κατὰ λόγον πεποιηκότες, καὶ τίνες παραπεπαικότες τῦ καθήκοντος, ἵνα οἱ ἐπιγινόμενοι, ὡσανεὶ τύπων ἐκτιθεμένων, δύνωνται κατὰ τὰς ὁμοίας περιϛάσεις τὰ μὲν αἱρετὰ διώκειν, τὰ δὲ φευκτὰ φεύγειν ἀληθινῶς, καὶ μὴ περὶ τὸν ἔσχατον καιρὸν τῆς ζωῆς ἀβλεπτῦντες τὸ πρέπον, καὶ τὰς ἐν τῷ προγεγονότι βίῳ πράξεις αὐτῶν ποιῶσι. συνέβαινε τοιγαρῦν, τρεῖς διαφορὰς γενέσθαι τῶν ἐμπεσόντων εἰς τὰς αἰτίας κατὰ τὸν πρὸς Περσέα πόλεμον. ὧν μία μὲν ἦν τῶν ἐχ ἡδέως μὲν ὁρώντων κρινόμενα τὰ ὅλα, καὶ τὴν τῆς οἰκεμένης ἐξεσίαν ὑπὸ μίαν ἀρχὴν πίπτεσαν, ἔτε δὲ συνεργέντων, ἔτ' ἀντιπραττόντων ἁπλῶς Ῥωμαίοις ἐδέν, ἀλλ' οἷον ἐπιτετραφότων τῇ τύχῃ περὶ τῶν ἀποβησομένων. ἑτέρα δὲ τῶν ἡδέως ὁρώντων κρινόμενα τὰ πράγματα, καὶ βελομένων νικᾶν τὸν Περσέα, μὴ δυ-

Lectores prius admonendos eſſe duximus de Dinonis ac Polyarati inſtituto. Nam cum grauiſſimi caſus et mutationes non ſolum apud Rhodios, ſed in ceteris quoque ciuitatibus acciderint, operae pretium fuerit, diſpicere conſilia ſingulorum, qui reipublicae praeerant, et quinam recte ac conſtanter ſe geſſerint, quinam officio ſuo defuerint, videre, vt poſteri tamquam ex propoſito exemplo diſcant, vbi ſimiles caſus ingruerint, honeſta quaeque perſequi ac fugere contraria, ne, ſi ſub exitum vitae ab officio diſceſſerint, omnem anteactae vitae ſuae laudem commaculaſſe videantur. Tria erant genera eorum, qui bello Perſico in ſuſpicionem venerant. primum illorum, qui aegre ferebant, rerum ſummam diiudicari, imperiumque orbis terrarum vni genti addici. hi nulla re neque adiuuabant, neque aduerſabantur Romanis, ſed quaſi euentum fortunae permiſerant. Alterum genus erat eorum, qui de ſumma rerum decerni libenter cernebant, ac ſuperiores Perſei partes eſſe optabant quidem,

δυναμένων δὲ συνεπισπᾶσθαι τοὺς ἰδίους πολίτας, καὶ τοὺς ὁμοεθνεῖς πρὸς τὴν αὐτῶν γνώμην. τρίτη δὲ καὶ τῶν συνεπισπασαμένων καὶ μεταῤῥιψάντων τὰ πολιτεύματα πρὸς τὴν Περσέως συμμαχίαν. πῶς οὖν ἕκαστοι τούτων ἐχείρισαν τὰ καθ' αὐτοὺς, σκοπεῖν πάρεστι. μετέῤῥιψαν πρὸς Περσέα τὸ τῶν Μολοσσῶν ἔθνος Ἀντίνους καὶ Θεόδοτος καὶ Κέφαλος μετ' αὐτῶν τῶν ἀντιπεσόντων ταῖς ἐπιβολαῖς αὐτῶν ὁλοσχερῶς. καὶ περιστάντος τοῦ κινδύνου, καὶ συνεγγίζοντος τοῦ δεινοῦ, πάντες ὁμόσε στήσαντες τοῖς παροῦσιν ἀπέθανον γενναίως. διόπερ ἄξιον, ἐπαινεῖν τοὺς ἄνδρας ἐπὶ τῷ μὴ προέσθαι μηδὲ περιιδεῖν σφᾶς αὐτοὺς εἰς ἀναξίαν διάθεσιν ἐμπεσόντας τοῦ προγεγονότος βίου. καὶ μὴν ἐν Ἀχαΐᾳ καὶ παρὰ Θετταλοῖς καὶ Περραιβοῖς ἔσχον αἰτίαν καὶ πλείους διὰ τὴν ἡσυχίαν, ὡς ἐφεδρεύοντες τοῖς καιροῖς καὶ φρονοῦντες τὰ Περσέως. ἀλλ' οὔτε λόγον ἐν τῷ μέσῳ τοιοῦτον ἐξέβαλον, οὔτε γράφοντες, οὔτε διαπεμπόμενοι πρὸς τὸν Περσέα περί τινος ἐφωράθησαν, ἀλλὰ διεφύλαξαν ἀνεπιλήπτους ἑαυτούς. τοιγαροῦν εἰκότως οὗτοι καὶ δικαιολογίαν καὶ κρίσιν ὑπέμενον, καὶ πάσας ἐξήλεγχον τὰς ἐλπίδας. οὐ γὰρ ἔλαττόν ἐστιν ἀγεννίας σημεῖον, τὸ μηδὲν αὑτῷ συνειδότα μοχθηρὸν προεξάγειν ἐκ τοῦ ζῆν αὐτὸν, ποτὲ μὲν τὰς τῶν ἀντιπολιτευομένων ἀναστάσεις καταπλαγέντα, ποτὲ δὲ τὴν τῶν κρατούντων ἐξουσίαν, τοῦ παρὰ τὸ

sed ciues suos ac populares in suam sententiam pertrahere non valebant. Tertium genus eorum hominum erat, qui ciuitates suas ad Persei societatem auctoritate sua traduxerant. Quo autem modo singuli se gesserint, perspicere in promtu est. Gentem Molossorum cum ipsis contrariae factionis hominibus ad Persei regis partes transtulerunt Antinous et Theodotus ac Cephalus. Iidem, imminente extremo discrimine, aduersus praesentem fortunam congressi fortiter pugnantes occubuerunt. Quamobrem omni laude prosequendi sunt, quod semetipsos prodere atque indignam anteacta vita fortunam experiri haudquaquam sustinuerint. At vero in Achaia et apud Perrhaebos ac Thessalos multo plures ob quietem ac silentium accusabantur, quasi tempus captarent, ac Perseo taciti fauerent. sed neque vllum eiusmodi sermonem in medio protulisse, neque ad Perseum de ea re literas misisse deprehensi sunt, verum ab omni crimine integros se praestitere. Proinde mirum non est, si eiusmodi homines iudicium subire minime detrectabant, atque in innocentia sua spes positas habebant. Neque enim pusilli animi leuius argumentum est, sibi ipsum mortem consciscere, nullius conscium culpae, interdum contrariae in republica factionis, interdum potentioris metu,

καθη-

καθῆκον φιλοζωεῖν. καὶ μὴν ἐν Ῥόδῳ καὶ Κῷ καὶ πλείοσιν ἑτέραις πόλεσιν ἐγένοντό τινες οἱ φρονοῦντες τὰ Περσέως, οἳ καὶ λέγειν ἐθάῤῥουν περὶ Μακεδόνων ἐν τοῖς ἰδίοις πολιτεύμασι, καὶ κατηγορεῖν μὲν Ῥωμαίων, καὶ καθόλου συνίστασθαι πρὸς τὸν Περσέα κοινοπραγίαν, οὐ δυνηθέντες δὲ μεταῤῥίψαι τὰ πολιτεύματα πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως συμμαχίαν. τούτων δ' ἦσαν ἐπιφανέστατοι παρὰ μὲν τοῖς Κώοις Ἱππόκριτος καὶ Διομέδων, ἀδελφοί, παρὰ δὲ Ῥοδίοις Δείνων καὶ Πολυάρατος. ὧν τίς οὐκ ἂν καταμέμψαιτο τὴν προαίρεσιν; οἳ πρῶτον μὲν τοὺς πολίτας συνίστορας ἔχοντες πάντων τῶν σφίσι πεπραγμένων καὶ τῶν εἰρημένων, ἔπειτα δὲ τῶν γραμμάτων ἑαλωκότων καὶ πεφωτισμένων, καὶ τῶν παρὰ τοῦ Περσέως πρὸς ἐκείνους διαπεμπομένων, καὶ τῶν πρὸς τὸν Περσέα παρ' ἐκείνων, ἅμα δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων ὑποχειρίων γεγονότων τῶν διαπεμπομένων παρ' ἑκατέρων καὶ πρὸς ἑκατέρους, οὐχ οἷοί τ' ἦσαν εἴκειν, οὐδ' ἐκποδὼν ποιεῖν ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἀκμὴν ἠμφισβήτουν. τοιγαροῦν προσκαρτεροῦντες καὶ φιλοζωοῦντες πρὸς ἀπεγνωσμένας ἐλπίδας, καὶ τὸ δοκοῦν εἶναι περὶ αὐτοὺς τολμηρὸν καὶ παράβολον ἀνέστρεψαν, ὥστε παρὰ τοῖς ἐπιγινομένοις μηδ' ἔσχατον ἐλέῳ καὶ συγγνώμῃ τόπον καταλιπεῖν. ἐλεγχόμενοι γὰρ κατὰ πρόσωπον ὑπὸ τῶν ἰδίων χειρογράφων καὶ τῶν ὑπουργῶν, οὐ μόνον ἀτυχεῖν, ἔτι δὲ μᾶλλον

quam vitae desiderio plus quam par sit teneri. Praeterea apud Coos ac Rhodios et in aliis ciuitatibus nonnulli palam Perseo fauebant. qui pro Macedonibus verba facere, et Romanos accusare, ac societatem cum Perseo publice suadere cum ausi essent, tamen ciues suos ad regias partes pertrahere non potuerant. Horum praecipui apud Coos Hippocritus et Diomedon, fratres, Rhodi Dino et Polyaratus fuere. quorum consilium quis est qui non merito damnauerit? Qui cum ciues suos testes haberent omnium dictorum et factorum suorum, praeterea interceptis litteris, quas ad regem Perseum miserant, quasque ab illo acceperant, comprehensis denique interpretibus atque internunciis, qui vtrimque commeare soliti erant, nihilominus cedere fortunae ac se e medio eripere non sustinebant. Ita vitae desiderio capti, ac profligatas spes secuti cum perstitissent, fortitudinis atque audaciae, quae ipsis inesse videbatur, laudem imminuerunt, vt ne vllum quidem veniae locum apud posteros sibi reliquerint. Conuicti enim suismet ipsorum chirographis ac ministris, non infelices, sed impudentissimi esse videbantur. Erat quidam ex internunciis

ἀναισχυντεῖν ἔδοξαν. Θόας γάρ τις ἦν τῶν πλοϊζομένων, ὃς καὶ πολλάκις εἰς τὴν Μακεδονίαν ἐπεπλεύκει, διαπεσταλμένος ὑπὸ τῶν προειρημένων. οὗτος ἐν τῇ μεταβολῇ τῶν πραγμάτων συνειδὼς αὑτῷ τὰ πεπραγμένα, δείσας ἀπεχώρησεν εἰς τὴν Κνίδον. τῶν δὲ Κνιδίων αὐτὸν εἰς φυλακὴν ἀποθεμένων, ἐξαιτηθεὶς ὑπὸ τῶν Ῥοδίων ἦλθεν εἰς τὴν Ῥόδον. κἀκεῖ διὰ τῶν βασάνων ἐλεγχόμενος ἀνθωμολογεῖτο, καὶ σύμφωνος ἦν πᾶσι τοῖς ἐκ τῶν αἰχμαλώτων γραμμάτων συνθήμασιν, ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς, ταῖς παρά τε τοῦ Περσέως ἀποστελλομέναις πρὸς τὸν Δείνωνα, καὶ παρὰ τούτων πρὸς ἐκεῖνον. ἐξ ὧν θαυμάζειν ἦν, τίνι ποτὲ λογισμῷ χρώμενος ὁ Δείνων προσανείχετο ζῆν, καὶ τὸν παραδειγματισμὸν ὑπέμενε τοῦτον. πολὺ δὲ κατὰ τὴν ἀβουλίαν καὶ κατὰ τὴν ἀγεννίαν ὁ Πολυάρατος ὑπερέθετο τὸν Δείνωνα. τοῦ γὰρ Ποπλίου προσάξαντος Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ, τὸν Πολυάρατον ἀναπέμπειν εἰς τὴν Ῥώμην, ὁ βασιλεὺς εἰς μὲν τὴν Ῥώμην οὐκ ἔκρινε πέμπειν, ἐντρεπόμενος τὴν πατρίδα καὶ τὸν Πολυάρατον, εἰς δὲ τὴν Ῥόδον ἀποστέλλειν διέλαβε, κἀκείνου τοῦτο παρακαλοῦντος. παραστήσας οὖν λέμβον, καὶ παραδοὺς αὐτὸν Δημητρίῳ, τινὶ τῶν φίλων, ἐξαπέστειλεν. ἔγραφε δὲ καὶ τοῖς Ῥοδίοις ὑπὲρ τῆς ἐκπομπῆς. ὁ δὲ Πολυάρατος, προσχὼν Φασηλίδι κατὰ πλοῦν, καὶ διανοηθεὶς ἄττα δηποτοῦν, λαβὼν θάλλους

Thoas, qui a ſupra dictis miſſus ſaepe in Macedoniam nauigarat. Hic, rebus iam inclinatis, conſcientia facinoris ac metu Cnidum confugit. cumque eum Cnidii in cuſtodiam compegiſſent, vindicatus a Rhodiis Rhodum remiſſus eſt, vbi habita de ipſo quaeſtione cuncta confeſſus, prorſus cum omnibus interceptarum litterarum notis, cumque epiſtolis, tum a Dinone, tum a Perſeo vltro citroque miſſis, conſentiebat. Itaque mirum videbatur, qua ratione ſpeque adductus Dino ſupereſſe adhuc atque huiusmodi ludibrio traduci ſuſtinebat. Sed Polyaratus et imprudentia et ignauia Dinonem longe ſuperauit. Nam cum C. Popilius Ptolemaeo regi mandaſſet, vt Polyaratum mitteret Romam: rex, et Polyaratum et patriam reueritus, Romam quidem mittere eum haudquaquam decreuit, ſed Rhodum potius, quod et ipſe Polyaratus poſtulabat. Igitur nauigio impoſitum et Demetrii cuiusdam ex amicis cuſtodiae traditum Rhodum deſtinauit, litteris etiam ad Rhodios de illius transuectione datis. At Polyaratus Phaſelidem appulſus, neſcio quid animo cogitans, ſumtis verbenis atque infulis ad penetrale

κατέ-

κατέφυγεν ἐπὶ τὴν κοινὴν ἑστίαν. ὃν εἴ τις εἴρετο, τί βέλεται, πέπεισμαι, μὴ δυνατὸν ἔχειν εἰπεῖν. εἰ μὲν γὰρ εἰς τὴν πατρίδα μολεῖν ἐπεθύμει, τί θαλλῶν ἔδει; τοῦτο γὰρ προὔκειτό ποι τοῖς ἄγεσιν αὐτόν. εἰ δ' εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ μὴ βελομένε κείνε τοῦτ' ἔδει γενέσθαι κατ' ἀνάγκην. τί οὖν καταλείπεθ' ἕτερον; ἄλλος γὰρ τόπος ὁ δεξόμενος αὐτὸν μετ' ἀσφαλείας οὐκ ἦν. οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν Φασηλιτῶν πεμψάντων εἰς τὴν Ῥόδον, καὶ παρακαλέντων κομίζεσθαι καὶ παραλαμβάνειν τὸν Πολυάρατον, ευνεχῶς οἱ Ῥόδιοι διαλαβόντες, ἄφρακτον μὲν ἐξαπέστειλαν τὸ παραπέμψον· ἀναλαβεῖν δ' εἰς τὴν ναῦν ἐκώλυσαν τὸν ἄρχοντα, διὰ τὸ προστετάχθαι τοῖς ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας εἰς Ῥόδον ἀποκαταστῆσαι τὸν ἄνθρωπον. παραγενομένης δὲ τῆς νεὼς εἰς τὴν Φασηλίδα, καὶ τοῦ μὲν Ἐπιχάρες, ὃς ἦν ἄρχων τῆς νεὼς, οὐ βελομένε δέχεσθαι τῷ πλοίῳ τὸν ἄνθρωπον, τοῦ δὲ Δημητρίε τοῦ προχειρισθέντος ὑπὸ τοῦ βασιλέως διὰ τὴν ἀναπομπὴν κελεύοντος ἀνίστασθαι καὶ πλεῖν αὐτὸν, καὶ τῶν Φασηλιτῶν συνεπισχυόντων αὐτῷ, διὰ τὸ δεδιέναι, μή τις ἐκ Ῥωμαίων σφίσι διὰ ταῦτα μέμψις ἐπακολεθήσοι· καταπλαγεὶς τὴν περίστασιν, ἐνέβη πάλιν τὸν λέμβον πρὸς τὸν Δημήτριον. κατὰ δὲ τὸν ἀπόπλεν ἐπιλαβόμενος ἀφορμῆς εὐκαίρε, προσδραμὼν κατέφυγε πάλιν εἰς Καῦνον. κἀκεῖ παραπλησίως ἐδεῖτο τῶν Καυνίων βοηθεῖν.

vrbis confugit. quem quidem si quis tum interrogasset, quid sibi vellet, pro certo habeo, dicere haud potuisse. Nam si in patriam reuerti optabat, quid velamenta praetendere opus fuit, cum eo a custodibus deduceretur? sin Romam proficisci malebat, etiam inuito illuc eundum erat. Quidnam igitur reliquum potest esse? alius enim praeterea locus nullus extabat, in quo secure posset consistere. Ceterum cum Phaselitae Rhodum misissent, postulantes, vt Polyaratum ipsi accipere asportareque vellent, Rhodii prudenter reputantes nauem quidem apertam, qua deduceretur, miserunt; ceterum praefecto nauis accipere illum in nauem interdixere, quoniam Alexandrinis Rhodi hominem sistere mandatum fuisset. Naue igitur Phaselidem delata, cum Epichares praefectus Polyaratum nauigio excipere abnueret, contra Demetrius, cuius custodiae commendatus ab rege fuerat, exurgere hominem ac proficisci iuberet, vrgerentque adeo Phaselitae, veriti, ne id sibi apud populum Romanum fraudi esset, perculsus casus grauitate Demetrii nauigium rursus conscendit. Verum in excensione opportunitatem nactus, iterum confugit Caunum contento cursu, ac similiter quiritando Cauniorum auxilium implorabat, a qui-

βοηθεῖν. τούτων δὲ πάλιν ἀποτριβομένων αὐτὸν, διὰ τὸ τάττεσθαι μετὰ Ῥοδίων, διεπέμπετο πρὸς Κιβυράτας, δεόμενος αὐτὸν δέξασθαι τῇ πόλει καὶ πέμψαι παραπομπήν. εἶχε γὰρ ἀφορμὴν πρὸς τὴν πόλιν, διὰ τὸ τετράφθαι παρ' αὐτῷ τοὺς παῖδας Παγκράτους τοῦ τυράννου. τῶν δὲ πεισθέντων καὶ ποιησάντων τὰ παρακαλούμενα, παραγενόμενος εἰς τὴν Κιβύραν εἰς ἀπορίαν ἐνέβαλεν αὐτόν τε καὶ τοὺς Κιβυράτας μείζω τῆς πρότερον, ἢ ὅτε παρὰ τοῖς Φασηλίταις ἦν. οὔτε γὰρ ἔχειν παρ' αὐτοῖς ἐθάῤῥουν αὐτὸν, διὰ τὸ δεδιέναι τὸν ἀπὸ Ῥωμαίων κίνδυνον, οὔθ' ἅμα πέμπειν εἰς τὴν Ῥώμην ἐδύναντο, διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν κατὰ θάλατταν ἔργων, ἅτε μεσόγαιοι τελέως ὑπάρχοντες. λοιπὸν ἠναγκάζοντο πρεσβεύειν εἰς τὴν Ῥόδον καὶ πρὸς τὸν στρατηγὸν εἰς Μακεδονίαν, ἀξιοῦντες παραλαβεῖν τὸν ἄνθρωπον. τοῦ δὲ Λευκίου γράψαντος τοῖς μὲν Κιβυράταις, τηρεῖν ἐπιμελῶς τὸν Πολυάρατον καὶ κομίζειν εἰς τὴν Ῥόδον, τοῖς δὲ Ῥοδίοις, φροντίζειν τῆς κατὰ θάλατταν παραπομπῆς, ἵνα μετ' ἀσφαλείας εἰς τὴν Ῥωμαίων ἀνακομισθῇ, πειθαρχησάντων δ' ἀμφοτέρων τοῖς γραφομένοις· τούτῳ τῷ τρόπῳ συνέβη τὸν Πολυάρατον ἐλθεῖν εἰς τὴν Ῥώμην, ἐκθεατρίσαντα μὲν τὴν ἀβουλίαν τὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀγεννίαν, ἐφ' ὅσον οἷός τ' ἦν, ἔκδοτον δὲ γενόμενον οὐ μόνον παρὰ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ καὶ παρὰ Φασηλιτῶν, καὶ παρὰ Κιβυρατῶν, καὶ παρὰ Ῥο-

bus repulſam paſſus, eo quod Rhodiis contributi eſſent, clam ad Cibyratas miſit, poſtulans vt in vrbem reciperetur, mitterenturque qui ipſum tuto deducerent. Notus autem Cibyratis eo erat, quod liberi Pancratis tyranni educati apud eum fuerant. Cum aſſenſiſſent Cibyratae, et poſtulatis paruiſſent, ipſe Cibyram delatus, et ſeipſum et Cibyratas in grauiorem quam antea difficultatem coniecit. Neque enim retinere illum penes ſe audebant metu populi Romani, neque porro Romam deportare ob imperitiam rei maritimae, quippe penitus mediterranei, poterant. quod erat reliquum, legationem Rhodum mittere, et in Macedoniam ad proconſulem cogebantur, rogantes, vt accipere hominem vellent. At L. Aemilius cum Cibyratis quidem ſcripſiſſet, vt Polyaratum in arta cuſtodia haberent, Rhodumque deducerent, Rhodiis vero, vt eundem maritimo itinere Romam tuto deferri curarent, re ab vtrisque, vt imperatum erat, perfecta, tandem Polyaratus Romam venit, cum et imprudentiam et mollitiem animi ſui quaſi ſpectaculo traduxiſſet, quantum in ſe erat, traditusque non a Ptolemaeo ſolum rege eſſet, ſed etiam a Phaſelitis et Cibyratis ac Rhodiis inconſtantiae ſuae cauſſa. quorſum vero de Dinone ac Polyarato prolixior

δίων

δίων διὰ τὴν ἰδίαν ἄνοιαν. τίνος οὖν χάριν τὸν πλείω λόγον πεποίημαι περὶ Πολυαράτου καὶ Δείνωνος; οὐχ ἵνα συνεπεμβαίνειν δόξω ταῖς ἐκείνων ἀτυχίαις, καὶ γὰρ ἄτοπόν γε τοῦτο τελέως· ἀλλ' ἵνα, φανερὰν ποιήσας τὴν ἐκείνων ἀβουλίαν, βέλτιον παρασκευάσω καὶ βουλεύεσθαι καὶ φρονεῖν τοὺς κατὰ τὰς περιστάσεις εἰς παραπλησίους ἐμπίπτοντας καιρούς.

Ὅτι Αἰτωλοὶ τὸν βίον ἀπὸ λῃστείας καὶ τῆς τοιαύτης παρανομίας εἰώθεισαν ἔχειν. καὶ ἕως μὲν ἐξῆν τοὺς Ἕλληνας φέρειν καὶ λεηλατεῖν, ἐκ τούτων ἐπορίζοντο τοὺς βίους, πᾶσαν γῆν ἡγούμενοι πολεμίαν· μετὰ δὲ ταῦτα Ῥωμαίων ἐπιστάντων τοῖς πράγμασι, κωλυθέντες τῆς ἔξωθεν ἐπικουρίας, εἰς ἑαυτοὺς κατήντησαν. καὶ πρότερον μὲν κατὰ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον οὐκ ἔστιν, ὃ τῶν δεινῶν οὐκ ἔπραξαν. βραχεῖ δ' ἀνώτερον χρόνῳ γεγευμένοι τοῦ φόνου τοῦ κατ' ἀλλήλων ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἀρσινοΐαν σφαγαῖς, ἕτοιμοι πρὸς πᾶν ἦσαν, ἀποτεθηριωμένοι τὰς ψυχάς, ὥστε μηδὲ βουλὴν διδόναι τοῖς προεστῶσι. διόπερ ἦν ἀκρισίας καὶ παρανομίας καὶ φόνου πλήρη τὰ κατὰ τὴν Αἰτωλίαν, καὶ τῶν πραττομένων παρ' αὐτοῖς ἐκ λογισμοῦ μὲν καὶ προθέσεως οὐδὲν ἐπετελεῖτο, πάντα δ' εἰκῇ καὶ φύρδην ἐπράττετο, καθάπερ εἰ λαίλαπός τινος ἐκπεπτωκυίας εἰς αὐτούς.

Ὅτι κατὰ τὴν Ἤπειρον παραπλήσια τούτοις ἔπραττον. ἐφ'

a nobis inſtituta narratio eſt? Minime certe vt eorum calamitati inſultare videar, id enim abſurdum omnino eſſet; ſed vt quaſi ob oculos poſita eorum imprudentia ceteros commonefaciam, ſi quando in ſimilia tempora inciderint, vt fortius meliusque ſibi conſulant.

Erat in more inſtitutoque Aetolorum, latrociniis atque huiusmodi ſceleribus victum parare. Ac quamdiu iis Graeciam populari licuit, ea praeda ſe ſuſtentare conſueuerant, omnem agrum pro hoſtico ducentes. Poſtea vero, Romanis rerum potitis, cum aliena diripere haudquaquam ſinerentur, in ſemetipſos rabiem verterunt. ac primum quidem ciuili bello nullum crudelitatis genus praetermiſere: recenti autem memoria guſtato mutuo cruore in caede illa ad Arſinoiam patrata, animis efferati nihil iam detrectabant, adeo vt ne principibus quidem, qui rempublicam gerebant, conſultandi locum módumue vllum darent. Itaque temeritate et violentia ac caedibus plena erant cuncta in Aetolia, et quaecumque ab iis tum agebantur, non conſilio ac ratione, ſed tumultuarie ac temere fiebant, prorſus quaſi atrox quaedam procella in rempubl. eorum incubuiſſet.

Eadem in Epiro rerum facies erat. quanto enim hic

ὅσον

ὅσον γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων μετριώτεροι τῶν κατὰ τὴν Αἰτωλίαν ἦσαν, ἐπὶ τοσοῦτον ὁ προεστὼς αὐτῶν ἀσεβέστερος καὶ παρανομώτατος ὑπῆρχε τῶν ἄλλων. δοκῶ γὰρ μὴ γεγονέναι μηδ' ἔσεσθαι θηριωδέστερον ἄνθρωπον, μηδὲ σκαιότερον Χάροπος.

modestiores homines quam in Aetolia erant, tanto sceleratior ac nequior horum princeps fuit. Prorsus enim sic existimo, nec tetriorem, nec saeuiorem Charopo superiori memoria neminem extitisse, neque porro postea exstiturum.

Ὅτι τὸ περὶ Καλλικράτην μῖσος καὶ Ἀνδρωνίδαν καὶ τοὺς λοιποὺς, ὁμογνώμονας τούτων, οὕτως ἄν τις τεκμήραιτο. τῆς γὰρ τῶν Ἀντιγόνων πανηγύρεως ἐν τῷ Σικυῶνι συντελουμένης, καὶ τῶν βαλανείων ἁπάντων ἐχόντων τάς τε * κοινὰς μακρὰς καὶ πυέλους ταύταις παρακειμένας, εἰς ἃς οἱ κομψότεροι τῶν ἀνθρώπων εἰώθασι κατ' ἰδίαν ἐμβαίνειν, εἰ ταύταις ὅτε τις καθίη τῶν περὶ τὸν Ἀνδρωνίδαν καὶ Καλλικράτην, οὐδεὶς ἐτόλμα τῶν ἐφεστώτων ἔτι κατιέναι, πρὶν ἢ τὸν βαλανείτην τὸ μὲν ὑπάρχον ὕδωρ ἀφιέναι πᾶν, ἕτερον δὲ καθαρὸν ἐγχέαι. τοῦτο δ' ἐποίουν, ὑπολαμβάνοντες ὡσανεὶ μιαίνεσθαι κατιέντες εἰς ταυτὸ τοῖς προειρημένοις ὕδωρ. τοὺς δὲ ** συριγμοὺς τοὺς ἐν ταῖς κοιναῖς πανηγύρεσι τῶν Ἑλλήνων καὶ τοὺς χλευασμοὺς, ὅτε τις ἐπιβάλοι κηρύττειν τινα τῶν προειρημένων, οὐδ' ἂν ἐξηγήσαιτο ῥᾳδίως οὐδείς. ἐθάρῥει δὲ καὶ τὰ παιδάρια κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐκ τῶν διδασκαλείων ἐπανάγοντα κατὰ πρόσωπον αὐτοὺς προδότας ἀποκαλεῖν. τοιαύτη

Ceterum quantum omnium odium aduersus Callicratem fuerit et Andronidam ac reliquos eiusdem factionis, vel hinc liquido perspici potest. Nam cum solenne sacrum, quod Antigonia vocant, Sicyone celebraretur, atque in omnibus balneis tabernacula essent, iisque adposita solia, in quae elegantissimus quisque seorsum descendere consueuit, si forte Andronidas aut Callicrates lauandi caussa in solium aliquod descenderat, nullus posthac eo descendere sustinebat, priusquam balneator, pristina aqua omni egesta, puram nitidamque de nouo adfudisset: quippe persuasum cuncti habebant, contaminari se, si eadem ac illi aqua lauarentur. Quibus vero sannis ac sibilis in publicis Graeciae conuentibus exciperentur, si quando aliquis quempiam ex iis voce praeconis laudare esset ausus, ne dicendo quidem satis exprimi possit. Ipsi pueri e scholis redeuntes coram proditores eos compellare per vicos non verebantur. Tanta

* f. σκηνάς. ** Suidas in συριγμός.

αὐτη τις ὑπέδραμε προσκοπὴ καὶ μίσος κατὰ τῶν προειρημένων.

omnium offenſio tantumque odium aduerſus illos homines gliſcebat.

Ex Libro XXXI.

Ὅτι Γάϊος ὁ Γάλλος χωρὶς τῶν ἄρτι ῥηθέντων ἀλογημάτων, παραγενόμενος εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐκθέματα κατὰ τὰς πόλεις ἐξέθηκε τὰς ἐπιφανεστάτας, κελεύων, εἴ τις βούλεται κατηγορεῖν Εὐμένους τοῦ βασιλέως, ἀπαντᾷν εἰς Σάρδεις ἐπί τινα χρόνον ὡρισμένον. μετὰ δὲ ταῦτα παραγενηθεὶς αὐτὸς εἰς τὰς Σάρδεις, ἀποκαθίσας ἐν τῷ γυμνασίῳ ἐπὶ δέχ' ἡμέρας διήκουε τῶν κατηγορούντων, πᾶσαν ἐπιδεχόμενος αἰσχρολογίαν καὶ λοιδορίαν κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ καθόλου πᾶν ἕλκων πρᾶγμα καὶ κατηγορίαν, ἅτε παρεστηκὼς ἄνθρωπος τῇ διανοίᾳ, καὶ φιλοδοξῶν ἐν τῇ πρὸς Εὐμένην διαφορᾷ.

C. Sulpitius Gallus praeter cetera imprudenter ab eo facta, quae proxime commemoraui, in Aſiam delatus, edicta per celeberrimas ciuitates propoſuit, quibus iubebat, vt, quicumque Eumenem regem accuſare vellet, ad diem certum Sardibus praeſto eſſet. Ipſe cum Sardes veniſſet, poſita in gymnaſio ſella, per decem dies audiendis accuſatoribus vacauit, omnis generis probra ac conuicia in regem libentiſſime admittens, omnemque criminandi anſam amplectens, quippe qui ingenio eſſet vano, atque ex diſſenſione cum Eumene gloriam captaret.

Ὅτι κατὰ τὴν Συρίαν Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς, βουλόμενος εὐπορῆσαι χρημάτων, προέθετο στρατεύειν ἐπὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰς τὴν Ἐλυμαΐδα. παραγενόμενος δ' ἐπὶ τοὺς τόπους καὶ διαψευσθεὶς τῆς ἐλπίδος, διὰ τὸ μὴ συγχωρεῖν τῇ παρανομίᾳ τοὺς βαρβάρους οἰκοῦντας περὶ τὸν τόπον, ἀναχωρῶν ἐν Τάβαις τῆς Περσίδος ἐξέλιπε τὸν βίον, δαιμονήσας ὥς ἔνιοί φασι, διὰ τὸ γενέσθαι τινὰς ἐπισημασίας τοῦ δαιμονίου κατὰ τὴν περὶ τὸ προειρημένον ἱερὸν παρανομίαν.

At in Syria Antiochus rex, auidus parandae pecuniae, ad templum Dianae in Elymaidem exercitum mouit. Quo cum perueniſſet, ſpe ſua fruſtratus, eo quod barbari accolae tantum ſcelus fieri prohiberent, regreſſus Tabis, quae Perſidis ciuitas eſt, e viuis diſceſſit, inſania, vt quidam aiunt, correptus, ob quaedam ſigna atque oſtenta, quae ob violatam religionem templi ab infenſo numine edita erant.

Ὅτι τὸ μέγιστον καὶ κάλλιστον σημεῖον τῆς Λευκίου Αἰμιλίου προ-

Mortuo Lucio Aemilio, maximum et pulcherrimum

αιρέσεως

αἱρέσεως μεταλλάξαντος τὸν βίον ἐγένετο πᾶσιν ἔκδηλον. οἷος γὰρ ὁ τρόπος ζῶντος αὐτοῦ ἐδοξάζετο, τοιοῦτος εὑρέθη ὁ βίος μεταλλάξαντος, ὃ μέγιστον εἴποι τις ἂν ὑπάρχειν τεκμήριον ἀρετῆς. ὁ γὰρ πλεῖστον μὲν τῶν κατ᾽ αὐτὸν ἐξ Ἰβηρίας χρυσὸν εἰς τὴν Ῥώμην μετενηνοχώς, μεγίστων δὲ θησαυρῶν κύριος γενόμενος ἐν Μακεδονίᾳ, πλείστης δὲ περὶ τὰ προειρημένα τετευχὼς ἐξουσίας, τοσοῦτον ἀπέλιπε τὸν ἴδιον βίον, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν Φέρνην τῇ γυναικὶ διαλῦσαι πᾶσαν ἐκ τῶν ἐπίπλων, εἰ μὴ τῶν ἐγγείων τινὰς προσαπέδοντο κτήσεων. ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς τὰ κατὰ μέρος ἐν τοῖς πρὸ τούτων εἰρήκαμεν. ἐξ ὧν εἴποι τις ἂν καταλελύσθαι τὴν δόξαν τῶν θαυμαζομένων παρὰ τοῖς Ἕλλησι περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἀνδρῶν. εἰ γὰρ τὸ διδομένων χρημάτων ἐπὶ τῷ τοῦ διδόντος συμφέροντι τούτων ἀπέχεσθαι θαυμαστόν ἐστιν, ὃ λέγεται γεγονέναι περί τε τὸν Ἀθηναῖον Ἀριστείδην, καὶ περὶ τὸν Θηβαῖον Ἐπαμινώνδαν· τὸ κύριον γενόμενον αὐτὸν ἁπάσης τῆς βασιλείας, καὶ λαβόντα τὴν ἐξουσίαν, ὡς βούλεται, χρήσασθαι, μηδενὸς ἐπιθυμῆσαι, πόσῳ θαυμαστότερόν ἐστιν; εἰ δ᾽ ἄπιστον τὸ λεγόμενον δόξει ἐοικέναι τισίν, ἐκεῖνο δεῖ λαμβάνειν ἐν νῷ, διότι σαφῶς ὁ γράφων ᾔδει μάλιστα Ῥωμαίους ἀναληψομένους εἰς τὰς χεῖρας τὰ βιβλία ταῦτα, διὰ τὸ τὰς ἐπιφανεστάτας καὶ τὰς πλείστας αὐ-

morum illius testimonium cunctis apparuit, qualis enim illius frugalitas, dum in viuis esset, opinione omnium celebrabatur, talis re ipsa post obitum ipsius reperta est. quod reuera maximum esse virtutis indicium nemo inficias ierit. Nam cum vnus sui temporis plurimam pecuniam ex manubiis Hispaniae in aerarium populi Romani retulisset, ac maximarum opum in Macedonia compos fuisset, atque vtrobique summam auctoritatem ac licentiam habuisset: eiusmodi facultates reliquit, vt supellectilis auctione facta redigi non potuerit, vnde dos vxori eius redderetur, nisi praeterea etiam fundi aliquot venditi fuissent. De quibus in superioribus libris a nobis affatim dictum esse meminimus. Proinde non immerito quis dixerit, huiusmodi exemplo opprimi gloriam eorum, quos eo nomine Graeci maxime admirantur. Nam si abstinere a pecunia, quae pro dantis vtilitate offertur, admiratione digna res est, quod Aristidem Atheniensem, ac Thebanum Epaminondam fecisse narrant: quanto est mirabilius, ipsum compotem totius regni cum summa abutendi licentia ac potestate, nihil tamen concupisse. Quod si cui id incredibile forte videbitur, is velim reputet, nobis, qui haec scribebamus, praeuisum fuisse, maxime in Romanorum manus hos libros esse venturos, cum celeberrimae ac maximae res

τῶν

τῶν πράξεις ἐν τούτοις περιέχεσθαι, παρ' οἷς οὔτ' ἀγνοεῖσθαι ταῦτα δυνατὸν, οὔτε συγγνώμης τεύξεσθαι τὸν * ψευδολογούμενον εἰκὸς, διόπερ οὐδεὶς ἂν ἑκὼν εἰς πρόδηλον ἀπιστίαν καὶ καταφρόνησιν ἔδωκεν αὑτὸν, καὶ τοῦτο μνημονεύεσθαι παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν ἡμῖν, ὅταν τι παράδοξον δοκῶμεν λέγειν περὶ Ῥωμαίων. τῆς δὲ κατὰ τὴν διήγησιν ἐφόδου καὶ τῶν καιρῶν ἐφεστηκότων ἡμᾶς ἐπὶ τὴν οἰκίαν ταύτην, βούλομαι τὸ κατὰ τὴν προτέραν βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλειφθὲν συνεκπληρῶσαι τῶν φιληκόων ἕνεκα. προϋπεσχόμην γὰρ διηγήσασθαι, διὰ τί καὶ πῶς ἐπὶ τοσοῦτο προέκοψε, καὶ θᾶττον ἢ καθῆκεν ἐξέλαμψεν ἡ τοῦ Σκιπίωνος ἐν τῇ Ῥώμῃ δόξα· σὺν δὲ τούτῳ, πῶς ἐπὶ τοσοῦτον αὐξηθῆναι συνέβη τῷ Πολυβίῳ τὴν πρὸς τὸν προειρημένον φιλίαν καὶ συνήθειαν, ὥστε μὴ μόνον ἕως τῆς Ἰταλίας καὶ τῆς Ἑλλάδος ἐπιδιατεῖναι τὴν περὶ αὐτῶν φήμην, ἀλλὰ καὶ τοῖς πορρωτέρω γνώριμον γενέσθαι τὴν αἵρεσιν καὶ συμπεριφορὰν αὐτῶν. διότι μὲν οὖν ἡ καταρχὴ τῆς συστάσεως ἐγενήθη τοῖς προειρημένοις ἔκ τινος χρήσεως βιβλίων καὶ τῆς περὶ τούτων λαλιᾶς, δεδηλώκαμεν. προβαινούσης δὲ τῆς συνηθείας καὶ τῶν ἀνακεκλημένων ἐκπεμπομένων ἐπὶ τὰς πόλεις, ** διέπεσον ὅ τε Φάβιος καὶ ὁ Σκιπίων

populi Romani geſtae iis continerentur: ab iis vero neque ignorari res ſuas poſſe, neque mentito veniam datum iri. Quapropter haudquaquam credibile eſt, quemquam de induſtria fidem atque auctoritatem aperte ſibi derogare voluiſſe. Atque id in omni noſtro opere monitum velim, quotiescumque praeter omnium opinionem aliquid videbimur de Romanis dixiſſe. Ceterum cum ipſa narrationis ac temporum ſeries ad laudem huius familiae nos deduxerit, quod ſuperiori in libro polliciti ſumus, id nunc in gratiam eorum, qui diſcendi cupidi ſunt, exequi placet. Etenim dicturum me promiſeram, cur, quoue pacto in tantum faſtigium creuit, et ante tempus Romae eluxit iunioris Africani gloria: ac praeterea quomodo amicitiae ac conſuetudini, quae Polybio cum eo fuit, tantum incrementum acceſſit, vt non modo Italiam ac Graeciam illius amicitiae fama peruaſerit, ſed remotiſſimis etiam gentibus vtriusque ſtudium animorumque coniunctio nota fuerit. Igitur quemadmodum principium conciliandae inter vtrumque amicitiae ex commodato librorum vſu ac ſermone de his habito fluxit, ſupra a nobis relatum eſt. Poſtea, procedente conſuetudine, cum Graeci Romam euocati per municipia Italiae diſtribueren-

* mſ. ψευδολόγον ** f. διέσπευσαν.

πιων οἱ τȣ̃ Λευκίȣ νεανίσκοι πρὸς τὸν ϛρατηγὸν, μεῖναι τὸν Πολύβιον ἐν τῇ Ῥώμῃ. γενομένȣ δὲ τȣ́τȣ, καὶ τῆς συμπεριφορᾶς ἐπὶ πολὺ προκοπτȣ́σης, ἐγένετο συγκύρημά τι τοιȣ̃τον. ἐκπορευομένων γάρ ποτε κατ' αὐτὸ πάντων ἐκ τῆς οἰκίας τῆς τȣ̃ Φαβίȣ, συνέβη, τὸν μὲν Φάβιον ἐπὶ τὴν ἀγορὰν ἀπονεῦσαι, τὸν δὲ Πολύβιον ἐπὶ θατέρα μετὰ τȣ̃ Σκιπίωνος. προαγόντων δ' αὐτῶν, ὁ Πόπλιος ἡσυχῇ καὶ πρᾴως τῇ φωνῇ φθεγξάμενος, καὶ τῷ χρώματι γενόμενος ἐνερευθὴς, τί δε, φησὶν, ὦ Πολύβιε, δύω τρώγομεν ἀδελφοὶ, καὶ διαλέγῃ συνεχῶς, καὶ πάσας τὰς ἐρωτήσεις καὶ τὰς ἀποφάσεις ποιῇ πρὸς ἐκεῖνον, ἐμὲ δὲ παραπέμπεις; ἢ δῆλον, ὅτι καὶ σὺ περὶ ἐμȣ̃ τὴν αὐτὴν ἔχεις διάληψιν, ἣν καὶ τȣ̀ς ἄλλȣς πολίτας ἔχειν πυνθάνομαι. δοκῶ γὰρ εἶναι πᾶσιν ἡσύχιός τις καὶ νωθρὸς, ὡς ἀκȣ́ω, καὶ πολὺ κεχωρισμένος τῆς Ῥωμαϊκῆς αἱρέσεως καὶ πράξεως, ὅτι κρίσεις ȣ̓χ αἱρȣ̃μαι λέγειν. τὴν δ' οἰκίαν ȣ̓ φασὶ τοιȣ̃τον ζητεῖν προϛάτην, ἐξ ἧς ὁρμῶμαι, τὸ δ' ἐναντίον· ὃ καὶ μάλιϛά με λυπεῖ. ὁ δὲ Πολύβιος, ξενιωθεὶς τῇ τȣ̃ μειρακίȣ καταρχῇ τῶν λόγων, ȣ̓ γὰρ εἶχε πλέον ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα τότε, μὴ πρὸς θεῶν, Σκιπίων, ἔφη, μηδὲ λέγε ταῦτα, μηδ' ἐν νῷ λάμβανε τὸ παράπαν. ȣ̓δὲ γὰρ καταγινώσκων ȣ̔́τε παραπέμπων ἐγώ σε ποιῶ τȣ̃το, πολλȣ̃ γε δεῖ· ἀλλὰ τῷ πρεσβυτερον

tur, Fabius et Scipio Lucii filii gratia apud praetorem effecere, vt Polybius Romae maneret. Quo facto cum familiaritas in dies crefceret, forte is cafus euenit. Egreffis fimul omnibus ex Fabii domo, Fabius quidem in forum, Polybius vero alteram in partem cum P. Scipione diuerfus deflexit. Cumque ambo paullulum progreffi effent, tum Publius leniter ac modefte locutus, ac rubore quodam fuffufus, quid illud, inquit, eft, Polybì, quod, cum ambo fratres vna vtamur menfa, in tuis fermonibus nunc interrogando, nunc refpondendo affidue orationem ad fratrem conuertis, me praetermiffo? Nimirum eandem de me opinionem habes, quam et ceteros ciues habere audio, quibus placidus lentusque effe videor, et a moribus inftitutisque Romanorum longe alienus, eo quod cauffis actitandis minime ftudeo. Atqui aiunt, familiam, ex qua ortus fum, non eiusmodi, fed plane alium virum poftulare. quod profecto maxima me aegritudine afficit. At Polybius, oratione adolefcentis obftupefactus, (namque octauum et decimum annum aetatis tum maxime agebat) per deos, inquit, quaefo Scipio, noli haec ita in animum inducere. Neque enim aut contemtu, aut neglectu tui id facere foleo, multum abeft: fed quoniam maior natu eft

τερον εἶναι τὸν ἀδελφὸν, ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις ἄρχομαι ἀπ' ἐκείνε, καὶ λήγω πάλιν εἰς ἐκεῖνον ἐν ταῖς ἀποφάσεσι καὶ συμβελίαις, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀπερείδομαι, δοκῶν καί σε τῆς αὐτῆς μετέχειν γνώμης. ἐκεῖνό σε * τε μὴν ἄγαμαι νῦν ἀκέων, ὅτι δοκεῖ σοι ** τὸ πραΰτερον εἶναι τε καθήκοντος τοῖς ἐκ ταύτης τῆς οἰκίας ὁρμωμένοις· δῆλος γὰρ εἶ διὰ τέτων μέγα φρονῶν. ἐγὼ δὲ κἂν αὐτὸς ἡδέως σοι συνεπιδοίην ἐμαυτὸν, καὶ συνεργὸς γενοίμην εἰς τὸ καὶ λέγειν τι καὶ πράττειν ἄξιον τῶν προγόνων. περὶ μὲν γὰρ τὰ μαθήματα, περὶ ἃ νῦν ὁρῶ σπεδάζοντας ὑμᾶς καὶ φιλοτιμεμένες, ἐκ ἀπορήσετε τῶν συνεργησόντων ὑμῖν ἑτοίμως, καὶ σοὶ κἀκείνῳ. πολὺ γὰρ δή τι φῦλον ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπιῤῥέον ὁρῶ κατὰ τὸ παρὸν τῶν τοιέτων ἀνθρώπων. εἰς δὲ τὰ λυπῦντά σε νῦν, καὶ καθὼς φῄς, δοκῶ μηδένα συναγωνιςὴν καὶ συνεργὸν ἄλλον εὑρεῖν ἂν ἡμῶν ἐπιτηδειότερον. ἔτι δὲ ταῦτα λέγοντος τε Πολυβίε, λαβόμενος ἀμφοτέραις χερσὶ τῆς δεξιᾶς αὐτε, καὶ πιέσας ἐμπαθῶς, εἰ γὰρ ἐγὼ ταύτην, φησὶν, ἴδοιμι τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ σύμπαντα τἄλλα δεύτερα θέμενος ἐμοὶ προσέξεις τὸν νῦν, καὶ μετ' ἐμε συμβιώσεις. δόξω γὰρ αὐτόθεν εὐθέως ἐμαυτῷ καὶ τῆς οἰκίας ἄξιος

Fabius, in colloquiis familiaribus ab eo inchoare, et in eum desinere consueui, illumque in sermonibus ac praeceptis maxime spectare, cum te eodem animo eademque sententia atque illum praeditum esse persuasum habeam. Ceterum indolem tuam magnopere laudo, quod vitio esse existimes, remissioris esse ingenii, quam par sit ei, qui ex tanta familia originem ducat. Id enim haud pusilli certe animi argumentum est. Ego vero operam meam atque industriam libenter tibi commodauerim in hoc, vt ea dicas et facias, quae maiorum tuorum gloria sint digna. Nam quod attinet ad disciplinas, quibus vos acriter incumbere in praesentia video. tibi ac fratri numquam magistrorum copia deerit, quandoquidem plurimos eiusmodi homines intueor ex Graecia in hanc vrbem quotidie confluentes: ad ea vero, quae te, vt ais, nunc angunt, aptiorem me ipso administrum ac socium conatus tui haudquaquam reperies. Haec adhuc cum diceret Polybius, vtraque manu dextram eius apprehendens, atque ex intimo affectu comprimens Scipio, vtinam, inquit, diem illum videam, quo tu ceteris omnibus posthabitis, mei curam geras, meoque in contubernio degere velis. tum ego demum mihi videbor et familia

* f. γε μήν. ** deest ὄνειδος.

ἄξιος εἶναι καὶ τῶν προγόνων. ὁ δὲ Πολύβιος τὰ μὲν ἔχαιρε, θεωρῶν τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν ἀποδοχὴν τοῦ μειρακίου, τὰ δὲ διηπορεῖτο, λαμβάνων ἐν νῷ τὴν ὑπεροχὴν τῆς οἰκίας καὶ τὴν εὐκαιρίαν τῶν ἀνδρῶν. πλὴν ἀπό γε ταύτης τῆς ἀνθομολογήσεως οὐκέτι τὸ μειράκιον ἐχωρίσθη τοῦ Πολυβίου, πάντα δ' ἦν αὐτῷ δεύτερα τῆς ἐκείνου συμπεριφορᾶς. ἀπὸ δὲ τούτων τῶν καιρῶν λοιπὸν ἤδη κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων πεῖραν αὑτῶν διδόντες ἀλλήλοις, εἰς πατρικὴν καὶ συγγενικὴν ἦλθον αἵρεσιν καὶ φιλοστοργίαν πρὸς ἀλλήλους. πρώτη δέ τις ἐνέπεσεν ὁρμὴ καὶ ζῆλος τῶν καλῶν, τὸ τὴν ἐπὶ σωφροσύνῃ δόξαν ἀναλαβεῖν, καὶ παραδραμεῖν ἐν τούτῳ τῷ μέρει τοὺς κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ὑπάρχοντας. ὢν δὲ μέγας οὗτος καὶ δυσέφικτος ὁ στέφανος, εὐθήρατος ἦν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ διὰ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁρμὴν τῶν πλείστων. οἱ μὲν γὰρ εἰς ἐρωμένους τῶν νέων, οἱ δ' εἰς ἑταίρας ἐξεκέχυντο, πολλοὶ δὲ εἰς ἀκροάματα καὶ πότους καὶ τὴν ἐν τούτοις πολυτέλειαν, ταχέως ἡρπακότες ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ τὴν τῶν Ἑλλήνων εἰς τοῦτο τὸ μέρος εὐχέρειαν. καὶ τηλικαύτη τις ἐνεπεπτώκει περὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἀκρασία τοῖς νέοις, ὥστε πολλοὺς μὲν ἐρώμενον ἠγορακέναι ταλάντου. συνέβη δὲ, τὴν παροῦσαν αἵρεσιν οἷον ἐκλάμψαι κατὰ τοὺς νῦν λεγομέ-

et maioribus meis non indignus. At Polybius partim quidem gaudio exultabat, cum eum impetum eumque iuuenis affectum videret, partim vero angebatur, cum amplitudinem opesque illius familiae animo cogitaret. Ceterum poſt hanc ſtipulationem numquam iuuenis a Polybio longius receſſit, ſed illius congreſſum omnibus ſemper rebus antepoſuit. Atque exinde cum in ipſis negociorum articulis conſtantiae ſuae experimentum alter alteri continue praeberet, paternam quandam cognationique ſimilem beneuolentiam inuicem ac neceſſitudinem contraxerunt. Principio quidem pudoris ac continentiae gloriam adoleſcens ſibi comparare ſtuduit, eaque parte aequales ſuos omnes anteire. Sed cum eiusmodi laurea ardua eſſet, multumque haberet difficultatis, tum vero maxime in vrbe inſidiis appetebatur, ob corruptam illius temporis diſciplinam. Alii enim in meritorios pueros, alii in meretrices effuſi, plerique acroamatis et compotationibus atque huiusmodi luxuriae addicti erant, cum Graecorum in eo genere ſtudia bello Perſico ſtatim adſciuiſſent. Tanta porro intemperantia tum iuuentus eo ferebatur, vt nonnulli puerum delicatum talento emerent. Quod quidem inſtitutum praecipue iis temporibus, de quibus

νους καιρούς, πρῶτον μὲν διὰ τὸ, καταλυθείσης τῆς ἐν Μακεδονίᾳ βασιλείας, δοκεῖν ἀδήριτον αὐτοῖς ὑπάρχειν τὴν περὶ τῶν ὅλων ἐξουσίαν, ἔπειτα διὰ τὸ πολλὴν ἐπίφασιν γενέσθαι τῆς εὐδαιμονίας περὶ τοὺς κατ' ἰδίαν βίους καὶ περὶ τὰ κοινὰ, τῶν ἐκ Μακεδονίας μετακομισθέντων εἰς τὴν Ῥώμην χορηγιῶν. πλὴν ὅ γε Σκιπίων, ὁρμήσας ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ἀγωγὴν τοῦ βίου, καὶ πάσαις ταῖς ἐπιθυμίαις ἀντιταξάμενος, καὶ κατὰ πάντα τρόπον ὁμολογούμενον καὶ σύμφωνον ἑαυτὸν κατασκευάσας κατὰ τὸν βίον, ἐν ἴσως πέντε τοῖς πρώτοις ἔτεσι πάνδημον ἐποιήσατο κατὰ τὴν ἐπ' * αὐτοεξίᾳ καὶ σωφροσύνῃ δόξαν. μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ τὸ συνεχὲς ὥρμησεν ἐπὶ τὸ περὶ τὰ χρήματα μεγαλοψυχίᾳ καὶ καθαρότητι διενεγκεῖν τῶν ἄλλων. πρὸς δὲ τοῦτο τὸ μέρος καλὴν μὲν ὑποδοχὴν εἶχε τὴν μετὰ τοῦ κατὰ φύσιν πατρὸς συμβίωσιν, καλὰς δ' ἐκ φύσεως ὁρμὰς αὐτὸς ἐπὶ τὸ δέον, πολλὰ δὲ αὐτῷ καὶ ταυτόματον συνήργησε πρὸς τὴν ἐπιβολὴν ταύτην. ** πρώτη μὲν γὰρ αὐτῷ μετήλλαξε τὸν βίον ἡ τοῦ κατὰ θέσιν πατρὸς μήτηρ, ἥτις ἦν ἀδελφὴ μὲν τοῦ κατὰ φύσιν πατρὸς αὐτοῦ Λευκίου, γυνὴ δὲ τοῦ κατὰ θέσιν πάππου Σκιπίωνος, τοῦ μεγάλου προσαγορευθέντος. ταύτης ἀπολιπούσης οὐσίαν μεγάλην, κληρονόμος ὢν, πρῶτον ἐν τούτοις ἔμελλε πεῖραν δώσειν τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως. συνέβαινε δὲ, τὴν

nunc agimus, viguit ac floruit, primum quod euerſo Macedonum regno imperium orbis terrarum penes populum Romanum ſine controuerſia ſtare videbatur: deinde quia, Macedonicis opibus Romam translatis, maximae felicitatis ſpecies quaedam et priuatis ſingulorum et publicis rebus acceſſerat. At P. Scipio, diuerſam viuendi rationem ſecutus, cunctisque cupiditatibus aduerſatus, atque in reliquo victu eundem tenorem ſeruans, ſibique ipſe conſentiens, peruulgatam apud omnes modeſtiae ac continentiae laudem eſt adeptus priore illo quinquennio. Poſtea vero confeſtim inſtituit magnificentia atque integritate in 'pecunia danda atque capienda ceteros ſuperare, ad quam virtutem naturalis patris ipſius diſciplina magnum ei ſtimulum admouerat, et natura ingentem impetum dederat. Sed et fortuna conatum eius magnopere adiuuit. Nam cum mater patris ipſius adoptiui abiiſſet e vita, quae Lucii Aemilii naturalis patris ſoror, Scipionis autem Africani cognomento maioris coniux fuerat, ipſe, locupletiſſima eius mulieris hereditate adita, primum animi ſui ſpecimen tum edere incepit. quippe

* mſ. αὐτὸ ἀξία. ** mſ. πρώτην.

Αἰμιλίαν, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῇ προειρημένῃ γυναικὶ, μεγαλομερῆ τὴν περίστασιν ἔχειν ἐν ταῖς γυναικείαις ἐξόδοις, ἅτε συνηκμακυῖαν τῷ βίῳ καὶ τῇ τύχῃ τῇ Σκιπίωνος. χωρὶς γὰρ τοῦ περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ἀπήνην κόσμου, καὶ τὰ κανὰ, καὶ τὰ ποτήρια, καὶ τἄλλα πρὸς τὴν θυσίαν, ποτὲ μὲν ἀργυρᾶ, ποτὲ δὲ χρυσᾶ, πάντα συνεξηκολούθει κατὰ τὰς ἐπιφανεστάτας ἐξόδους αὐτῇ. τό τε τῶν παιδίσκων καὶ τὸ τῶν οἰκετῶν τῶν παρεπομένων πλῆθος ἀκόλουθον ἦν τούτοις. ταύτην δὴ τὴν περικοπὴν ἅπασαν εὐθέως μετὰ τὸν τῆς Αἰμιλίας τάφον ἐδωρήσατο τῇ μητρὶ, ᾗ συνέβαινε κεχωρίσθαι μὲν ἀπὸ τοῦ Λευκίου πρότερον ἤδη χρόνοις πολλοῖς, τὴν δὲ τοῦ βίου χορηγίαν ἐλλειπεστέραν ἔχειν τῆς κατὰ τὴν εὐγένειαν φαντασίας. διὸ τὸν πρὸ τοῦ χρόνον ἀνακεχωρηκυίας αὐτῆς ἐκ τῶν ἐπισήμων ἐξόδων, τότε κατὰ τύχην οὔσης ἐπιφανοῦς καὶ πανδήμου θυσίας, ἐκπορευομένης αὐτῆς ἐν τῇ τῆς Αἰμιλίας περικοπῇ καὶ χορηγίᾳ, πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τῶν ὀρεοκόμων καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τῆς ἀπήνης αὐτῆς ὑπαρχούσης, συνέβη, τὰς γυναῖκας θεωμένας τὸ γεγονὸς ἐκπλήττεσθαι τὴν τοῦ Σκιπίωνος χρηστότητα καὶ μεγαλοψυχίαν, καὶ πάσας προτεινούσας τὰς χεῖρας εὔχεσθαι τῷ προειρημένῳ πολλὰ καὶ ἀγαθά. τοῦτο δὲ πανταχῇ μὲν ἂν εἰκότως φαίνοιτο καλὸν, ἐν δὲ Ῥώμῃ καὶ θαυμαστόν. ἁπλῶς γὰρ οὐδεὶς οὐδενὶ δίδωσι τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων ἑκὼν οὐδέν. πρώτη

ante dicta mulier maximo omnis generis apparatu in solenni matronarum pompa vti solita erat, vt quae in Scipionis Africani matrimonio et fortuna vixisset. Nam praeter muliebrem mundum pilentique ipsius ornatum, et canistra, et pocula, ac cetera ad sacrificium necessaria, partim aurea, partim argentea, in maximis solennitatibus circumferebat. ancillarum quoque ac seruorum comitatus haudquaquam dispar erat. Vniuersum hunc apparatum statim ab obitu Aemiliae, id enim mulieri nomen fuit, Scipio matri suae donauit, quae, iampridem a L. Aemilio repudiata, artiorem quam pro splendore generis rem familiarem habebat. Proinde cum antea a solenni pompa abesse consueuisset, tum forte publico ac celebri sacrificio progressa cum apparatu Aemiliae, iisdem pilento bigis ac mulionibus, reliquas mulieres aduertit, quae Scipionis benignitatem animique magnitudinem collaudantes, sublatis in coelum manibus, vniuersae P. Scipioni fausta omnia apprecabantur. Atque id cum vbique praeclarum, tum Romae admirabile videatur esse, qua in vrbe nemo quidquam sponte alteri de suo donat. Ab huiusmodi initio virtus

μὲν

μὲν οὖν αὕτη καταρχὴ τῆς ἐπὶ καλοκἀγαθίᾳ φήμης αὐτῷ συνεκύρησε, καὶ μεγάλην ἐποίησε προκοπὴν, ἅτε τοῦ τῶν γυναικῶν γένους καὶ λάλου καὶ κατακόρου ὄντος, ἐφ᾽ ὅτι ἂν ὁρμήτῃ. μετὰ δὲ ταῦτα ταῖς Σκιπίωνος μὲν τοῦ μεγάλου θυγατράσιν, ἀδελφαῖς δὲ τοῦ κατὰ * θέσιν πατρὸς λαβόντος, αὐτὸν ἔδει τὴν ἡμίσειαν ἀποδοῦναι τῆς φέρνης· ὁ γὰρ πατὴρ συνέθετο μὲν ἑκατέρᾳ τῶν θυγατέρων μ´ τάλαντα δώσειν. τούτων δὲ τὸ μὲν ἥμισυ παραχρῆμα τοῖς ἀνδράσιν ἔδωκεν ἡ μήτηρ, τὸ δ᾽ ἥμισυ κατέλειπεν ἀποθνήσκουσα προσοφειλόμενον. ὅθεν ἔδει τὸν Σκιπίωνα διαλύειν τοῦτο τὸ χρέος ταῖς τοῦ πατρὸς ἀδελφαῖς. κατὰ δὲ τοὺς Ῥωμαίων νόμους δέον, ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἀποδοῦναι τὰ προσοφειλόμενα χρήματα τῆς φέρνης ταῖς γυναιξὶ, προδοθέντων τῶν πρώτων ἐπίπλων εἰς δέκα μῆνας κατὰ τὸ παρ᾽ ἐκείνοις ἔθος, εὐθέως ὁ Σκιπίων συνέταξε τῷ τραπεζίτῃ τῶν κ´ καὶ ε´ ταλάντων ** ἑκατέρᾳ ποιήσασθαι τὴν ἀνταπόδοσιν ἐν τοῖς δέκα μησί. τοῦ δὲ Τιβερίου καὶ τοῦ Νασικᾶ Σκιπίωνος, οὗτοι γὰρ ἦσαν ἄνδρες τῶν προειρημένων γυναικῶν, ἅμα τῷ διελθεῖν τοὺς δέκα μῆνας προσπορευομένων πρὸς τὸν τραπεζίτην, καὶ πυνθανομένων, εἴ τι συνετέτακτο Σκιπίων αὐτῷ περὶ τῶν χρημάτων, κἀκείνου κελεύοντος αὐτοὺς κομίζεσθαι, καὶ ποιοῦντος τὴν διαγραφὴν ἑκατέρῳ τῶν εἴκοσι καὶ

P. Scipionis rumore omnium celebrari coepta eſt, vtpote muliebri ſexu natura garrulo, et in omnibus rebus immoderato. Deinde filiabus Scipionis magni, patris adoptiui ſororibus, dimidium dotis ſoluendum erat: ſiquidem pater quadraginta talenta vtrique filiae dotis nomine daturum ſe ſpoponderat. cuius pecuniae dimidiam quidem partem mater vtrique genero numerauerat praeſentem, dimidiam vero in aere alieno moriens reliquerat. quare id nomen a P. Scipione diſſoluendum erat adoptiui patris ſororibus. Porro cum reliquum eius pecuniae, quae dotis nomine debetur, iure ciuili populi Romani annua bima trima die mulieribus numerandum ſit, inſtrumento ac ſupellectile prius intra decem menſes praeſtitis ex more, qui apud illos obtinet: Scipio ſtatim argentario mandauit, quinque et viginti talenta vtrique intra decem proximos menſes perſolueret. Cum vero Tiberius Gracchus et Scipio Naſica, quibus antedictae mulieres nupſerant, elapſo menſe decimo confeſtim ad argentarium veniſſent, rogaſſentque, numquid de ea pecunia mandati ab Scipione haberet, atque ille pecuniam accipere eos iuberet, et quinque ac viginti talenta vtrique nume-

H 4 πέντε

* deerat in mſ. ** mſ. τέρων.

πέντε ταλάντων, ἀγνοεῖν αὐτὸν ἔφασαν, δεῖν γὰρ αὐτὰς οὐ πᾶν κατὰ τὸ παρὸν, ἀλλὰ τὸ τρίτον μέρος κομίζεσθαι κατὰ τοὺς νόμους. τοῦ δὲ φάσκοντος, οὕτως αὐτῷ συντεταχέναι τὸν Σκιπίωνα, διαπιστήσαντες προῆγον ἐπὶ τὸν νεανίσκον, διειληφότες ἐκεῖνον ἀγνοεῖν. καὶ τοῦτ᾽ ἔπασχον οὐκ ἀλόγως. οὐ γὰρ οἷον πεντήκοντα τάλαντα δοίη τις ἂν ἐν Ῥώμῃ πρὸ τριῶν ἐτῶν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τάλαντον ἓν πρὸ τῆς τεταγμένης ἡμέρας. τοιαύτη τίς ἐστι καὶ τηλικαύτη παρὰ πάντας ἅμα μὲν ἀκρίβεια περὶ τὸ διάφορον, ἅμα δὲ λυσιτέλεια περὶ τὸν χρόνον. οὐ μὴν ἀλλὰ προσπαρευθέντων αὐτῶν καὶ πυνθανομένων, πῶς τῷ τραπεζίτῃ συντέταχε, τοῦ δ᾽ εἰπόντος, ἀποδοῦναι πᾶν τὸ χρῆμα ταῖς ἀδελφαῖς, ἀγνοεῖν αὐτὸν ἔφασαν, ἅμα τὸ κηδεμονικὸν ἐμφανίζοντες. ἐξεῖναι γὰρ * αὐτῷ κατὰ τοὺς νόμους χρῆσθαι τοῖς διαφόροις ἱκανὸν ἐπὶ χρόνον. ὁ δὲ Σκιπίων ἔφη, ἀγνοεῖν τούτων οὐδέν· ἀλλὰ πρὸς μὲν τοὺς ἀλλοτρίους τὴν ἐκ τῶν νόμων ἀκρίβειαν τηρεῖν, τοῖς δὲ συγγενέσι καὶ φίλοις ἁπλῶς χρῆσθαι ** καὶ γενναίως κατὰ δύναμιν. διὸ παραλαμβάνειν αὐτοὺς ἐκέλευε πᾶν τὸ χρῆμα παρὰ τοῦ τραπεζίτου. οἱ δὲ περὶ τὸν Τιβέριον ταῦτ᾽ ἀκούσαντες, ἐπανῆγον σιωπῶντες, καταπεπληγμένοι μὲν τὴν τοῦ Σκιπίωνος μεγαλοψυχίαν, κατεγνωκότες δὲ τῆς αὐτῶν μικρολογίας, καίπερ ὄντες οὐδενὸς δεύτεροι Ῥωμαίων,

raret: tum ii errare illum dixerunt; non enim vniuerſam ſimul pecuniam, ſed tertiam tantum partem in praeſentia legibus deberi. Cumque ille ſubiiceret, ita ſibi mandatum eſſe a Scipione, diffiſi iuuenem adierunt, labi eum ignoratione arbitrati, idque profecto haud ſine cauſſa. Etenim non modo quinquaginta talenta ante triennium nemo, ſed ne vnum quidem ante praeſtitutam diem quisquam Romae ſoluat. tantam vnusquisque diligentiam in pecunia, vtilitatem in tempore collocat. Ceterum cum Scipionem conueniſſent, percuntati quid argentario in mandatis dediſſet, cum ille diceret, mandaſſe, vt omnis ſimul pecunia ſororibus ſolueretur, illi prae ſe curam eius ferentes, errare eum ſubiecerunt: ipſi enim ſua ipſius pecunia vti in longum adhuc tempus legibus licere. At Scipio haec ſibi probe comperta et cognita eſſe reſpondit, ſed cum extraneis quidem ſtricto iure vti ſolere, cum propinquis autem et amicis candide ac generoſe agere, quantum fieri poſſet, quare vt omnem pecuniam ab argentario acciperent, rogabat. Quibus auditis, Tiberius et Naſica taciti domum reuerſi ſunt, et Scipionis magnitudine animi ſtupefacti, et ſuam nimis attentam diligentiam damnantes, tametſi inter ciuitatis principes eſſent,

μετὰ

* mſ. αὐτόν. ** deeſt in mſ.

μετὰ δ' ἔτη δύο μεταλλάξαντος τοῦ κατὰ φύσιν πατρὸς αὐτοῦ Λευκίου, καὶ καταλιπόντος κληρονόμους τῆς οὐσίας αὐτόν τε καὶ τὸν ἀδελφὸν Φάβιον, καλόν τι καὶ μνήμης ἄξιον ἐποίησεν. ὁ γὰρ Λεύκιος, ὑπάρχων ἄτεκνος, διὰ τὸ τοὺς * μὲν εἰς ἑτέρας οἰκίας ἐκδεδόσθαι, τοὺς δ' ἄλλους υἱοὺς, οὓς ἔτρεφε, διαδόχους ** αὐτοῦ καὶ τοῦ γένους, πάντας μετηλλαχέναι, τούτοις ἀπέλιπε τὴν οὐσίαν. ὁ δὲ Σκιπίων, θεωρῶν αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν καταδεέστερον ὄντα τοῖς ὑπάρχουσιν, ἐξεχώρησε πάντων τῶν ὑπαρχόντων, οὔσης τῆς ὅλης τιμήσεως ὑπὲρ ἑξήκοντα τάλαντα, διὰ τὸ μέλλειν οὕτως ἴσον ὑπάρχειν αὐτῷ κατὰ τὴν οὐσίαν τὸν Φάβιον. γενομένου δὲ τούτου περιβοήτου, προσέθηκεν ἕτερον τούτῳ δεῖγμα τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως ἐμφανέστερον. βουλομένου γὰρ τἀδελφοῦ μονομαχίας ἐπὶ τῷ πατρὶ ποιεῖν, οὐ δυναμένου δὲ δέξασθαι τὴν δαπάνην διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀναλισκομένων χρημάτων· καὶ ταύτης τὴν ἡμίσειαν εἰσήνεγκεν ὁ Σκιπίων ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας. ἔστι δ' οὐκ ἐλάττων ἡ σύμπασα τριάκοντα ταλάντων, ἐάν τις μεγαλομερῶς ποιῇ. φήμης περὶ αὐτοῦ διδομένης, μετήλλαξεν ἡ μήτηρ. ὁ δὲ τοσοῦτον ἀπέχετο τοῦ κομίσασθαι, ὧν πρότερον ἐδωρήσατο, περὶ ὧν ἀρτίως εἶπον, ὥστε καὶ ταῦτα καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν τὴν τῆς μητρὸς ἅπασαν ἀπέδωκε ταῖς ἀδελφαῖς, ἧς οὐδὲν αὐταῖς προσῆκε

Mortuo deinde post biennium naturali patre L. Aemilio, ipse cum fratre Fabio heres relictus, praeclarum facinus ac memoria dignum gessit. Nam L. Aemilius cum absque liberis esset, propterea quod ipsi quidem in alias familias adoptione migrauerant, ceteri vero, quos heredes familiae sacrorum et nominis sui alebat, fato praerepti omnes erant, hereditatem ipsis reliquerat. At Scipio cum fratrem suum videret re familiari minus quam se instructum esse, vniuersam hereditatem, quae sexaginta eoque amplius talentis aestimabatur, fratri concessit: sic enim demum Fabius opibus aequalis ipsi erat futurus. Quod factum cum in ore omnium versaretur, ipse aliud apertius animi sui specimen adiecit. Cum enim Fabius gladiatores in funere patris edere vellet, neque eum sumtum ob magnitudinem apparatus facile posset sustinere, Scipio dimidiam impensae partem de suo est largitus. Huiusmodi vero impensa, si quis magnifice spectacula edere velit, non minor triginta talentis solet esse. Peruulgata huius rei fama mater Scipionis paullo post decessit, ex cuius bonis ille ea, quae olim donauerat, de quibus superius dixi, non modo non recepit, sed et ea omnia et vniuersam matris hereditatem so-

* deest in msf. ** deest in msf.

κατὰ τὰς νόμους. διὸ πάλιν τῶν ἀδελφῶν παραλαβουσῶν τὸν ἐν ταῖς ἐξόδοις κόσμον καὶ τὴν περίστασιν τὴν τῆς Αἰμιλίας, πάλιν ἐκαινοποιήθη τὸ μεγαλόψυχον καὶ φιλοίκειον τῆς τοῦ Σκιπίωνος προαιρέσεως. ταῦτα μὲν οὖν προκατεσκευασμένος ἐκ τῆς πρώτης ἡλικίας Πόπλιος Σκιπίων, προῆλθε πρὸς τὸ φιλοδοξεῖν σωφροσύνῃ καὶ καλοκἀγαθίᾳ, εἰς ἣν ἴσως ἑξήκοντα τάλαντα δαπανήσας, τοσαῦτα γὰρ ἦν προέμενος τῶν ἰδίων, ὁμολογουμένην ἔσχε τὴν ἐπὶ καλοκἀγαθίᾳ φήμην, οὐχ οὕτω τῷ πλήθει τῶν χρημάτων τὸ παρακείμενον κατεργασάμενος, ὡς τῷ καιρῷ τῆς δόσεως καὶ τῷ χειρισμῷ τῆς χάριτος. τὴν δὲ σωφροσύνην περιεποιήσατο, δαπανήσας μὲν οὐδὲν, πολλῶν δὲ καὶ ποικίλων ἡδονῶν ἀποσχόμενος προσεκέρδανε τὴν σωματικὴν ὑγείαν καὶ τὴν εὐεξίαν, ἥτις αὐτῷ παρ' ὅλον τὸν βίον παρεπομένη πολλὰς ἡδονὰς καὶ καλὰς ἀμοιβὰς ἀπέδωκεν, ἀνθ' ὧν πρότερον ἀπέχετο τῶν προχείρων ἡδονῶν. λοιποῦ δ' ὄντος τοῦ κατὰ τὴν ἀνδρείαν καὶ κυριωτάτου σχεδὸν ἐν πάσῃ μὲν πολιτείᾳ, μάλιστα δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ, μεγίστην ἔδει καὶ τὴν ἄσκησιν περὶ τοῦτο τὸ μέρος ποιήσασθαι. καλὸν μὲν οὖν τι πρὸς ταύτην τὴν ἐπιβολὴν αὐτοῦ καὶ διὰ τῆς τύχης ἐγένετο συνέργημα. τῶν γὰρ ἐν Μακεδονίᾳ βασιλικῶν μεγίστην ποιουμένων σπουδὴν περὶ τὰς κυνηγεσίας, καὶ Μακεδόνων ἀνειμένων τοὺς ἐπιτηδειοτάτους τόπους πρὸς τὴν τῶν θηρίων συν-

roribus remisit, tametsi nulla pars hereditatis legibus ad eas pertineret. Proinde cum Scipionis sorores rursus cum ornatu paratuque Aemiliae in solenni matronarum pompa procederent, iterum eius in suos beneuolentia ac magnitudo animi in memoriam famamque reuocata est. His ab ineunte aetate studiis vsus Scipio, modestiae et elegantiae laudem est assecutus. Et impensis quidem sexaginta talentis, tantum enim de suo largitus est, elegantiae apud omnes gloriam comparauit, magis ex opportunitate ac dexteritate in conferenda gratia, quam ex pecuniae magnitudine: modestiae vero et continentiae laudem retulit absque vllo quidem sumtu, sed multis variisque repressis cupiditatibus. optimam praeterea corporis valetudinem lucrifecit, qua per totum vitae spacium continua vsus, amplissimam mercedem abstinentiae suae atque honestissimas cepit voluptates. Iam vero cum vltimae ac praecipuae partes sint fortitudinis, cum in omni republica, tum praesertim Romae, praecipua quadam in eo genere exercitatione opus erat. Ad quod studium maximam illi opportunitatem obtulit fortuna. Nam cum Macedonum reges venationi plurimum studerent, solitique essent Macedones loca ad feras congregandas aptissima huic vsui dicare: huiusmodi

συναγωγήν· ταῦτα συνέβη τὰ χωρία τετηρῆσθαι μὲν ἐπιμελῶς, καθάπερ καὶ πρότερον, πάντα τὸν τοῦ πολέμου χρόνον, κεκυνηγῆσθαι δὲ μηδέποτε * διὰ τῶν τεττάρων ἐτῶν διὰ τοὺς περισπασμούς· ἣ καὶ θηρίων ὑπῆρχε πλήρη παντοδαπῶν. τοῦ δὲ πολέμου λαβόντος κρίσιν, ὁ Λεύκιος, κάλλιστην ὑπολαμβάνων καὶ τὴν ἄσκησιν καὶ τὴν ψυχαγωγίαν ὑπάρχειν τοῖς νέοις τὴν περὶ τὰ κυνηγέσια, τούς τε κυνηγοὺς συνέστησε τοὺς βασιλικοὺς τῷ Σκιπίωνι, καὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν περὶ τὰ κυνηγέσια παρέδωκε τούτῳ πᾶσαν. ἧς ἐπιλαβόμενος ὁ προειρημένος, καὶ νομίσας οἱονεὶ βασιλεύειν, ἐν τούτῳ ** κατεγίνετο πάντα τὸν χρόνον, ὅσον ἐπέμεινε τὸ στρατόπεδον μετὰ τὴν μάχην ἐν τῇ Μακεδονίᾳ. γενομένης δὲ μεγάλης ἐξουσίας περὶ τοῦτο τὸ μέρος, ὥστε κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμαίως ἔχοντος αὐτοῦ, καὶ κατὰ φύσιν οἰκείως διακειμένου, καθάπερ εὐγενοῦς σκύλακος ἐπίμονον αὐτοῦ συνέβη γενέσθαι τὴν περὶ τὰς κυνηγεσίας ὁρμήν. διὸ καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ προσλαβὼν τὸν τοῦ Πολυβίου πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐνθουσιασμόν, ἐφ' ὅσον οἱ λοιποὶ τῶν νέων περὶ τὰς κρίσεις καὶ τοὺς χαιρετισμοὺς ἐσπούδαζον, κατὰ τὴν ἀγορὰν ποιούμενοι τὴν διατριβήν, καὶ διὰ τούτων συνιστάνειν ἑαυτοὺς ἐπειρῶντο τοῖς πολλοῖς, ἐπὶ τοσοῦτον ὁ Σκιπίων, ἐπὶ ταῖς κυνηγεσίαις ἀναστρεφόμενος, καὶ λαμ-

septa toto quidem belli Persici tempore eadem, qua prius cura, fuerant custodita, ceterum per quatuor continuos annos intacta atque illibata ab omni venatu permanserant, rege aliis negotiis tum maxime distracto. quocirca ferarum omnis generis erant plenissima. Confecto autem bello L. Aemilius eam exercitationem ac voluptatem, quae est in venando, conuenientissimam iuuentuti ratus esse, et venatores regios conciliauit Scipioni, et omnem venandi licentiam ei concessit. Qua ille accepta rex propemodum sibi esse visus, totum illud tempus, quo legiones post victoriam in Macedonia perstiterunt, in eo consumsit. Cumque et amplissima ei facultas suppeteret, et ipse aetate cum maxime floreret, et natura in eam rem esset propensior, tamquam generosi catuli constantior eius ac diuturnior in venando impetus fuit. Quamobrem Romam postquam venit, adiuncto Polybii in ea parte studio atque ardore, quantum temporis in iudiciis ac salutationibus reliqui iuuenes conterebant, forum assidue prementes, eoque studentes commendare se multitudini, tantum Scipio venationibus impendens, atque interim praeclarum aliquid et ad memoriam insigne agere

πρὸ

* addidi ex coniect. ** f. κατεσίνετο.

πρὸν ἀεί τι ποιῶν καὶ μνήμης ἄξιον, καλλίω δόξαν ἐξεφέρετο τῶν ἄλλων. οἷς μὲν γὰρ οὐκ ἦν ἐπαίνου τυχεῖν, εἰ μὴ βλάψαιέν τινα τῶν πολιτῶν, ὁ γὰρ τῶν κρίσεων τρόπος τοῦτ' ἐπιφέρειν εἴωθεν· ὁ δ' ἁπλῶς οὐδένα λυπῶν ἐξεφέρετο τὴν ἐπ' ἀνδρείᾳ δόξαν πάνδημον, ἔργῳ πρὸς λόγον ἁμιλλώμενος. τοιγαροῦν ὀλίγῳ χρόνῳ τοσοῦτον παρέδραμε τοὺς καθ' αὑτὸν, ὅσον οὐδείς πω μνημονεύεται Ῥωμαίων, καίπερ τὴν ἐναντίαν ὁδὸν πορευθεὶς ἐν * Φιλοξενίᾳ τοῖς ἄλλοις ἅπασι πρὸς τὰ Ῥωμαίων ἔθη καὶ νόμιμα. ἐγὼ δὲ πλείω πεποίημαι λόγον ὑπὲρ τῆς Σκιπίωνος αἱρέσεως ἐκ τῆς πρώτης ἡλικίας, ** ἡδεῖαν μὲν ὑπολαμβάνων εἶναι τοῖς πρεσβυτέροις, ὠφέλιμον δὲ τοῖς νέοις τὴν τοιαύτην ἱστορίαν, μάλιστα δὲ βουλόμενος πίστιν παρασκευάζειν τοῖς μέλλουσι λέγεσθαι ἐν ταῖς ἑξῆς βίβλοις περὶ αὐτοῦ, πρὸς τὸ μήτε διαπορεῖν τοὺς ἀκούοντας, διὰ τὸ παράδοξόν τι φανήσεσθαι τῶν συμβαινόντων, μετά *** γε ταῦτα περὶ αὐτὸν, μήτ' ἀφαιρουμένους τἀνδρὸς κατὰ λόγον γεγονότα κατορθώματα τῇ τύχῃ προσάπτειν, ἀγνοοῦντας τὰς αἰτίας, ἐξ ὧν ἕκαστα συνέβη γενέσθαι, πλὴν τελέως ὀλίγων, ἃ δεῖ μόνα προσάπτειν τῇ τύχῃ καὶ ταὐτομάτῳ. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοσοῦτον ἡμεῖς διεληλυθότες κατὰ τὴν παρέκβασιν, αὖθις ἐπάνιμεν ἐπὶ τὴν ἐκτροπὴν τῆς ὑποκειμένης διηγήσεως.

numquam deſiſtens, praeſtantiorem ceteris gloriam eſt adeptus. Illis enim ſine alicuius ciuis damno laus contingere non poterat, quippe iudiciorum ordo et natura id ferre ſolet: at vero ille nemini moleſtiam faceſſens, fortitudinis laudem ſibi apud omnes comparauit, virtute atque inſignibus factis cum fama ipſa contendens. Proinde breui inter aequales ſuos tantum enituit, quantum superiori memoria Romae nemo, idque cum plane contrarium moribus inſtitutisque Romanorum ad laudem et gloriam curſum tenuiſſet. Ego vero, quae ſtudia Scipionis in adoleſcentia fuerint, ideo pluribus enarrare volui, quod et ſenioribus iucundam et vtilem iuuentuti harum rerum cognitionem fore arbitratus ſum, eoque potiſſimum conſilio, vt iis, quae de illo viro deinceps ſum dicturus, fidem praemunirem, ne forte, qui haec legent, ob magnitudinem nouitatemque eorum, quae huic viro contigerunt, in ambiguo haereant, neue res illius certo conſilio geſtas fortunae tribuant, cum cauſſas ignorabunt, ex quibus ſingulae res ſunt profectae, praeter admodum paucas, quas ſolas caſui ac fortunae aſſignare licet. atque his obiter quaſi per excurſum commemoratis, nunc in viam redimus, ex qua narratio noſtra diuertit.

Ὅτι

* f. φιλοδοξίᾳ. ** mſ. ἰδίᾳ. *** mſ. δὲ.

Ὅτι τὰ κατὰ τὴν Αἰτωλίαν καλῶς διετέθη, κατεσβεσμένης ἐν αὐτοῖς τῆς ἐμφυλίου στάσεως μετὰ τὸν Λυκίσκου θάνατον· καὶ Μνασίππου τοῦ * Κορωναίου μεταλλάξαντος τὸν βίον, βελτίων ἦν ἡ διάθεσις κατὰ τὴν Βοιωτίαν, ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν, Χρεμάτα γεγονότος ἐκποδών. σχεδὸν γὰρ ὡσανεὶ καθαρμόν τινα συνέβη γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος, τῶν ἀλιτηρίων αὐτῆς ἐκ τοῦ ζῆν μεθισταμένων. καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἠπειρώτην Χάροπα συνεκύρησε κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν τοῦτον ἐν Βρεντεσίῳ μεταλλάξαι τὸν βίον. τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἤπειρον ἔτι ἐν ἀκαταστασίαις ἦν καὶ ταραχαῖς, ** καθάπερ τοῖς ἐπάνω χρόνοις, διὰ τὴν Χάροπος ὠμότητα καὶ παρανομίαν, ἐξ οὗ συνέβη τελεσθῆναι τὸν πρὸς Περσέα πόλεμον.

Ὅτι μετὰ τὸ κατακρῖναι Λεύκιον Ἀνίκιον καὶ τοὺς μὲν τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, τοὺς δὲ ἀπαγαγεῖν εἰς τὴν Ῥώμην, ὅσοι καὶ βραχεῖαν ὑποψίαν εἶχον, τότε λαβὼν ὁ Χάροψ τὴν ἐξουσίαν, ὃ βούλοιτο, πράττειν, οὐκ ἔστι τῶν δεινῶν ὁποῖον οὐκ ἐποίει, τὰ μὲν δι' αὐτοῦ, τὰ δὲ διὰ τῶν φίλων, ἅτε νέος μὲν ὢν αὐτὸς κομιδῇ, συνδεδραμηκότων δὲ πρὸς αὐτὸν τῶν χειρίστων καὶ τῶν εἰκαιοτάτων ἀνθρώπων, διὰ τὸν ἐκ τῶν ἀλλοτρίων νοσφισμόν. εἶχε δὲ οἷον ἐφεδρείαν καὶ ῥοπὴν πρὸς τὸ πιστεύεσθαι, διότι πράττει κατά τινα λόγον, ἃ ποιεῖ, καὶ μετὰ

Aetolicae res recte sunt compositae, extincto apud eos ciuili bello post obitum Lycisci. Similiter, mortuo Mnasippo Coronaeo, Boeotia in meliore statu erat. Itemque Acarnania, sublato e viuis Chremata. Prorsus enim quaedam quasi lustratio atque expiatio contigit tum vniuersae Graeciae, pestibus reipublicae e medio remotis. Namque et Charopus ille Epirota hoc ipso anno Brundusii decessit. Sed res Epiri adhuc inquietae erant ac turbatae, vt antea, ob saeuitiam atque nequitiam Charopi post victoriam de Perseo partam.

Nam cum L. Anicius caussa cognita viros celeberrimos condemnasset, alios vero ad caussam dicendam Romam abduxisset, quotquot vel leuissima suspicione contingebantur, tum Charopus, plenissimam quiduis agendi licentiam nactus, nullum crudelitatis genus omisit, partim per se ipse, partim amicorum opera vsus. quippe cum ipse admodum iuuenis erat, tum vero perditissimus ac leuissimus quisque caussa diripiendae alienae pecuniae ad eum confluxerat. Maximam porro auctoritatem ac fidem omnibus illius factis addiderat, vtque non sine con-

τῆς

* ms. Κυρωναίων ** addidi ex coniect.

τῆς Ῥωμαίων γνώμης, τήν τε προϋπάρχουσαν αὐτῷ σύστασιν, καὶ πρὸς τοὺς προειρημένους, καὶ πρὸς ταύτῃ Μύρτωνα πρεσβύτην ἄνθρωπον, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Νικάνορα, τἄλλα * γε μετρίους ἀνθρώπους καὶ δοκοῦντας εἶναι Ῥωμαίων Φίλους· οἳ πολύ τι κεχωρισμένοι τὸν πρὸ τοῦ χρόνον ἁπάσης ἀδικίας, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως τότε συνεπέδωκαν αὐτοὺς εἰς τὸ συνεπιχύειν καὶ κοινωνεῖν ταῖς τοῦ Χάροπος ἀνομίαις. ἐπειδὴ δ᾽ ὁ προειρημένος τοὺς μὲν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀναΦανδὸν ἐΦόνευσε, τοὺς δ᾽ ἐν ταῖς ἰδίαις οἰκίαις, ἐνίους δ᾽ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν καὶ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐπαποστέλλων ἐδολοΦόνησε, καὶ πάντων τῶν τεθνεώτων ἐξηνδραποδίσατο τοὺς βίους, ἄλλην ἐπεισῆγε μηχανήν. ** προέγραΦε γὰρ τοὺς εὐκαιροῦντας τοῖς βίοις Φυγάδας, οὐ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας. ἀνατεθεὶς δὲ τὸν Φόβον τοῦτον, ἐχρηματίζετο ἀεὶ τοὺς μὲν ἄνδρας δι᾽ ἑαυτοῦ, τὰς δὲ γυναῖκας διὰ τῆς μητρὸς Φιλότιδος. πάνυ γὰρ *** εὐΦυὴς ἐγένετο κατὰ τοῦτο τὸ πρόσωπον, πρὸς δὲ βίαν καὶ πλεῖόν τι δυνάμενον συνεργεῖν ἢ κατὰ γυναῖκα. ἐπειδὴ δὲ πάντας ἐξηργυρίσαντο κατὰ τὸ δυνατὸν, εἰσῆγον εἰς τὸν δῆμον οὐδὲν ἧττον ἅπαντας τοὺς προγεγραμμένους. οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἐν τῇ Φοινίκῃ, τὰ μὲν διὰ τὸν Φόβον, τὰ δὲ καὶ δελεαζόμενοι διὰ τῶν περὶ τὸν Χάροπα, κατέκριναν οὐ Φυγῆς, ἀλλὰ θανάτου πάντας

silio, sed ex sententia populi Romani cuncta agi viderentur, effecerat vetus amicitia, quae illi cum plerisque primariis viris Romae intercedebat, ac praeterea suffragium Myrtonis senis, et Nicanoris eius filii. Qui cum alioqui satis modesti et amici populi Romani viderentur, semperque antea ab omni flagitio procul absuissent, tum nescio quo pacto seipsos scelerum Charopi fautores ac socios adiunxerant. At vero ille, vbi alios in medio foro palam trucidauit, alios in suis domibus, nonnullos in agris, aut per vias submissis percussoribus interfecit, atque omnium protinus facultates inuasit, tandem alia machina grassari coepit. Locupletissimum enim quemque, nec viros solum, sed et matresfamilias, exules proscripsit. quo metu incusso ipse assidue viros quidem per se, at mulieres matris Philotidis opera spoliabat. Fuit enim haec mulier ad omnia maxime idonea, sed quae ad vim ac scelus plus adiumenti quam pro muliere afferre posset. Postquam demum vniuersos pecunia spoliarunt, nihilo secius cunctos, qui proscripti erant, populi iudicio permisere. At plurimi in vrbe Phoenica, partim metu, partim blanditiis a factione Charopi inducti, vniuersos, quibus alienatus a Romanis animus

* mſ. δὲ. ** mſ. προσέγραΦε. *** leg. εὐΦυὴς ἐγ. τοῦτο τὸ πρόσ.

πάντας τὰς προσαγγελθέντας ὡς ἀλλότρια φρονοῦντας Ῥωμαίων. οὗτοι μὲν οὖν πάντες ἔφυγον, ὅτε Χάροψ ὥρμησεν εἰς τὴν Ῥώμην, ἔχων χρήματα καὶ τὰς περὶ τὸν Μύρτωνα μεθ' αὐτοῦ, βουλόμενος ἐπισφραγίσασθαι διὰ τῆς συγκλήτου τὴν αὐτοῦ παρανομίαν. ἐν ᾧ καιρῷ κάλλιστον μὲν ἐγένετο δεῖγμα τῆς Ῥωμαίων αἱρέσεως, κάλλιστον δὲ θέαμα πᾶσι τοῖς Ἕλλησι τοῖς παρεπιδήμοις, μάλιστα δὲ τοῖς ἀνακεκλημένοις. ὅτε γὰρ Μάρκος, ἀρχιερεὺς ὢν καὶ πρῶτος τῆς συγκλήτου γραφόμενος, ὅ τε Λεύκιος, ὁ τὸν Περσέα νικήσας, μεγίστην ἔχων πίστιν καὶ δύναμιν, πυνθανόμενοι τὰ πεπραγμένα τῷ Χάροπι κατὰ τὴν Ἤπειρον, ἐκώλυσαν εἰς τὰς οἰκίας αὐτῶν εἰσιέναι τὸν Χάροπα. οὗ γενομένου περιβοήτου, πάντες ἐγενήθησαν οἱ παρεπιδημοῦντες περιχαρεῖς, ἀποδεχόμενοι τὸ μισοπόνηρον τῶν Ῥωμαίων. μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ Χάροπος εἰσελθόντος εἰς τὴν σύγκλητον, * οὐ συνεκάθετο τοῖς ἀξιουμένοις, οὐδ' ἐβουλήθη δοῦναι ῥητὴν ἀπόκρισιν, ἀλλὰ τοῖς ἀποστελλομένοις πρεσβευταῖς ἔφη δώσειν ἐντολὰς, ἐπισκέψασθαι περὶ τῶν γεγονότων. ὁ δὲ Χάροψ ἀναχωρήσας ταύτην μὲν τὴν ἀπόκρισιν ἀπεσιώπησε, γράψας δὲ πρὸς τὴν ἰδίαν ὑπόθεσιν ἁρμόζουσαν ἀπήγγειλεν, ὡς συνευδοκούντων Ῥωμαίων

crimini dabatur, non exilio, ſed capitali ſententia condemnarunt. Hi omnes in exilium abierunt, quo tempore Charopus comite Myrtone cum magna pecuniae vi Romam eſt profectus eo conſilio, vt ſcelus ſuum ſenatus auctoritate confirmaret. Tunc temporis vero pulcherrimum ſpecimen morum populi Romani et gratiſſimum cum omnibus Graecis, tum maxime iis, qui ob quasdam ſuſpiciones Romam euocati erant, ſpectaculum apparuit. Etenim M. Aemilius Lepidus, pontifex max. et princeps ſenatus, et L. Aemilius, is qui Perſeum vicit, maxima vir auctoritate ac potentia praeditus, cum accepiſſent, quae Charopus geſſerat in Epiro, domo ſua ei interdixerunt. Cuius rei fama per vrbem diſperſa, Graeci, quicumque aderant, maximo ſunt gaudio affecti, et Romanorum aduerſus improbos odium magnis laudibus extulerunt. Poſtmodum introductus in ſenatum Charopus haudquaquam inter honoratos ſedere eſt iuſſus, neque vllum a ſenatu reſponſum certum accepit, ſed legatis, propediem ad res Illyrici componendas profecturis, id in mandatis daturum ſenatus reſpondit, vt, quaecunque acta in Epiro erant, inquirerent. At Charopus, egreſſus e curia, reſponſum quidem ſenatus reticuit, confictum autem alterum pro re atque vtilitate ſua reſponſum

* hic inſere cap. 127. legationum Polybii.

μαίων τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πραττομένοις.

diuulgauit, quaſi omnia eius acta ſenatus probaſſet.

Ὅτι Εὐμένης ὁ βασιλεὺς τῇ μὲν σωματικῇ δυνάμει παραλελυμένος ἦν, τῇ δὲ τῆς ψυχῆς λαμπρότητι προσαντεῖχεν, ἀνὴρ ἐν μὲν τοῖς πλείστοις οὐδενὸς δεύτερος τῶν καθ' αὑτὸν βασιλέων γενόμενος, περὶ δὲ τὰ σπουδαιότατα καὶ κάλλιστα μείζων καὶ λαμπρότερος. ὅς γε πρῶτον μὲν παραλαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν βασιλείαν συνεσταλμένην τελέως εἰς ὀλίγα καὶ λιτὰ πολισμάτια, ταῖς μεγίσταις τῶν καθ' αὑτὸν δυναστειῶν ἐφάμιλλον ἐποίησε τὴν ἰδίαν * ἀρχήν, οὐ τύχῃ τὸ πλεῖον συνεργῷ χρώμενος, οὐδ' ἐκ περιπετείας, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγχινοίας καὶ φιλοπονίας, ἔτι δὲ πράξεως τῆς αὑτοῦ. δεύτερον φιλοδοξότατος ἐγενήθη, καὶ πλείστας μὲν τῶν καθ' αὑτὸν βασιλέων πόλεις Ἑλληνίδας εὐεργέτησε, πλείστους δὲ κατ' ἰδίαν ἀνθρώπους ἐσωματοποίησε. τρίτον, ἀδελφοὺς ἔχων τρεῖς καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ πρᾶξιν, πάντας τούτους συνέσχε πειθαρχοῦντας αὑτῷ καὶ δορυφοροῦντας, καὶ σώζοντας τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα. τοῦτο δὲ σπανίως εὕροι τις ἂν γεγονός.

Eumenes, Pergami rex, corpore quidem erat infirmo atque imbecilli, ſed animi vigore infirmitatem corporis compenſabat, vir in plerisque rebus nulli aetatis ſuae regum ſecundus; in rebus autem grauiſſimis ac pulcherrimis omnium maximus ac ſplendidiſſimus. Qui primum quidem, cum regnum paucis ac tenuibus oppidulis coarctatum a patre accepiſſet, ampliſſimis temporis ſui imperiis parem dominationem ſuam praeſtitit, non tam fortunae auxilio et caſu quodam, quam ſolertia et induſtria ſua. Deinde prae ceteris aetatis ſuae regibus gloriae cupidiſſimus fuit, atque vnus plurimas Graeciae ciuitates ac plurimos ſingillatim homines beneficiis ſuis locupletauit. Denique fratres cum haberet tres, et aetate et induſtria pollentes, eos in officio omnes continuit, et morigeros cuſtodesque regni ac dignitatis ſuae habuit ſatellites. quod raro admodum contigiſſe reperias.

Ὅτι Ἄτταλος, ὁ ἀδελφὸς Εὐμένους, παραλαβὼν τὴν ἐξουσίαν, πρῶτον ἐξήνεγκε δεῖγμα τῆς αὑτοῦ προαιρέσεως καὶ πράξεως τὴν Ἀριαράθου καταγωγὴν ἐπὶ τὴν βασιλείαν.

Attalus, Eumenis frater, poſtquam regnare occoepit, primum ingenii atque induſtriae ſuae ſpecimen dedit reſtituto in regnum Ariarathe.

Ὅτι

* inſ. τύχην, ſed Suidas ἀρχὴν

Ὅτι Προυσίας μετὰ τὸ νικῆσαι τὸν Ἄτταλον, μετὰ τὸ παρελθεῖν πρὸς τὸ Πέργαμον, παρασκευασάμενος θυσίαν πολυτελῆ προσήγαγε πρὸς τὸ τέμενος τοῦ Ἀσκληπιοῦ, καὶ βουθυτήσας καὶ καλλιερήσας τότε μὲν ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὴν παρεμβολήν· κατὰ δὲ τὴν ἐπιοῦσαν καταστήσας τὴν δύναμιν ἐπὶ τὸ Νικηφόριον, τούς τε νεὼς ἅπαντας διέφθειρε, καὶ τὰ τεμένη τῶν θεῶν, ἐσύλησε δὲ καὶ τοὺς ἀνδριάντας καὶ τὰ λίθινα τῶν ἀγαλμάτων. τὸ δὲ τελευταῖον καὶ τὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἄγαλμα βαστάσας, περιττῶς ὑπὸ Φυλομάχου κατεσκευασμένον, ἀπήνεγκεν ὡς αὐτόν, ᾧ τῇ πρότερον ἡμέρᾳ κατασπένδων ἐβουθύτει καὶ κατηύχετο, δεόμενος, ὅπερ εἰκός, ἵλεων αὐτῷ γενέσθαι καὶ εὐμενῆ κατὰ πάντα τρόπον. ἐγὼ δὲ τὰς τοιαύτας διαθέσεις καὶ πρότερον εἴρηκά που, περὶ Φιλίππου ποιούμενος τὸν λόγον, μανικάς. τὸ γὰρ ἅμα μὲν θύειν καὶ διὰ τούτων ἐξιλάσκεσθαι τὸ θεῖον, προσκυνοῦντα καὶ λιπαροῦντα τὰς τραπέζας καὶ τοὺς βωμοὺς ἐξάλλως, ὅπερ ὁ Προυσίας εἴθιστο ποιεῖν, γονυπετῶν καὶ γυναικιζόμενος, ἅμα δὲ ταῦτα καὶ λυμαίνεσθαι, καὶ διὰ τῆς τούτων καταφθορᾶς τὴν εἰς τὸ θεῖον ὕβριν διατίθεσθαι, πῶς οὐκ ἂν εἴποι τις εἶναι θυμοῦ λυττῶντος ἔργα, καὶ ψυχῆς ἐξεστηκυίας τῶν λογισμῶν; ὃ καὶ τότε συνέβαινε γίνεσθαι περὶ τὸν Προυσίαν. ἀνδρὸς μὲν γὰρ * ἔργον οὐδὲν ἐπιτελεσά-

Prusias, victo Attalo Pergamum ingressus cum sumtuoso sacrificii apparatu, Aesculapii templum adiit, mactatisque victimis cum perlitasset, tum quidem in castra est reuersus. Postridie vero copiis ad Nicephorium adductis, templa omnia vastare, delubra ac statuas deorum immortalium et imagines spoliare ac diripere coepit. Postremo et ipsum Aesculapii simulacrum, insigni artificio a Phylomacho fabricatum, humeris suis impositum abripuit, cui pridie libauerat, hostiasque et vota obtulerat, propitium ac benignum (vt mos est) ipsius numen sibi apprecatus. Ego vero huiusmodi hominum mores etiam antea, cum de rebus Philippi agerem, furiosos me dicere memini. Etenim simul victimas caedere, Deosque propitios orare, omnemque aram ac lapidem exquisito quodam genere adorare et venerari flexis genibus et muliebri superstitione, quod Prusias facere solebat, atque interim eadem fana labefactare, eorumque euersione contumeliam diis facere, quis neget animi id esse, rabie perciti, hominisque de statu mentis deturbati? Quod quidem tum Prusiae contigit. Nam cum nullum in oppugnatione ge-

μενος

* addidi ex coniect.

μενος κατὰ τὰς προσβολὰς, ἀγεννῶς δὲ καὶ γυναικοθύμως χειρίσας καὶ τὰ πρὸς θεὲς, καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπες, μετήγαγε τὸ ςράτευμα πρὸς Ἐλαίαν, καὶ καταπειράσας τῆς Ἐλαίας, καί τινας προσβολὰς ποιησάμενος, ἐδὲν δὲ πράττειν δυνάμενος, διὰ τὸ Σώσανδρον τὸν τε βασιλέως σύντροφον εἰσεληλυθότα μετὰ ςρατιωτῶν εἴργειν αὐτε τὰς ἐπιβολὰς, ἀπῆρεν ἐπὶ Θυατείρων. κατὰ δὲ τὴν ἐπάνοδον τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν, τῆς ἐν Ἱερᾷ κώμῃ, μετὰ βίας ἐσύλησεν. ὁμοίως καὶ τὸ τε Κυνίε Ἀπόλλωνος τέμενος τε περὶ Τεμνὸν ε μόνον ἐσύλησεν, ἀλλὰ καὶ τῷ πυρὶ διέφθειρεν. καὶ ταῦτα διαπραξάμενος ἐπανῆλθεν εἰς τὴν οἰκείαν, ε μόνον τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς πεπολεμηκώς. ἐταλαιπώρησε δὲ καὶ τὸ πεζικὸν ςράτευμα τῷ Πρεσίᾳ κατὰ τὴν ἐπάνοδον ὑπό τε τε λιμε καὶ τῆς δυσεντερίας, ὥςε παρὰ π..ας ἐκ θεόπτε δοκεῖν ἀπηντῆσθαι ..ῆνιν αὐτῷ διὰ ταύτας τὰς αἰτίας.

nerosi animi facinus edidisset, sed prorsus imbelli ac muliebri animo aduersus deos hominesque esset vsus, exercitum Elaeam traduxit, et tentata vrbis obsidione cum nihil proficeret, eo, quod Sosander regis collactaneus, cum praesidio militari vrbem ingressus, impetum ipsius repellebat, Thyatira nauibus contendit. Porro inter redeundum fanum Dianae, quod est in Hiera Come, vi illata spoliauit. Apollinis quoque Cynii delubrum circa Temnum non spoliauit solum, sed etiam igni tradidit. Atque his peractis domum rediit, illato et hominibus et diis immortalibus bello. Sed et pedestres eius copiae fame ac sanguinis profluuio in reditu laborarunt, adeo vt sceleribus Prusiae poena a diis e vestigio repraesentata esse videretur.

Ὅτι Ἀριςοκράτης, ὁ τῶν Ῥοδίων ςρατηγὸς, ἦν μὲν κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἀξιωματικὸς καὶ καταπληκτικός. διόπερ ἐκ πάντων τέτων ὑπέλαβον οἱ Ῥόδιοι τελέως ἀξιόχρεων ἡγεμόνα καὶ προςάτην ἔχειν τε πολέμε. διεψεύσθησαν μέντοί γε τῶν ἐλπίδων. ἐλθὼν γὰρ εἰς τὰς πράξεις ὥσπερ εἰς πῦρ, καθάπερ τὰ κίβδηλα τῶν νομισμάτων, ἀλλοῖος ἐφάνη. τετο δ' ἐγένετο δῆλον ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων.

Aristocrates, praetor Rhodiorum, erat ille quidem specie ipsa plena; dignitatis ac terroris. Quamobrem Rhodii idoneum belli ducem atque egregium imperatorem sese habere crediderant. verum enimuero sua spe longe frustrati sunt. Nam cum ad res ipsas tamquam ad fornacem accessisset, instar adulterinae monetae longe alius apparuit. quod in ipsis negociorum articulis clarum fuit.

Ὅτι

Ὅτι Ἀρχίας, βουλόμενος τὴν Κύπρον προδοῦναι τῷ Δημητρίῳ, καὶ φωραθεὶς, καὶ εἰς κρίσιν ἀχθεὶς, καλωδίῳ τῶν ἐκ τῆς αὐλαίας * περιπετασμάτων ἑαυτὸν ἀπεκρέμασε. τῷ γὰρ ὄντι διὰ τὰς ἐπιθυμίας κενοὶ κενὰ λογίζονται, κατὰ τὴν παροιμίαν. καὶ γὰρ ἐκεῖνος, δόξας Φ΄ τάλαντα προσλήψεσθαι, καὶ τὰ προϋπάρχοντα χρήματα καὶ τὸ πνεῦμα προσαπέβαλεν.

Ὅτι κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους καὶ Πριηνεῖς ἐνέπεσον παραλόγῳ συμφορᾷ. δεξάμενοι γὰρ παρ' Ὀλοφέρνους, ὅτ' ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς, ἐν παρακαταθήκῃ υ΄ τάλαντα, ἀπῃτοῦντο κατὰ τοὺς ἑξῆς χρόνους ὑπ' Ἀριαράθου, ὅτε μετέλαβε τῆς ἀρχῆς. οἱ μὲν οὖν Πριηνεῖς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὀρθῶς ἵσταντο, φάσκοντες, οὐδενὶ προείσεσθαι τὰ χρήματα, ζῶντος Ὀλοφέρνους, πλὴν αὐτῷ τῷ παραθεμένῳ· ὁ δ' Ἀριαράθης πολλοῖς ἐδόκει παραπίπτειν τοῦ καθήκοντος, ἀπαιτῶν τὴν ἀλλοτρίαν παραθήκην. οὐ μὴν ἀλλ' ἕως μὲν τούτου τάχ' ἄν τις ἔχοι συγγνώμην αὐτῷ καταπειράζοντι, τῷ δοκεῖν τῆς ἐκείνου βασιλείας εἶναι τὰ χρήματα· τὸ δὲ καὶ πορρωτέρω προβαίνειν ὀργῆς καὶ φιλοτιμίας, οὐδαμῶς ἐδόκει γενέσθαι κατὰ λόγον. ** κατὰ δὲ τοὺς νῦν λεγομένους καιροὺς ἐπαποστείλας ἐλεηλάτει τὴν χώραν τῶν Πριηνέων, συνεργοῦντος Ἀττάλου καὶ παροξύνοντος διὰ τὴν ἰδίαν δια-

Archias Cyprum Demetrio prodere cum vellet, deprehenſus, et in iudicium adductus, funiculo veli, quod aulae praetendebatur, ſe ſuſpendit. Reuera enim decepti cupiditatibus homines vani vana agitant, vt eſt in veteri prouerbio. Namque ille quingenta ſe talenta accepturum dum ſperat, et quas antea poſſidebat opes, et praeterea ſpiritum amiſit.

Iisdem temporibus Prienenſes in grauem calamitatem praeter ſpem inciderunt. Nam cum ab Oropherne, quo tempore in Cappadocia regnabat, quadringenta talenta eis commendata eſſent, poſtea Ariarathes, in regnum reſtitutus, eam pecuniam a Prienenſibus repetiit. At Prienenſes meo quidem iudicio recte atque ordine faciebant, cum dicerent, quamdiu Orophernes in viuis eſſet, nemini alteri ſe eam pecuniam reddituros, niſi ipſi, qui eam depoſuerat. Et Ariarathes multum peccare plerisque videbatur, qui alienum depoſitum repeteret. Enimuero hactenus fortaſſe venia dignus fuerit ille, qui periculum faciebat tentabatque id auferre, quod fiſci ipſius eſſe videbatur. At vero iracundia ac pertinacia vlterius ferri, nullatenus rationi conſentaneum poteſt videri. Tamen ille, immiſſis praedatoribus, agrum Prienenſem vaſtare coepit, adiuuante Attalo, et ob ſuam cum Prienen-

I 2 [illegible] φορὰν,

* mſ. παραπετασμένων. Suidas παραπ. ** f. πλὴν κατὰ.

φορὰν, ἣν εἶχε πρὸς τοὺς Πριηνεῖς. πολλῶν δὲ καὶ σωμάτων καὶ θρεμμάτων ἀπολομένων, καὶ πρὸς τῇ πόλει πτωμάτων γενομένων, ἀμύνασθαι μὲν οὐχ οἷοί τ' ἦσαν οἱ Πριηνεῖς, ἐπρέσβευον δὲ καὶ πρὸς Ῥοδίους, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ Ῥωμαίους κατέφυγον. ὁ δὲ οὐ προσεῖχε τοῖς λεγομένοις, καὶ Πριηνεῖς μὲν, μεγάλας ἔχοντες ἐλπίδας ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν χρημάτων, τοῖς ἐναντίοις ἐνεκύρησαν. τῷ μὲν γὰρ Ὀλοφέρνει τὴν παραθήκην ἀπέδωκαν, ὑπὸ δὲ τοῦ βασιλέως Ἀριαράθου ἱκαναῖς τισὶ βλάβαις περιέπεσον ἀδίκως διὰ τὴν παραθήκην. πῶς οὐκ ἂν εἰκότως * δόξοιεν ὑπερβεβηκέναι καὶ ἀπολεληρηκέναι τὸν Βεργαῖον Ἀντιφάνην, καὶ καθόλου μηδενὶ καταλιπεῖν ὑπερβολὴν ἀπονοίας τῶν ἐπιγινομένων.

Ὅτι Προυσίας ὁ βασιλεὺς εἰδεχθὴς ὢν κατὰ τὴν ἔμφασιν, καίπερ ἐκ συλλογισμοῦ βελτίων ὑπάρχων, ἥμισυς ἀνὴρ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας ἀγεννὴς καὶ γυναικώδης. οὐ γὰρ μόνον δειλὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς κακοπαθείας ἀλλότριος, καὶ συλλήβδην ἐκτεθηλυμένος καὶ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι παρ' ὅλον τὸν βίον, ὅπερ ἥκιστα βούλονται περὶ τοὺς βασιλεῖς ὑπάρχειν ἅπαντες μὲν, μάλιστα δὲ τὸ τῶν Βιθυνῶν γένος. πολλὴ δέ τις ἀσέλγεια καὶ περὶ

* mſ. ξοιεν.

ſibus priuatam ſimultatem eum incitante. Porro cum magna caedes hominum ſimul ac pecorum paſſim fieret, et ad ipſas ciuitatis portas quidam trucidarentur, tamen Prienenſes ſuccurrere nequaquam poterant. Igitur cum legationem ad Rhodios miſiſſent, tandem ad praeſidium pop. Rom. confugerunt. Sed Ariarathes cuncta, quae dicerentur, parui faciebat. Ita Prienenſes, qui in tantae pecuniae ſumma magnam ſpem poſuerant, contrarium prorſus euentum ſunt experti. Etenim Oropherni quidem depoſitum fideliter reddiderunt, ſed ab Ariarathe rege male multati ob illud depoſitum grauiſſimis calamitatibus iniuria conflictati ſunt. *Deeſſe videntur nonnulla.* Cui non merito videatur Bergaeum Antiphanem longo interuallo ſuperaſſe, adeo vt nemo vmquam tantam eius veſaniam aequaturus ſit.

Pruſias rex Bithyniae aſpectu erat deformis, tametſi iudicio et ſagacitate haudquaquam ſpernendus. ceterum corporis ſpecie dimidiato homini ſimilis, et ad res bellicas plane ignauus ac mollis. Neque enim ſolum timidus, ſed praeterea laboris impatiens, atque omnino effeminatus in omni vita et animo et corpore erat. Quod genus vitii cum omnes mortales, tum maxime Bithyni in regibus ferre non poſſunt. Idem ingenti libidine

τὰς

τὰς σωματικὰς ἐπιθυμίας αὐτῷ συνεξηκολέθει. παιδείας δὲ καὶ φιλοσοφίας καὶ τῶν ἐν τέτοις θεωρημάτων ἄπειρος εἰς τέλος ἦν, καὶ συλλήβδην τε καλε, ὅ τι ποτέ ἐστιν, ἐδ' ἔννοιαν εἶχε. Σαρδαναπάλλε δὲ βάρβαρον βίον ἔζη καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ. καὶ γὰρ ἐν ἅμα τῷ βραχείας ἐλπίδος τὸ τῶν βασιλευομένων πλῆθος λαβέσθαι, ἀμετάκλητον ὁρμὴν ἔσχεν εἰς τὸ μὴ μόνον ἀλλότρια φρονεῖν τε βασιλέως, ἀλλὰ καὶ τιμωρίαν βέλεσθαι παρ' αὐτε λαμβάνειν.

Ὅτι Μασανάσσης, ὁ ἐν Λιβύῃ τῶν Νομάδων βασιλεὺς, ἀνὴρ ἦν τῶν καθ' ἡμᾶς βασιλέων ἄριστος καὶ μακαριώτατος, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη πλείω τῶν ξ', ὑγιεινότατος ὢν καὶ πολυχρονιώτατος, ϟ' γὰρ ἐτῶν ἐγεγόνει. ἐγίνετο δὲ καὶ δυναμικώτατος τῶν καθ' αὐτὸν κατὰ τὴν σωματικὴν ἕξιν, ὃς, ὅτε * μὲν ἑστάναι δέοι, στὰς ἐν τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσι δι' ἡμέρας ἔμενε, καθεζόμενος ** δὲ πάλιν ἐκ ἠγείρετο. καὶ τὴν ἐπὶ τῶν ἵππων κακοπάθειαν ἡμέραν καὶ νύκτα συνεχῶς διακαρτερῶν, ἐδὲν ἔπασχεν. σημεῖον δὲ τῆς σωματικῆς αὐτε δυνάμεως· ἔχων ϟ'. ἔτη, καθ' ὃν καιρὸν μετήλλαξε τὸν βίον, υἱὸν ἀπέλιπε τεττάρων ἐτῶν, ὄνομα Στέμβανον, ὃν μετὰ ταῦτα Μικίψης υἱοποιήσατο, πρὸς δὲ τέτῳ υἱὲς τέσσαρας. διὰ δὲ τὴν πρὸς ἀλλήλες τέτων εὔνοιαν, διετή-

ad omnes corporis voluptates ardebat. Diſciplinarum autem liberalium ac philoſophiae atque huiusmodi ſermonum prorſus expers. Denique virtutis atque honeſti ne ſenſum quidem vllum habebat; ſed interdiu noctuque Sardanapalli cuiusdam vitam ducebat. Quamobrem ſimulac vel minima ſpes multitudini affulſit Bithynorum, omnes impetu effuſo non ad defectionem modo, ſed ad poenas etiam de rege ſumendas ferri coepere.

Maſiniſſa, Numidarum in Africa rex, vir fuit noſtra aetate regum optimus, et fortunatiſſimus, qui annis plus quam ſexaginta regnum tenuit, optima valetudine ac longiſſima vita. Etenim ad annum vsque nonageſimum vixit. Idem omnium aetatis ſuae hominum robuſtiſſimo corporis habitu fuit. quippe vbi ſtandum eſſet, in iisdem veſtigiis totum diem perſtabat, contra ſedens in ſella, non ante veſperam exurgebat. Iam vero laborem in equitando dies noctesque fortiter tolerans, nullo incommodo vexabatur. Argumento eius vigoris ſit, quod nonaginta annos natus, cum ex vita deceſſit, quadriennem filium reliquit, nomine Stembalem, qui poſtea a Micipſa eſt adoptatus, ac praeterea liberos quatuor. Quorum mutua concordia ac beneuolentia regnum ſuum, quoad

* mſ. μεταστῆναι. ** addidi ex coniect.

διετήρησε τὸν ὅλον βίον πάσης ἐπιβȣλῆς καὶ παντὸς οἰκείȣ μιάσματος ἄμοιρον αὐτȣ͂ γενέσθαι τὴν βασιλείαν. τὸ δὲ μέγιστον καὶ θειότατον τȣ́τȣ. τῆς γὰρ Νομαδίας ἁπάσης ἀχρήςȣ τὸν προτȣ͂ χρόνον ὑπαρχȣ́σης, καὶ νομιζομένης ἀδυνάτȣ τῇ φύσει πρὸς ἡμέρȣς καρπȣ̀ς ὑπάρχειν, πρῶτος καὶ μόνος ὑπέδειξε, διότι δύναται πάντας ἐκφέρειν τȣ̀ς ἡμέρȣς καρπȣ̀ς, ȣ̓δ' ὁποίας ἧττον, ἑκάςῳ τῶν καρπῶν ἐν διαςάσει μυριοπληθεῖς ἀγρȣ̀ς κατασκευάσας παμφόρȣς. τῇ μὲν ȣ͂ν ἐκείνȣ μεταςάσει ταῦτ' ἄν τις εὐλόγως ἐπιφθέγξαιτο καὶ δικαίως. ὁ δὲ Σκιπίων παραγενάμενος εἰς τὴν * Κίρταν ἡμέρᾳ τρίτῃ μετὰ τὸν τȣ͂ βασιλέως θάνατον, διῴκησε καλῶς πάντα.

vixit, infidiarum omnisque domeftici piaculi expers praeftitit. quodque praecipuum eft ac pene diuinum, cum omnis Numidia antea temporis infructuofa effet, nec gignendis fructibus vllatenus idonea effe crederetur, ipfe primus ac folus demonftrauit, nullum effe fructum, quem producere illa non poffet eadem fertilitate, qua ceterae regiones, cum ipfe agros innumerabiles fingulis fructuum generibus per interualla confitos feraciffimos reddidiffet. Huic igitur mortuo eam laudem iure merito quis accinat. At Scipio tertio poft Mafiniffae obitum die Cirtam delatus, cuncta prudentiffime conftituit.

Ὅτι Ἀσδρȣ́βας, ὁ ςρατηγὸς Καρχηδονίων, κενόδοξος ἦν καὶ ἀλαζὼν, καὶ πολὺ κεχωρισμένος τῆς πραγματικῆς καὶ ςρατηγικῆς δυνάμεως. πολλὰ δὲ εἰσὶ σημεῖα τῆς ἀκρισίας αὐτȣ͂. πρῶτον μὲν γὰρ παρῆν ἐν πανοπλίᾳ, ἡνίκα Γολασσῇ συνεγίνετο, τῷ τῶν Νομάδων βασιλεῖ, πορφυρίδα θαλαττίαν ἐπιπεπορπημένος, μετὰ μαχαιροφόρων δέκα. ἔπειτα προβὰς ἀπὸ τῶν δέκα ἔςον εἴκοσι πόδας ἀπέςη, καὶ προβεβλημένος τάφρον καὶ χάρακα, κατένευε τῷ βασιλεῖ προϊέναι πρὸς αὐτὸν, καθῆκον γίνεσθαι τȣ̓ναντίον. ȣ̓ μὴν ἀλλ' ὁ Γολοσσῆς, ἀφελῶς ἔχων Νομαδικῷ τινὶ τρόπῳ, μόνος προσήει πρὸς

Hasdrubal, Carthaginenfium praefectus, ingenio erat vano et iactabundo, fed in rebus gerendis ab imperatoria virtute longe aberat. Vanitatis autem illius argumenta fuperfunt multa. Primum enim cum Guluffa, rege Numidarum, colloquium habiturus, lorica ac reliquis tectus armis acceffit, chlamydem ex purpura Tyria geftans, fibula adftrictam, ftipatusque decem machaerophoris. Deinde a fatellitio progreffus viginti fere pedum fpatio, vallo ac foffa munitus, regi per nutum fignificauit, vt ad fe accederet, cum tamen contrarium fieri debuiffet. Sed Guluffa, vt erat fimplici ingenio, more gentis Numidarum, folus ad eum ac-

* mſ. σκίρτ.

πρὸς αὐτὸν, καὶ προσεγγίσας * εἴρετο, τίνα φοβούμενος τὴν πανοπλίαν ἔχων ἥκει. τοῦ δ' εἰπόντος, ὅτι Ῥωμαίους, οὐκ ἂν ἄρ', ἔφησεν ὁ Γολόσσης, ἔδωκας σαυτὸν εἰς τὴν πόλιν, μηδεμίαν ἔχων ἀνάγκην. πλὴν τί βούλῃ καὶ τί παρακαλεῖς; φησίν. ὁ δ' Ἀσδρούβας, ἐγώ, φησι, πρεσβευτήν σε παρακαλῶ γενέσθαι πρὸς τὸν στρατηγὸν, καὶ πᾶν ἀναδέχεσθαι, διότι ποιήσομεν τὸ προσταττόμενον, μόνον ** ἀποσχέσθαι τῆς ταλαιπώρου πόλεως ταύτης. καὶ ὁ Γολόσσης, παιδικὴν δοκεῖς μοι, φησὶν, ἀξίωσιν ἀξιοῦν, ὦ βέλτιστε. ὑπὲρ ὧν γὰρ ἐξ ἀκεραίου πρεσβευόμενοι, ἔτι καθημένων ἐν Ἰτύκῃ Ῥωμαίων, οὐκ ἐδύνασθε πείθειν, τίνι λόγῳ νῦν ἀξιοῖς ταῦτά σοι συγχωρεῖσθαι, περιτετειχισμένος καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ σχεδὸν ἅπαξ ἀπεγνωκὼς τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας. ὁ δ' Ἀσδρούβας ἀγνοεῖν αὐτὸν ἔφη. καὶ γὰρ ἐπὶ τοῖς ἔξωθεν συμμάχοις ἀκμὴν καλὰς ἐλπίδας ἔχειν, οὐ γάρ πω τὰ περὶ τοὺς Μαυρουσίους ἠκηκόει, καὶ τὰ περὶ τῶν ὑπαίθρων δυνάμεων, ὅτι σώζονται, καὶ οὐκ ἀπελπίζειν τὰ κατ' αὐτοὺς, μάλιστα δὲ πεποιθέναι τῇ τῶν θεῶν συμμαχίᾳ καὶ ταῖς ἐν ἐκείνοις ἐλπίσιν. οὐ γὰρ περιόψεσθαι σφᾶς προφανῶς παρασπονδουμένους, ἀλλὰ πολλὰς δώσειν ἀφορμὰς πρὸς σωτηρίαν. διὸ παρακα-

ceſſit. Cumque appropinquaſſet, interrogauit, cuiusnam metu thorace omnibusque armis contectus veniſſet. Ille cum Romanos metuere ſe dixiſſet: ſi ita eſſet, inquit Guluſſa, numquam te in vrbem incluſiſſes, nulla praeſertim neceſſitate impulſus. verum agedum, quid eſt quod poſtulas? Ego vero, ait Hasdrubal, a te peto, vt apud imperatorem Romanum legationem obire velis, ac ſpondere, nos imperata eſſe facturos: tantum vt ab hac miſera ciuitate abſtineat. At Guluſſa, puerile, inquit, videtur eſſe, quod flagitas, vir bone. Quae enim rebus adhuc integris, legatione miſſa, ſedentibus etiam tum Vticae Romanis, impetrare non potuiſtis, qua nunc ratione adductus tibi concedi poſtulas, cum vndique terra ac mari operibus circumdatus, nulla propemodum ſalutis reliqua ſpe, teneare. Hasdrubal vero falli eum reſpondit. nam et foris ſociorum auxiliis plurimum ſe confidere, (quippe nondum audierat ea, quae in Mauritania euenerant) et copias ſuas, quae regioni praeſiderent, adhuc ſaluas eſſe. neque porro ſeipſos de rebus ſuis deſperare, maxime vero in ope deorum immortalium ſpem habere. Non enim ſuam ipſorum iniuriam ab diis neglectum iri, qui aperte contra foederis leges violarentur, ſed multas ad ſalutem opportunitates ſibi oblaturos deos

* Suidas ἤρετο. ** ἐθε mſ.

λεῖν ἠξίου τὸν στρατηγὸν, καὶ τῶν θεῶν ἕνεκεν καὶ τῆς τύχης φείσασθαι τῆς πόλεως, εἰδότα σαφῶς, διότι μὴ δυνάμενοι τυχεῖν τούτου κατασφαγήσονται πρότερον, ἢ παραχωρήσουσι ταύτης. τότε μὲν οὖν ταῦτα καὶ παραπλήσια διαλεχθέντες ἐχωρίσθησαν, ταξάμενοι μετὰ τρίτην ἡμέραν πάλιν συμπορεύεσθαι. τοῦ δὲ Γολόσσου μεταδόντος τῷ στρατηγῷ περὶ τῶν εἰρημένων, γελάσας ὁ Πόπλιος, ταῦτα μέλλων ἀξιοῦν, ἔφη, τοιαύτην καὶ τηλικαύτην ἀσέβειαν εἰς τοὺς αἰχμαλώτους ἡμῶν ἐνεδείξω, καὶ νῦν ἐπὶ τοῖς θεοῖς τὰς ἐλπίδας * ἔχεις, παραβεβηκὼς (** τοὺς θείους) καὶ τοὺς τῶν ἀνθρώπων νόμους. τοῦ δὲ βασιλέως βουλομένου τι προσυπομιμνήσκειν τὸν Σκιπίωνα, καὶ μάλιστα, διότι συντελεῖ ἐπιτίθεσθαι τοῖς πράγμασι, χωρὶς γὰρ τῶν ἀδήλων καὶ τὴν κατάστασιν τῶν ὑπάτων ἤδη συνεγγίζειν, ἧς δεῖν, ἔφη, στοχάζεσθαι, μὴ, τοῦ χειμῶνος προκαταλαβόντος, ἐπελθὼν ἕτερος ἀκονιτὶ λάβῃ τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ἐκείνου πόνων· καὶ δὴ τούτων λεγομένων ἐπιστήσας ὁ στρατηγὸς ἐκέλευσεν ἀναγγέλλειν, διότι δίδωσι τὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ καὶ γυναικὶ, καὶ τέκνοις, καὶ δέκα τῶν συγγενῶν φίλων οἰκίαις, σὺν δὲ τούτοις δέκα τάλαντα λαβεῖν ἐκ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων, καὶ τῶν οἰκετῶν ἓξ ἀνάγκης, οὓς ἂν αἱρεῖται. ταῦτα μὲν οὖν ὁ Γολόσσης

eſſe. Proinde rogabat, vt imperatorem moneret, deorum ac fortunae cauſſa ciuitati parcere vt vellet, et pro certo haberet, ni id impetrarint, prius omnes mactandos eſſe, quam deditionem facturos. His tum ac ſimilibus dictis e colloquio diſceſſerunt, conſtituto rurſus in perendinum diem congreſſu. Porro cum Guluſſa ſermones vtrimque habitos imperatori renunciaſſet, ſubridens Scipio, haeccine, inquit, poſtulaturus tali tantaque impietate in captiuos es noſtros vſus, et nunc in deorum ope ſpem poſitam habes, quum diuina et humana iura violaris? Inde rex Scipionem admonere cum inſtitiſſet, vtile eſſe ipſius rationibus, finem bello imponere, nam praeter incertos caſus martemque communem comitia quoque conſularia proſpiciendum eſſe, ne appetente hyeme ſuperueniens alter titulum ac lauream ipſius laborum ſine ſudore interciperet, haec cum animaduerteret Scipio, Guluſſam id Hasdrubali renunciare iuſſit, ipſi vxorique ac liberis et propinquorum amicorumque familiabus decem veniam ac ſecuritatem Scipionem concedere: praeterea decem talenta vt ex bonis ſuis capiat, ac ſeruos ſex, quos ex omni familia elegerit. His mandatis ſatis humanis Guluſſa tertio die ad

ἔχειν

* mſ. ἔχειν. ** addidi ex coniect.

ἔχων τὰ φιλάνθρωπα, συνῄει πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν. ὁ δὲ πάλιν ἐξεπορεύετο μετὰ μεγάλης ἀξίας ἐν τῇ πορφυρίδι καὶ τῇ πανοπλίᾳ βάδην, ὥστε τοὺς ἐν ταῖς τραγῳδίαις τυράννους πολύ τι προσοφείλειν. ἦν μὲν οὖν καὶ φύσει σάρκινος, τότε δὲ * κοιλίαν εἰλήφει, καὶ τῷ χρώματι παρὰ φύσιν ἐπικεκαυμένος ἦν, ὥστε δοκεῖν ἐν πανηγύρει που διαιτᾶσθαι παραπλησίως τοῖς σιτευτοῖς βουσὶν, ἀλλὰ μὴ τηλικούτων καὶ τοιούτων κακῶν προστατεῖν, ὧν οὐδ' ἂν ἐφίκοιτο τῷ λόγῳ διεξιὼν οὐδείς. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ συνῆλθε τῷ βασιλεῖ, καὶ διήκουσε τῶν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ προτεινομένων, πολλάκις τὸν μηρὸν πατάξας, τοὺς θεοὺς καὶ τὴν τύχην ἐπικαλεσάμενος, οὐδέποτε ταύτην ἔσεσθαι τὴν ἡμέραν ἔφασκεν, ἐν ᾗ συμβήσεται τὸν ἥλιον Ἀσδρούβαν βλέπειν ἅμα καὶ τὴν πατρίδα πυρπολουμένην. καλὸν γὰρ ἐντάφιον εἶναι τοῖς εὖ φρονοῦσι τὴν πατρίδα καὶ τὸ ταύτης πῦρ· ὥσθ', ὅταν μὲν εἰς τὰς ἀποφάσεις αὐτοῦ τις βλέψειε, θαυμάζειν τὸν ἄνδρα καὶ τὸ μεγαλόψυχον τῶν λόγων· ὅτε δ' εἰς τὸν χειρισμὸν τῶν πραγμάτων, τὴν ἀγεννίαν καταπλήττεσθαι καὶ τὴν ἀνανδρίαν, ὃς πρῶτον μὲν, τῶν ἄλλων πολιτῶν διαφθειρομένων ὁλοσχερῶς ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, πότους αὐτὸς συνῆγε καὶ δευτέρας τραπέζας παρε-

condictum cum Hasdrubale colloquium venit. At ille, paludamento purpureo armisque omnibus ornatus, cum magno apparatu lentoque greſſu rurſus adfuit, prorſus vt tyrannos, qui in tragoediis ſpectantur, longe ab ea pompa abeſſe diceres. Erat quidem ille natura obeſus, tum vero ventrem ſagina probe ſuffarſerat, et colore praeter naturam erat aduſto atque fuſco, vt in mercatu alicubi degere videretur inſtar ſaginatorum boum, non ciuitatem regere tot ac tantis circumdatam calamitatibus, vt eas nemo ſatis exprimere oratione poſſit. Ceterum congreſſus cum Guluſſa, et auditis conditionibus, quae ipſi ab imperatore Romano offerebantur, femur identidem percutiens, deorumque ac fortunae inuocans fidem, numquam eum diem affore dixit, quo Hasdrubalem ſtantem atque euerſam Carthaginem vna ſol videat. patriae enim conflagrantis ruinam prudentibus viris pulcherrimum rogi ornamentum eſſe. Quocirca quoties illius dicta quis ſpectauerit, mirabitur hominem, orationisque pondus et grauitatem obſtupeſcet. Quod ſi illius in republica adminiſtranda rationem intuebitur, idem hominis ignauiam ac molſitiem profecto mirabitur. Qui primum quidem, reliquis ciuibus fame funditus pereuntibus, ipſe conuiuia agitabat, et ſe-

* ex Suida correxi mſ. καὶ λίαν.

τίθετο πολυτελεῖς, καὶ διὰ τῆς ἰδίας εὐεξίας παρεδειγμάτιζε τὴν ἐκείνων ἀτυχίαν. ἄπιστον μὲν γὰρ ἦν τὸ τῶν ἀποθνησκόντων πλῆθος· ἄπιστον δὲ τὸ τῶν αὐτομολούντων καθ' ἡμέραν διὰ τὸν λιμόν. ἔπειτα τοὺς μὲν διαχλευάζων, οἷς δ' ἐνυβρίζων καὶ φονεύων κατεπλήττετο τοὺς πολλούς, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ συνεῖχε τὴν ἐξουσίαν, ᾗ μόλις ἂν χρήσαιτο τύραννος ἐν εὐτυχούσῃ πόλει, καὶ δυστυχηκυίᾳ πατρίδι. διὸ καὶ λίαν δοκῶ καλῶς ἡμῖν εἰρῆσθαι, διότι προστάτας πραγμάτων ὁμοιοτέρους τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι τότε καὶ παρὰ τοῖς Καρχηδονίοις ὑπάρξαντας οὐκ ἂν εὕροι τις ῥαδίως. τοῦτο δ' ἔσται δῆλον, ὅταν ἐκ παραθέσεως τὸν * περὶ ἐκείνων ποιησόμεθα λόγον.

Ὅτι Πυθέας ἦν μὲν ἀδελφὸς Ἀκατίδου τοῦ σταδιέως, υἱὸς δὲ Κλεομένους· κακῶς δὲ βεβιωκώς, καὶ δοκῶν ἑαυτῷ παρακεχωρῆσθαι τὴν πρώτην ἡλικίαν. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν πολιτείαν θρασὺς καὶ πλεονέκτης, καὶ δι' Εὐμένους καὶ Φιλεταίρου σωματοποιησάμενος τὰς προειρημένας αἰτίας.

Ὅτι τοῦ Κριτολάου τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀχαιῶν μετηλλαχότος, καὶ τοῦ νόμου κελεύοντος, ἐπὰν συμβῇ τι περὶ τὸν ἐνεστῶτα στρατηγόν, τὸν προγεγονότα διαδέχεσθαι τὴν ἀρχήν, ἕως ἂν καθήκουσα σύνοδος γένηται τῶν Ἀχαιῶν, ἐπέβαλε τῷ Διαίῳ χειρίζειν καὶ προεστάναι τῶν κοινῶν πραγ-

cundas menſas opipare inſtructas apponebat, ſuaeque cutis nitore ac pinguedine aliorum calamitatem traducebat. Eorum enim, qui quotidie prae fame aut peribant, aut transfugiebant, numerus credi vix poteſt. Deinde aliis illudebat, alios contumelia afficiebat, caedes etiam faciendo plurimis terrori erat. Huiusmodi artibus poteſtatem eam retinuit, qua vix vllus in ciuitate fortunata aut infortunata in patria tyrannus vteretur. Quamobrem non ſine cauſſa dixiſſe mihi videor, reipublicae principes ſimiliores iis, qui tum et Carthagine et in Graecia fuerunt, haud facile poſſe reperiri. Id vero aliquanto clarius erit, cum vtrosque inuicem comparabimus.

Erat Pytheas Acatidis ſtadiodromi frater, filius vero Cleomenis. qui cum nequiter vixiſſet, primam illam aetatem ſibi condonatam eſſe exiſtimabat. Eadem audacia et cupiditate in republica gerenda eſt vſus, quae vitia Eumenis et Philetaeri fauore et gratia aluit.

Mortuo Critolao, praetore Achaeorum, cum legibus ſtatutum eſſet, ſi quid humanitus praetori huius anni accidiſſet, vt is, qui priore anno praetor fuiſſet, in eius locum eſſet ſubſtitutus, donec ſolennis comitiorum dies veniſſet, cura et adminiſtratio reipublicae ad Diaeum pertinebat. Is

πραγ-

* mſ. ὑπὲρ ἐκποιώμεθα.

πραγμάτων. διόπερ ἐκπέμψας εἰς τὰ Μέγαρα, καὶ παραγενόμενος εἰς Ἄργος, ἔγραψε ταῖς πόλεσι πάσαις, τῶν οἰκογενῶν καὶ παρατρόφων τοὺς ἀκμάζοντας ταῖς ἡλικίαις εἰς μυρίους καὶ δισχιλίους ἐλευθεροῦν, καὶ καθοπλίσαντας πέμπειν εἰς τὴν Κόρινθον. ἐμέρισε δὲ ταῖς πόλεσι τὴν ἐπιβολὴν τῶν σωμάτων εἰκῆ καὶ ἀνίσως, καθάπερ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἔπραττεν. οἷς δ' ἂν ἐλλείπῃ τὸ τῶν παρατρόφων πλῆθος, ἀναπληροῦν ἔδει τὴν ἑκάστοις καθήκουσαν μοῖραν ἐκ τῶν ἄλλων οἰκετῶν. θεωρῶν δὲ τὴν ἀπορίαν τὴν ἐν τοῖς κοινοῖς ἰσχυρὰν οὖσαν διὰ τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους γεγονότα πόλεμον, ἐπαγγελίας ποιεῖσθαι συνηνάγκαζε, καὶ κατ' ἰδίαν εἰσφέρειν τοὺς εὐπόρους, οὐ μόνον τοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ τὰς γυναῖκας. ἅμα δὲ τούτοις παρήγγειλε, πανδημεὶ τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις ἀθροίζεσθαι μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν Κόρινθον. ἐξ ὧν συνέβαινε γίνεσθαι τὰς πόλεις πλήρεις ἀκρισίας, ταραχῆς, δυσθυμίας. καὶ τοὺς μὲν ἀπολωλότας ἐπῄνουν, τοὺς δ' ἐκπορευομένους ἠλέουν, καὶ προσκατεκλαίοντο πάντες ὡσανεὶ προορώμενοι τὸ μέλλον, τὴν δὲ τῶν οἰκετῶν ἀνάστασιν καὶ τὸν ἐπισυρμὸν βαρέως ἔφερον, ὡς ἂν τῶν μὲν ἠλευθερωμένων ἄρτι, τῶν δὲ λοιπῶν πρὸς τὴν ἐλπίδα ταύτην μεμετεωρισμένων. ἅμα δὲ τούτοις οἱ μὲν ἄνδρες εἰσφέρειν ἠναγκάζοντο παρὰ τὴν αὐτῶν προαίρεσιν, ὅ τι τις ἔχειν

igitur cum praesidium militum ad oppidum Megara misisset, Argos ingressus, litteras ad omnes Graeciae ciuitates dedit, quibus mandabat, vt ex vernis atque alumnis aetate florentissimos ad duodecim hominum millia manumitterent, armisque instructos Corinthum destinarent. Hanc tyronum praestationem temere et inaequaliter, qui illius mos erat, singulis vrbibus indixit. Quibus vero alumnorum numerus deerat, ii ex aliis quibuslibet seruis functionem suam implere iubebantur. Sed cum publicam inopiam videret ob bellum, quod cum Lacedaemoniis nuper gestum erat: locupletissimos cum viros, tum mulieres eam collationem polliceri ac praestare priuatim coegit, simulque edixit, vt omnes puberes armati Corinthum conuenirent. Proinde per omnes passim ciuitates iustitium ac tumultus et desperatio animorum erat, cunctique eos, qui in bello ceciderant, beatos praedicabant, horum, qui proficiscebantur, vicem dolebant, et quasi euentum animo praesagientes vniuersi in gemitus effundebantur. Porro abductionem illam seruorum moleste ferebant, cum hos quidem recens manumissos viderent, reliquos vero eadem spe libertatis arrectos atque inflatos. Praeterea viri quidem opes omnes suas conferre inuiti adigebantur; matres autem familias demptum

δόξειεν,

δόξειεν, αἱ δὲ γυναῖκες, ἀφαιρέμεναι σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἰδίων τέκνων τὸν κόσμον, ὥσπερ ἐπίτηδες εἰς αὐτὸν τὸν ὄλεθρον εἰσέφερον. ἁπάντων δὲ τέτων ἐν ἑνὶ καιρῷ συμβαινόντων, ἡ τῶν κατὰ μέρος ἀεὶ προσπιπτόντων κατάπληξις ἀφῃρεῖτο τῶν ἀνθρώπων τὴν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἐπίϛασιν καὶ διάληψιν, δι᾽ ἧς ἔμελλον προνοεῖσθαι, ὅτι πάντες εἰς πρόδηλον ὄλεθρον ἄγονται μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν. λοιπὸν, οἷον ὑπὸ χειμάῤῥε τινὸς λάβρε προωθέμενοι καὶ φερόμενοι μετὰ βίας, ἐπηκολέθεν τῇ τε προεϛῶτος ἀνοίᾳ καὶ παρακοπῇ. Ἠλεῖοι μὲν γὰρ καὶ Μεσσήνιοι κατὰ χώραν ἔμειναν, προσδοκῶντες τὸν ἀπὸ τε ϛόλε κίνδυνον, ὃς ἐδὲν ἂν τῶν παρόντων ὤνησεν, εἴπερ ἐφάνη τὸ νέφος ἐκεῖνο κατὰ τὴν ἐξαρχῆς πρόθεσιν. Πατρεῖς δὲ καὶ τὸ μετὰ τέτων συντελικὸν βραχεῖ χρόνῳ πρότερον ἐπταίκει κατὰ τὴν Φωκίδα, καὶ ἦν τὰ συμβαῖνον πολλῷ τῶν κατὰ Πελοπόννησον ἐλεεινότερον. οἱ μὲν γὰρ ἐκ τε ζῆν παραλόγως αὐτὲς ἐξῆγον, οἱ δὲ ἔφευγον ἐκ τῶν πόλεων, ἀνοδίαις πρὸς ἐδὲν ὡρισμένον ποιέμενοι τὴν ἀναχώρησιν, διὰ τὴν ἔκπληξιν τῶν γινομένων ἐν ταῖς πόλεσι. καὶ οἱ μὲν ἦγον ἐκδώσοντες ἀλλήλες τοῖς πολεμίοις, ὡς ἀλλοτρίες γεγονότας Ῥωμαίων, οἱ δὲ ἐμήνυον καὶ κατηγόρεν τῶν πέλας, ἐδενὸς ἐπιζητἔντος κατὰ τὸ παρὸν τὴν τοιαύτην χρείαν, οἱ δὲ μεθ᾽ ἱκετη-

ſibi ac liberis ſuis ornatum quaſi de induſtria in peſtem ac perniciem ſuam conferebant. Quae cum ſimul omnia fierent, horror eorum, quae quotidie ſingillatim accidebant, ſenſum ac cogitationem de ipſa rerum ſumma hominibus adimebat. qua quidem cogitatione facile proſpicere potuiſſent, ſeſe omnes cum vxoribus ac liberis in perniitiem certiſſimam praecipites trahi. Ceterum quaſi torrentis cuiusdam impetu abrepti, et violenter impulſi, ductoris dementiam ac veſaniam ſequebantur. Elidenſes quidem ac Meſſenii, domi ſedentes, claſſis Romanae aduentum pauidi expectabant, quibus nulla res tum ſaluti eſſe potuiſſet, ſi ea procella, quo ab initio tendebat, eo incubuiſſet. Patrenſes vero cum iis, qui eadem formula cenſebantur, paullo antea in Phocide clade affecti fuerant, eratque eorum caſus omnium Peloponneſiorum maxime miſerabilis. alii enim absque cauſſa mortem ſibi conſciſcebant, alii e patria fugientes temere vagabantur, quo tenderent incerti, metu eorum, quae in ciuitatibus gerebantur. Hi ſeſe inuicem in manus hoſtium tradebant, tamquam Romanorum partibus aduerſatos. Illi deferebant accuſabantque proximos, cum eiusmodi operam nemo tum ab eis requireret. Nonnulli velamenta ſupplicum prae[illegible] ntes, foedus abs ſe violatum eſſe vltro fa-

ἱκετηρίας ἀπήντων, ὁμολογοῦντες παρεσπονδηκέναι, καὶ πυνθανόμενοι τί δεῖ πάσχειν, μηδέπω μηδενὸς ἐπιζητοῦντος λόγον ὑπὲρ τούτων. πάντα δ' ἦν πλήρη ἀρχομένης * Φαρμακείας τῶν ῥιπτούντων ἑαυτοὺς εἰς τὰ Φρέατα καὶ κατὰ κρημνῶν, ὥστε κατὰ τὴν παροιμίαν κἂν ἐχθρὸν ἐλεῆσαι θεασάμενον τὴν τότε περιπέτειαν τῆς Ἑλλάδος. τὸν μὲν γὰρ προτοῦ χρόνον ἐσφάλλοντο, καὶ τοῖς ὅλοις ἔπταιον ἐνίοτε, ποτὲ μὲν ὑπὸ πραγμάτων διαφερόμενοι, ποτὲ δὲ παρασπονδούμενοι διὰ τῶν μοναρχῶν· κατὰ δὲ τοὺς νῦν λεγομένους καιροὺς ἠτύχησαν ἀτυχίαν ὁμολογουμένην, διὰ τὴν τῶν προεστώτων ἀβουλίαν καὶ διὰ τὴν ἰδίαν ἄνοιαν. οἱ δὲ Θηβαῖοι ἐκλιπόντες πανδημεὶ τὴν πόλιν ἔρημον τελέως κατέλιπον, ἐν οἷς καὶ Πυθέας εἰς Πελοπόννησον ἀποχωρήσας μετὰ γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων ἠλᾶτο κατὰ τῆς χώρας.

Ὅτι τοῦ Διαίου παρόντος εἰς τὴν Κόρινθον, καθεσταμένου στρατηγοῦ διὰ τῶν πολλῶν, ἧκον οἱ περὶ τὸν Ἀνδρωνίδαν παρὰ τοῦ Καικιλίου. καθ' ὧν προδιαδοὺς τὴν φήμην, ὡς συμφρονούντων τοῖς ἐχθροῖς, ** παρέβαλε τοὺς ἀνθρώπους τοῖς ὄχλοις, ὥστε μετὰ πάσης ὕβρεως συλληφθέντας ἀναχθῆναι δεδεμένους. ἧκε δὲ καὶ Φίλων ὁ Θετταλός, πολλὰ φιλάνθρωπα τοῖς Ἀχαιοῖς προ-

tebantur, et quam poenam commeruiſſent interrogabant, cum nemo eſſet, qui rationem horum adhuc poſtularet. Iamque hominibus quaſi malo carmine incantatis, plena erant omnia eorum, qui ſe in puteos ac per ſcopulos praecipitabant, prorſus vt hoſtis etiam, quod prouerbio dicitur, caſum Graeciae tum miſeratus fuiſſet. Nam ſuperiori quidem memoria Graeci aliquot clades experti, nonnumquam etiam funditus collapſi ſunt, nunc ob mutuas inter ſe diſſenſiones, nunc regum perfidia decepti: ſed tunc temporis ex ducum temeritate, ſuaque ipſorum imprudentia maximis calamitatibus conflictati ſunt. Ipſi etiam Thebani, e patria fugientes, ciuitatem prorſus vacuam reliquerunt. Inter quos et Pytheas, cum omni familia in Peloponneſum transgreſſus, hac illac palabundus per regionem errabat.

Cum Diaeus praetor a plebe conſtitutus Corinthum veniſſet, Andronidas, a Q. Caecilio Metello miſſus, cum aliquot aliis acceſſit. Sed Diaeus ante eorum aduentum cum famam praeſeminaſſet, hoſtibus illos fauere, multitudini cunctos tradidit. Itaque comprehenſi vinctique cum omni contumelia perducti ſunt. Philo etiam Theſſalus tum aduenit, benignas Achaeis condi-

τείνων.

* Suidas in Φαρμακεία et in περιπέτεια. ** Suidas in παρέβαλε.

τείνων. ὧν ἀκούοντες συνέπραξάν τινες τῶν ἐκ τῆς χώρας, ἐν οἷς ἦν καὶ Στράττιος ἤδη γηραιὸς ὤν, ὃς ἐμπλεκόμενος καὶ λιπαρῶν ἐδεῖτο τοῦ Διαίου, πεισθῆναι τοῖς ὑπὸ τοῦ Καικιλίου προτεινομένοις. οἱ δὲ συνεδρεύσαντες τοῖς μὲν ὑπὸ τοῦ Φίλωνος λεγομένοις οὐ προσεῖχον. οὐκ ἐνόμισαν γὰρ, κοινὴν εἶναι τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ διὰ τὸ σφέτερον συμφέρον καὶ τὴν αὑτῶν ἀσφάλειαν ἐν πλείστῳ τιθεμένων ταῦτα λέγειν. πρὸς τοῦτον τὸν σκοπὸν ἐβουλεύσαντο περὶ τῶν ἐνεστώτων. * εἰ καὶ πάντων ἅμα διήμαρτον. σαφῶς γὰρ σφίσι τὰ πεπραγμένα συνειδότες οὐδαμῶς ἐδύναντο πιστεῦσαι, διότι τύχοιεν ἄν τινος ἐλέου παρὰ Ῥωμαίων. τὸ δ' ὑπὲρ τῶν πραγμάτων καὶ τῆς τῶν πολλῶν σωτηρίας παθεῖν, ὅ τι δέοι, γενναίως οὐδ' ἐν νῷ καθάπαξ ἐλάμβανον, ὅπερ ἦν ἀνδρῶν φιλοδόξων καὶ προστατεῖν φασκόντων τῆς Ἑλλάδος. ἅμα γὰρ πῶς ἔμελε καὶ πόθεν παραστήσεσθαι τοῦτο τὸ φρόνημα τοῖς προειρημένοις; ἦσαν γὰρ οἱ ** βουλευόμενοι Δίαιος καὶ Δαμόκριτος, ἄρτι τῆς καθόδου τετευχότες, διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀκρισίαν, σὺν δὲ τούτοις Ἀλκαμένης, Θεοδέκτης, Ἀρχικράτης. ὑπὲρ ὧν, τίνες ἦσαν, καὶ τίνα φύσιν ἕκαστος εἶχε, καὶ τίνα προαίρεσιν καὶ βίον, εἴρηται διὰ πλειόνων. ὅθεν ἐν τοιούτοις ὄντος

tiones ferens. quibus auditis nonnulli aſſenſum praebebant, inter quos et Strattius erat iam affecta aetate, qui Diaeum amplexus blanditusque orabat, vt pacis conditiones a Caecilio oblatas acciperet. Sed ſenatores nihil Philonis ſermonibus commouebantur, quippe qui exiſtimarent, haudquaquam communem omnium ſalutem ſpectari, ſed vtilitatis atque incolumitatis propriae cauſſa haec ab iis proponi. Huiusmodi opinione praeuenti, conſilium de ſumma republica inierunt, quo fit, vt omni parte aberrauerint. Conſcii enim ſibi ipſi facinorum ſuorum numquam in animum inducere poterant, fore vt Romani ipſos miſeratione ac venia proſequerentur. Fortiter vero pro republica omnes caſus tolerare, nullumque periculum pro communi ſalute detrectare, vt viros decebat gloriae cupidos, qui ſe principes ac moderatores Graeciae ferebant, id vero ne in mentem quidem ipſis veniebat. Quo enim pacto, aut vnde demum eiusmodi magnitudo animi antedictis hominibus accidere potuiſſet? Etenim principes tum in concilio ſedebant Diaeus atque Damocritus, nuper ab exilio reuocati ob publicam temporum perturbationem, cumque his Alcamenes, Theodectes, et Archicrates, quorum hominum quae indoles ac natura fuerit, quaeque inſtituta vitae

* leg. ἢ. ** mſ. βουλόμενοι.

ὕντος τῆ διαβουλίου, καὶ τὸ τέλος ἀκόλουθον ἐξέβη τῶν δοξάντων. παραυτίκα μὲν οὖν συνέκλεισαν οὐ μόνον τοὺς περὶ τὸν Ἀνδρωνίδαν καὶ Λάγιον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὑποστρατηγὸν Σωσικράτη, ἐπενέγκαντες αἰτίαν, ὅτι προεστάτησαι τῆ διαβουλίου, καὶ συναποφῆναι τὸ πέμπειν πρὸς τὸν Καικίλιον, καὶ συλλήβδην πάντων εἴη τῶν κακῶν αἴτιος. ἐς δὲ τὴν ἐπαύριον καθίσαντες δικαστὰς, τοῦ μὲν Σωσικράτους κατεδίκασαν θάνατον, καὶ δήσαντες καὶ στρεβλοῦντες προσεκαρτέρουν, ἕως διέφθειραν τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲν εἰπόντα τῶν ἐκείνοις προσδοκωμένων. τὸν δὲ Λάγιον, καὶ τὸν Ἀνδρωνίδαν, καὶ τὸν Ἄρχιππον ἀφῆκαν, ἅμα μὲν τοῦ πλήθους εἰς ἐπίστασιν παραγενομένου διὰ τὴν ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν Σωσικράτη παρανομίας, ἅμα δὲ τοῦ Διαίου λαβόντος παρὰ μὲν Ἀνδρωνίδου τάλαντον, παρὰ δὲ Ἀρχίππου μ' μνᾶς. οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τοῦ σκάμματος ὢν, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐδύνατο λῆξαι τῆς περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἀναισχυντίας καὶ παρανομίας ὁ προειρημένος. παραπλήσια δὲ τούτοις ἔπραξε καὶ βραχεῖ χρόνῳ πρότερον εἰς Φιλῖνον τὸν Κορίνθιον. προθεὶς γὰρ αἰτίαν, ὅτι διαπέμπεται πρὸς * μὲν Χαλκίδα, καὶ τὰ Ῥωμαίων φρονεῖ, τόν τε Φιλῖνον καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ μαστιγῶν καὶ στρεβλῶν ἐν συνόψει πάντας ἀλλήλων οὐ πρότερον ἔληξε, πρὶν ἢ διέφθειρε τὰ μειράκια καὶ τὸν Φιλῖνον. τοιαύτης δὲ τῆς ἀνοίας καὶ τῆς ἀκρισίας συμ-

* forte τὴν.

ratio, pluribus ſupra commemoraui. Igitur cum ex huiuscemodi hominibus conſilium conſtaret, conſentanea quoque decreta prodierunt. Namque illico Andronidam et Lagium in carcerem compegere, ſimulque Soſicratem vicarium, crimini dantes, quod cum concilio praeſideret, et mittendae ad Caecilium legationis et omnium omnino malorum auctor fuiſſet. Poſtridie conſtitutis iudicibus, Soſicratem quidem capitali ſententia damnarunt, vinctumque omni tormentorum genere ad necem vsque cruciarunt. qui quidem pro ſpe atque expectatione eorum nihil dixit. Lagium vero et Andronidam et Archippum dimiſere, partim quia plebs ob ſaeuitiam in Soſicratem exercitam, non mediocriter commota erat, partim quia Diaeus talentum ab Andronida, ab Archippo quadraginta minas acceperat. Nam nec in ipſo, vt aiunt, ſtadio poſitus, ab huiusmodi impudentia ac ſcelere abſtinere poterat. Idem paullo antea praeſtiterat in cauſſa Philini Corinthii. Criminatus enim quod Chalcidem clam nuntios mitteret, et Romanis faueret, ipſum cum adoleſcentibus filiis alterum in alterius conſpectu tormentis ac virgis ad mortem cecidit. Porro cum is omnium ſtupor, atque eiusmodi imprudentia eſſet, cuiusmodi ne

συμβαινούσης περὶ πάντας, οἵαν οὐδ' ἂν ἐν βαρβάροις εὕροι τις ῥᾳδίως, δῆλον, ὡς εἰκότως ἄν τις ἐπιζητήσειε, πῶς οὐκ ἄρδην ἀπώλοντο πάντες. ἐγὼ γὰρ ἂν εἴποιμι, διὸ δοκεῖ μοι καθάπερ ἂν εἰ τύχη τις * ἀντερεῖσαι πανοῦργος καὶ τεχνικὴ πρὸς τὴν ἄνοιαν καὶ μανίαν τῶν ἡγουμένων, ἥ τις ἐξωθουμένη πάντη καὶ πάντως ὑπὸ τῆς ἀνοίας τῶν προεστώτων, βουλομένη δὲ κατὰ πάντα τρόπον σώζειν τοὺς Ἀχαιοὺς, ἐπὶ τὸ καταλειπόμενον ἦλθεν ὥσπερ ἀγαθὸς παλαιστής. τοῦτο δ' ἦν τὸ ταχέως σφῆλαι, ** καὶ ῥᾳδίως ἡττῆσαι τοὺς Ἕλληνας, ὅπερ ἐποίησε. διὰ γὰρ τοῦτο συνέβη, μήτε τὴν Ῥωμαίων ὀργὴν καὶ θυμὸν ἐκκαυθῆναι πορρωτέρω, μηδ' ἐλθεῖν τὰς ἐκ τῆς Λιβύης δυνάμεις, μήτε τοὺς προεστῶτας, ὄντας μὲν οἵους εἶπον, ἐπιλαβομένους δὲ προτερήματος ἀποδείξασθαι τὴν αὐτῶν ἀσέβειαν εἰς τοὺς ὁμοφύλους. τί γὰρ εἰκὸς ἦν πρᾶξαι τούτους κατὰ τῶν ἰδίων, ἐπιλαβομένους ἀφορμῆς τινὸς ἢ προτερήματος, δῆλον ἐστιν ἐκ τῶν προειρημένων διὰ τὸ κατὰ λόγον. ἅπαντες δὲ τότε τὴν παροιμίαν ταύτην διὰ στόματος εἶχον, ὡς, εἰ μὴ ταχέως ἀπωλόμεθα, οὐκ ἂν ἐσώθημεν.

apud barbaros quidem facile poſſit reperiri, iure merito aliquis quaeſierit, qui factum ſit, vt non funditus omnes perierint. Equidem ſic exiſtimo, fortunam quandam ingenioſam et callidam reſtitiſſe ductorum dementiae ac furori, quae cum ſtoliditate eorum hominum propelleretur, et tamen gentem Achaeorum omnino ſeruare vellet, ad id quod reliquum erat ſe conuertit, vt optimi luctatores facere ſolent, videlicet vt celeriter Graeci ac nullo negotio vincerentur. quod quidem ab illa eſt praeſtitum. Atque ita factum eſt, vt neque ira ac furor Romanorum vlterius exardeſceret, neque legiones ex Africa transportarentur, neque principes Graeciae, iis moribus praediti, quos ſupra memoraui, proſperae alicuius pugnae ſucceſſu elati, inſigne aliquod ſpecimen impietatis ſuae in populares ſuos ederent. Quid enim in ſuos facturi erant, ſi quam opportunitatem ſecundumque euentum nacti fuiſſent, clarum et conſequens eſt ex iis, quae antea retuli. Tunc vero illud vetus dictum in omnium ore verſabatur: niſi celeriter periiſſemus, numquam ſalui fuiſſemus.

Ὅτι Αὖλος Ποστόμιος ἄξιος γέγονεν ἐπισημασίας ἀπ' ἐντεῦθεν. οἰκίας μὲν γὰρ ἦν καὶ γένους πρώτου, κατὰ δὲ τὴν ἰδίαν φύσιν στωμύλος καὶ λάλος, καὶ πέρπερος

A. Poſtumius Albinus, quantum ad genus ſpectat, illuſtris fuit. Erat enim e clariſſima familia oriundus, ſed ingenio garrulus fuit et loquacior, ac

διαφε-

* mſ. ἀντεγίσαι. ** addidi ex coniect.

διαφερόντως. ἐπιθυμήσας δὲ εὐθέως ἐκ παίδων τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς καὶ διαλέκτου, πολὺς μὲν ἦν ἐν τούτοις καὶ κατακορὴς, ὥστε δι' ἐκεῖνον καὶ τὴν αἵρεσιν τὴν Ἑλληνικὴν προσκόψαι τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς ἀξιολογωτάτοις τῶν Ῥωμαίων. τέλος δὲ καὶ ποίημα γράφειν καὶ πραγματικὴν ἱστορίαν ἐνεχείρησεν, ἐν ᾗ διὰ τοῦ προοιμίου παρεκάλει τοὺς ἐντυγχάνοντας, συγγνώμην ἔχειν, ἐὰν, Ῥωμαῖος ὢν, μὴ δύναται κατακρατεῖν τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου, καὶ τῆς κατὰ τὸν χειρισμὸν οἰκονομίας. πρὸς ὃν οἰκείως ἀπηντηκέναι δοκεῖ Μάρκος Πόρκιος Κάτων. θαυμάζειν γὰρ ἔφη, πρὸς τίνα λόγον ποιεῖται τοιαύτην παραίτησιν. εἰ μὲν γὰρ αὐτῷ τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον συνέταττε γράφειν ἱστορίαν, ἴσως ἔδει προσφέρεσθαι ταῦτα καὶ παραιτεῖσθαι· μηδεμιᾶς δ' ἀνάγκης οὔσης ἐθελοντὴν ἀπογράψασθαι, κἄπειτα παραιτεῖσθαι, συγγνώμην ἔχειν, ἐὰν βαρβαρίζῃ, τῆς ἁπάσης ἀτοπίας εἶναι σημεῖον, καὶ παραπλήσιον, * ὡς ἂν εἴ τις, εἰς τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἀπογραψάμενος πυγμὴν ἢ παγκράτιον, παρελθὼν εἰς τὸ στάδιον, ὅτε δέοι μάχεσθαι, παραιτῇτο τοὺς θεωμένους, συγγνώμην ἔχειν, ἐὰν μὴ δύνηται μήτε τὸν πόνον ὑπομένειν, μήτε τὰς πληγάς. δῆλον γὰρ, ὡς εἰκὸς γέλωτα τὸν τοιοῦτον ὄφλειν, καὶ τὴν δίκην ἐκ χειρὸς

ſingulari leuitate praeditus. Qui cum ſtatim a puero Graecanicam linguam ac diſciplinam adamauiſſet, nimius in his et ad nauſeam vsque putidus fuit, adeo vt ipſius cauſſa apud viros aetate et auctoritate eminentiſſimos populi Romani Graecanica inſtitutio male audiret. Denique et poema et hiſtoriam rerum geſtarum ſcribere eſt aggreſſus, in cuius prooemio veniam a lectoribus ſibi concedi poſtulat, ſi forte ciuis Romanus Graecae dictionis elegantiam et in ipſa rerum tractatione congruam diſpoſitionem plane aſſequi non potuerit. cui facete reſpondiſſe videtur M. Porcius Cato. Mirari enim ſe dixit, quam ob cauſſam is eiusmodi veniam flagitaret. Etenim ſi concilium Amphictyonum id illi mandaſſet, vt hiſtoriam conſcriberet, fortalſe huiusmodi deprecatione opus fuiſſet. Cum vero nulla neceſſitate impulſus ad ſcribendum acceſſeris, veniam poſtea petere, ſi forte barbare ſis locutus, extremae imprudentiae eſt, et perinde ac ſi quis, inter pugiles aut pancratio certaturos nomen ſuum in gymnicis ludis profeſſus, poſtmodum ſtadium ingreſſus, vbi pugnandum eſſet, a ſpectatoribus peteret, veniam vt ſibi darent, ſi laborem et plagas ferre non poſſet. Quare vt huiusmodi vir manifeſto riſum ſimul praeſenteſque poenas de-

* mſ. ὡς ἄχρηστον addit. ** τοῦτο Suidas in αὖλος et in παραιτοῦτο.

χειρὸς λαμβάνειν. ὅπερ ἔδει καὶ τὰς τοιάτας ἱςοριογράφας, ἵνα μὴ κατετόλμων τᾶ καλῶς ἔχοντος. παραπλησίως δὲ καὶ κατὰ τὸν λοιπὸν βίον ἐζήλωκει τὰ χείριςα τῶν Ἑλληνικῶν. καὶ γὰρ Φιλήδονος ἦν καὶ Φυγόπονος. τᾶτο δ' ἔςαι δῆλον ἐξ αὐτῶν τῶν ἐνεςώτων. ὃς πρῶτος παρὼν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόποις, καθ' ὃν καιρὸν συνέβαινε γίνεσθαι τὴν ἐν Φωκίδι μάχην, σκηψάμενος ἀσθένειαν εἰς Θήβας ἀνεχώρησε, χάριν τᾶ μὴ μετασχεῖν τᾶ κινδύνα. συντελεσθείσης δὲ τῆς μάχης, πρῶτος ἔγραψε τῇ συγκλήτῳ περὶ τᾶ κατορθώματος, προδιασαφῶν τὰ κατὰ μέρος, ὡς μετεσχηκὼς αὐτὸς τῶν ἀγώνων.

Ἐπεβάλετο διδάσκειν διὰ πλειόνων ἀκολάθως τοῖς ἐν ἀρχαῖς ἡμῖν εἰρημένοις περὶ τἀνδρός. ταῦτα δ' ἦν, ὅτι διαφέροιτο μὲν πρὸς Ῥωμαίας πολλάκις ὑπὲρ τῶν ἐπιταττομένων, διαφέροιτο δὲ ἐπὶ τοσᾶτον, ἐφόσον διδάσκειν καὶ πείθειν ὑπὲρ τῶν ἀμφισβητ8μένων, ἐδὲ τᾶτο ποιεῖν * εἰκὸς, πεῖραν δὲ τᾶτο ποιεῖν τῆς προαιρέσεως αὐτὸν ἀληθινὴν ἔΦη, καὶ, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐκ πυρὸς παρεχῆσθαι χάριν, κατὰ τὰς Φιλιππικὰς καὶ κατὰ τὰς Ἀντιοχικὰς καιρὰς. πλεῖςην γὰρ ἔχοντα ῥοπὴν τότε τῶν Ἑλλήνων, καὶ διὰ τὴν αὐτᾶ δύναμιν καὶ τὴν τῶν Ἀχαιῶν, ἀληθινώτατα διατετηρηκέναι τὴν πρὸς

biturus eſt, ita etiam tales hiſtoriae ſcriptores explodi oporteret, ne quid ſupra vires aggredi auderent. Ceterum idem Albinus in reliqua omni vitae ratione peſſima quaeque Graecorum ſtudia aemulatus fuerat. Nam et voluptatibus deditus erat, et impatiens laboris, vt ex iis rebus, quas prae manibus habemus, liquido apparet. Qui cum primus in Graeciam perueniſſet, quo tempore in Phocide pugnatum eſt, valetudinem cauſatus Thebas receſſit, ne diſcrimini intereſſet. Terminato autem praelio, primus ad ſenatum de re feliciter geſta litteras ſcripſit, ſingula quaeque narrans, quaſi ipſe pugnae interfuiſſet.

At Polybius contra pluribus docere et demonſtrare coepit, Philopoemenem, quod et ſuperioribus libris oſtendimus, eiusmodi fuiſſe, qui mandatis populi Romani interdum quidem aduerſaretur, ſed hactenus tantum, vt proponeret ſuaderetque ea, quae ſibi videbantur, neque id porro temere faceret: ſpecimen vero illuſtre animi illius, et ſincerae erga populum Romanum beneuolentiae teſtimonium extitiſſe bello Philippico et Antiochino. Nam cum illis temporibus vnus omnium Graecorum maxima auctoritate polleret, cum ob ſuam, tum ob gentis Achaeorum potentiam: tamen in amicitia ac

* leg. εἰκῆ. πεῖραν δὲ τῆς προαιρέσ.

πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν· μεταχόντα δὲ τοῦ δόγματος τοῖς Ἀχαιοῖς, ἐν ᾧ τετραμμένῳ πρότερον τῆς Ῥωμαίων διαβάσεως Ἀντιόχῳ καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς τὸν ἀπὸ τῆς χώρας πόλεμον ἐξήνεγκαν, τῶν ἄλλων Ἑλλήνων σχεδὸν ἁπάντων ἀπηλλοτριωμένων τῆς Ῥωμαίων φιλίας. ὧν οἱ δέκα διακούσαντες, καὶ τὴν προαίρεσιν ἀποδεξάμενοι τοῦ λέγοντος, συνεχώρησαν καταμόνους αὐτῷ τὰς τιμὰς ὑπάρχειν ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι. λαβόμενος δὲ τῆς ἀφορμῆς ταύτης Πολύβιος, εἰκόνας ᾐτήσατο τὸν στρατηγὸν, καίπερ ἤδη μετακεκομισμένας εἰς Ἀκαρνανίαν ἐκ Πελοποννήσου, λέγω δὲ τὴν Ἀχαιοῦ, καὶ τὴν Ἀράτου, καὶ Φιλοποίμενος. ἐν οἷς ἀγασθὲν τὸ πλῆθος αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν, ἔστησεν αὐτοῦ λιθίνην εἰκόνα.

Ὅτι μετὰ τὴν κατάστασιν τῶν δέκα, ἣν ἐποιήσαντο ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ, οὗτοι οἱ δέκα τῷ ταμίᾳ, τῷ μέλλοντι πωλεῖν τὴν οὐσίαν τοῦ Διαίου, συνέταξαν, ὅ τι ποτ᾽ ἂν ἐκλέξασθαι βουληθῇ τῶν ὑπαρχόντων ὁ Πολύβιος, ὑφελόντα καὶ δόντα δωρεὰν, τἄλλα πωλεῖν τοῖς ὠνουμένοις. ὁ δὲ προειρημένος τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ προσδέξασθαί τι τῶν τοιούτων, ὡς καὶ τοὺς φίλους παρεκάλεσε, καθόλου μηδενὸς ἐπιθυμῆσαι τῶν ὑπὸ τοῦ ταμίου πωλουμένων. συνέβαινε γὰρ, τοῦτον ἐπιπορευόμενον τὰς πόλεις πάντων, τῶν τῷ Διαίῳ κοινωνησάντων, πωλεῖν τὰς οὐσίας, τῶν καὶ κατακριθέντων, ὅσοι μὴ

fide erga populum Romanum constanter eum permansisse. auctorem etiam et approbatorem fuisse decreti illius, quo Achaei, nondum transgressis in Graeciam Romanis, bellum Antiocho atque Aetolis indixerunt, cum ceteri fere Graeci a partibus et a caussa populi Romani alienati essent. Quibus auditis decem legati, studium et consilium Polybii comprobantes, Philopoemenis memoriam seruarunt, eiusque honores omnes in ciuitatibus illibatos passi sunt manere. Hac Polybius occasione arrepta, imagines Achaei Aratique et Philopoemenis, quae iam ex Peloponneso transportatae in Acarnaniam erant, a proconsule petiit: cuius rei caussa Achaei, virtutem ipsius laudantes, statuam ei e marmore posuerunt.

Rebus in Achaia probe constitutis, decem legati quaestori, qui auctionem bonorum Diaei facturus erat, in mandatis dederunt, vt, quicquid Polybius et ex illius bonis optare ac seligere vellet, seposito gratisque donato, cetera licitantibus adiudicaret. Sed Polybius tantum abfuit vt quidquam eorum acciperet; quin et amicos hortatus est, nihil vt eorum, quae a quaestore venundabantur, concupiscerent. Etenim quaestor populi Romani singulas ciuitates circumiens, quicunque consiliorum Diaei participes fuerant, quique a decem legatis condemnati erant, qui-

παῖδας ἢ γονέας εἶχον. ὧν τινες μὲν ἐ προσέχον, οἱ δὲ κατακολεθήσαντες τῇ συμβελίᾳ, κάλλίςην δόξαν ἐξηνέγκαντο παρὰ τοῖς πολίταις. ταῦτα δὲ διοικήσαντες ἐν ἓξ μησὶν οἱ δέκα, καὶ τῆς ἐαρινῆς ὥρας ἐνισαμένης, ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Ἰταλίαν, καλὸν δεῖγμα τῆς Ῥωμαίων προαιρέσεως ἀπολελοιπότες πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν. ἐνετείλαντο δὲ τῷ Πολυβίῳ χωριζόμενοι, τὰς πόλεις ἐπιπορευθῆναι, * καίπερ οἱ ἄνθρωποι ἀμφιβάλλεσι διευκρινῆσαι, μέχρι τε συνήθειαν ἔχωσι τῇ πολιτείᾳ καὶ τοῖς νόμοις. ὃ δὴ καὶ μετά τινα χρόνον ἐποίησε, πρὸς τὸ τὲς ἀνθρώπες σέρξαι τὴν δεδομένην πολιτείαν, καὶ μηδὲν ἀπόρημα μήτε κατ' ἰδίαν, μήτε κατὰ κοινὸν ἐκ τῶν νόμων γενέθαι περὶ μηδενός. διὸ καὶ καθόλε μὲν ἐξαρχῆς ἀποδεχόμενοι καὶ τιμῶντες τὸν ἄνδρα, περὶ τὲς ἐχάτες καιρὲς καὶ τὰς προειρημένας πράξεις εὐδοκέμενοι κατὰ πάντα τρόπον, ταῖς μεγίςαις τιμαῖς ἐτίμησαν αὐτὸν κατὰ πόλεις, καὶ ζῶντα, καὶ μεταλλάξαντα. πάντες δ' ἔκριναν κατὰ λόγον τὲτο ποιεῖν. μὴ γὰρ ἐξεργασαμένε τέτε, καὶ γράψαντος τὲς περὶ τῆς κοινῆς δικαιοδοσίας νόμες, ἄκριτα πάντα ἦν καὶ πολλῆς γέμοντα ταραχῆς. διὸ καὶ τὲτο κάλλισον Πολυβίῳ πεπρᾶχθαι νομισέον, πάντων τῶν προειρημένων.

buscunque eorum nec liberi, nec vxores superessent, horum omnium facultates hasta posita vendebat. Ceterum consilium Polybii nonnulli insuper habuerunt. quicunque autem ei paruerunt, maximam laudem a popularibus suis retulere. At decem legati, his intra semestre spatium ita constitutis, veris initio in Italiam nauigarunt, cum pulcherrimum virtutis morumque populi Romani exemplum Graecis omnibus reliquissent. In ipso autem digressu mandauerunt Polybio, vt singulas vrbes obiret, earumque controuersias diiudicaret, donec constitutioni prouinciae, legibusque datis assueuissent. Quod et Polybius aliquanto post praestitit, ita vt Graeci praescripto reip. statu acquiescerent, neque vel minima de vlla re difficultas, cum publice, tum priuatim, in legibus superesset. Quamobrem cum et antea semper hominem magnopere coluissent, tum vero vltimis illis temporibus singulae vrbes omni honorum genere viuum et mortuum cumularunt, omnia eius acta communi assensu comprobantes, idque iure optimo a se fieri omnes opinabantur. Nisi enim ille haec perfecisset, legesque ac formulas iuris dicundi ciuitatibus scripsisset, vbique iustitium, plenaque omnia turbarum et tumultus erant futura. Itaque pulcherrimum in omni vita id facinus Polybii fuisse haud dubium est.

Ὅτι

* leg. καὶ περὶ ὧν.

Ὅτι ὁ ϛρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, μετὰ τὸ χωρισθῆναι ἐξ Ἀχαΐας τὸ συνέδριον, ἐπισκευάσας τὸν ἐν Ἰσθμῷ τόπον, καὶ κοσμήσας τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Δελφοῖς νεὼν, ταῖς ἑξῆς ἡμέραις ἐπεπόρευτο τὰς πόλεις, τιμώμενος ἐν ἑκάστῃ καὶ τυγχάνων τῆς ἁρμοζούσης χάριτος. εἰκότως δὲ * τιμᾶσθαι συνέβαινεν αὐτὸν, καὶ κοινῇ, καὶ κατ᾽ ἰδίαν. καὶ γὰρ ἐγκρατῶς καὶ καθαρῶς ἀνεϛράφη, καὶ πράως ἐχρήσατο τοῖς ὅλοις πράγμασι, μέγαν καιρὸν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἔχων καὶ μεγάλην ἐξουσίαν. καὶ γὰρ ἐν οἷς ἐδόκει παρεωρακέναι τι τῶν καθηκόντων, ἐμοὶ μὲν οὐκ ἐφαίνετο δι᾽ ἑαυτὸν τοῦτο πεποιηκέναι, διὰ δὲ τοὺς παρακειμένους φίλους. τοῦτο δ᾽ ἦν καταφανέϛατον ἐν τοῖς κατὰ τῶν Χαλκιδέων ἱππεῦσιν, οὓς ἀνεῖλεν.

Ὅτι Πτολεμαῖος, ὁ τῆς Συρίας βασιλεὺς, κατὰ τὸν πόλεμον πληγεὶς ἐτελεύτησε τὸν βίον, κατὰ μέν τινας μεγάλων ἐπαίνων καὶ τιμῆς ὢν ἄξιος, κατὰ δέ τινας τοὐναντίον. πρᾶος μὲν γὰρ ἦν καὶ χρηϛὸς, εἰ καί τις ἄλλος τῶν προγεγονότων βασιλέων. σημεῖον δὲ τούτου μέγιϛον· ὃς πρῶτον μὲν οὐδένα τῶν ἑαυτοῦ φίλων ἐπ᾽ οὐδενὶ τῶν ἐγκλημάτων ἐπανείλετο, δοκῶ δὲ μηδὲ τῶν ἄλλων Ἀλεξανδρέων μηδένα δι᾽ ἐκεῖνον ἀποθανεῖν. ἔπειτα δόξας ἐκπεσεῖν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὑπὸ τἀδελφοῦ, τὸ μὲν πρῶτον, ἐν

Ac proconſul, poſtquam concilium decem legatorum ex Achaia diſceſſit, reſtaurato templo ac luco, qui in Iſthmo eſt, ornato etiam Iouis Olympiaci et Delphici Apollinis fano, poſtmodum ſingulas ciuitates obiit, ab omnibus et priuatim ſummis gratulationibus exceptus: idque ſane iure optimo. prorſus enim integer ac puris manibus ex prouincia rediit, ſummaque humanitate in omnibus eſt vſus, tametſi maximam opportunitatem ac licentiam in Achaia nactus eſſet. Nam ſicubi ab officio interdum videtur receſſiſſe, mihi quidem non ab ipſo, ſed ab amicis et comitibus id profectum eſſe videbatur. quod quidem manifeſtiſſimum extitit in Chalcidenſium equitum caede.

Ptolemaeus Aegypti rex in praelio vulneratus deceſſit, vir, vt quidam ſentiunt, maxima laude et gloria dignus, quamuis alii ſecus exiſtimant. Clemens enim et benignus ſi quis vmquam ſuperiori memoria rex, certe hic fuit, cuius rei argumenta ſuperſunt certiſſima. Qui primum quidem neminem ex amicorum numero vllam ob cauſſam occidit: ac, ni fallor, nullus ciuis Alexandrinus ab eo eſt interfectus. Deinde cum a fratre Alexandria expulſus eſſe videretur,

* mſ. καὶ.

'Αλεξανδρεία λαβὼν κατ' αὐτȣ̃ * καιρὸν ὁμολογȣ́μενον, ἀμνησικάκητον ἐποιήσατο τὴν ἁμαρτίαν, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἐπιβȣλεύσαντος τῇ Κύπρῳ, κύριος γενόμενος ἐν ** Λαπίθῳ τȣ̃ σώματος ἅμα καὶ τῆς ψυχῆς αὐτȣ̃, τοσȣ̃τον ἀπέχε τȣ̃ κολάζειν ὡς ἐχθρὸν, ὥςε καὶ δωρεὰς προσέθηκε παρὰ τὰς πρότερον ὑπαρχȣ́σας αὐτῷ κατὰ συνθήκας, καὶ τὴν θυγατέρα δώσειν ὑπέχετο. κατὰ μέντοί γε τὰς ἐπιτυχίας καὶ κατορθώσεις ἐξελύετο τῇ ψυχῇ, καί τις οἷον ἀσωτία καὶ ῥαθυμία περὶ αὐτὸν Αἰγυπτιακὴ συνέβαινεν, καὶ κατὰ τὰς τοιαύτας διαθέσεις εἰς περιπετείας ἐνέπιπτεν.

primo Alexandriae vlcifcendi illius opportunitatem nactus, culpam ei condonauit. Poftea vero cum idem rurfus Cyprum occupare molitus effet, captum in vrbe Lapitho tantum abfuit vt fupplicio afficeret quafi hoftem, quin potius praeter munera, quae ipfi antea ex pactione pendebat, alia rurfus adiecit, fuamque ei filiam collocaturum promifit. Verum enim vero rebus fecundis laetisque fuccesfibus vigorem animi remittebat, et quaedam quafi luxuria ac mollities Aegyptiaca in eo inerat, quam ob cauffam faepenumero in magnum difcrimen eft adductus.

* mf. καὶ τὸν. ** mf. ἀλπίθω.

Τέλος τῆς ἱςορίας Πολυβίȣ Μεγαλοπολίτȣ.



HEN-

HENRICI VALESII

ET

IACOBI GRONOVII

NOTAE IN EXCERPTA

DE

VITIIS ET VIRTVTIBVS.



HENRICI VALESII

NOTAE IN EXCERPTA POLYBII MEGALOPOLITANI.

Pag. 9. lin. 6. Οὐδενὸς ἔξειν.) Addidi ἔλαττον, ex Suida in Λεύκιος.

10. 5. Ὥστε συνοικεῖν.) Legendum συνδιοικεῖν, vt recte Aemilius a Porta coniecerat in interpretatione Suidae, apud quem hic locus legitur. Sed et Diodorus Siculus habet συνδιῴκει. καὶ πολλὰ τῶν κατὰ τὴν βασιλείαν συνδιῴκει τῷ βασιλεῖ. quae ex Polybio sumsisse videtur Diodorus. Porro recte hoc fragmentum lib. 6. Polybii adscribi patet cum ex serie ipsa fragmentorum, quaecunque enim praecedebant, ad libros v. priores Polybii pertinebant, quae nos consulto, quia edita erant, omisimus, tum vero quod in lib. 6. Polybius vniuersam populi Romani historiam et antiquitatem breuiter complexus fuerat, a regibus ipsis exorsus. Vel illud fragmentum, quod profert Stephanus Byzantius ex lib. 6. Polybii ἔκτισε δὲ καὶ πόλιν Ὠστίαν ἐπὶ τῷ Τιβέριδος, nonne ad Ancum Marcium regem Rom. manifeste spectat, qui Ostiam condidisse ab omnibus historicis memoratur.

12. 8. Διαφυλάξαι τὸν αὐτὸν τρόπον.) Idem ait Sallustius in coniuratione Catilinae, initio. *Nam imperium facile iis artibus retinetur, quibus ab initio partum est. Verum vbi pro labore desidia, pro continentia et aequitate libido atque superbia inuasere, fortuna simul cum moribus immutatur.* quod exemplo Philippi demonstrat Polybius in fragmentis sequentibus, ac libro x. c. 33. rursus inculcat, vbi de Carthaginensibus, qui caesis imperatoribus Romanis, insolentia elati, socios acerbe tractare instituerunt. quo factum est, vt eosdem ex amicis hostes habuerint: neque imme-

 rito.

rito. *ἄλλως μὲν γὰρ ὑπέλαβον δεῖν κτᾶσθαι τὰς ἀρχὰς, ἄλλως δὲ τηρεῖν· οὐκ ἔμαθον δὲ, διότι κάλλιστα φυλάττουσι τὰς ὑπεροχὰς οἱ μάλιστα διαμείναντες ἐπὶ τῶν αὐτῶν προαιρέσεων, αἷς ἐξ ἀρχῆς κατεστήσαντο τὰς δυναστείας.*

Ibid. 8. *Πεντήκοντα καὶ τέτταρα βασιλεύσας.*) Quot annos regnarit Hiero, Hieroclis filius, inter auctores non conuenit. Lucianus in Longaeuis 70. annos ei tribuit ex Demetrio Calatiano. Pausanias libro 2. Heliac. scribit, Hieronem regnum iniisse anno 2. Olymp. 126. Itaque cum Olymp. 141. anno primo sit mortuus, relinquitur ex Pausaniae sententia, vt sexaginta annos regnauerit. Sed Polybius 5.. annos Hieroni dumtaxat attribuit, qui ex anno 4. Olymp. 127. consurgunt. quo anno victis ingenti praelio Mamertinis, Hiero, qui tum praetor Syracusanorum erat, rex publice est salutatus, vt refert Polybius lib. 1. quamquam Diodorus Siculus lib. 22. in eius praelii descriptione Hieronem regem vocat, quasi iam tum rex esset. Quocirca facile adducor vt credam, quosdam regnum Hieronis ab initio praeturae eiusdem deduxisse, quam suscepit Hiero anno 2. Olymp. 126. Certe verba Pausaniae tam de praetura quam de regno accipi possunt. Ait enim, *τὴν δὲ ἀρχὴν εἶχεν ἔτει δευτέρῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς εἴκοσι καὶ ἑκατόν.* Itaque in Luciano mendum esse puto, ac pro *ἑβδομήκοντα*, legendum esse *ἑξήκοντα.*

Ibid. 32. *Γέλων.*) Intelligo Gelonem, Hieronis filium, Hieroclis nepotem. Porro haec fragmenta de Hieronymi interitu recte a nobis libro 7. assignari docet caput primum libri 7. in quo de Leontinorum vrbe agitur, in qua Hieronymus a coniuratis obtruncatus est. Ad has enim insidias Hieronymo factas illud caput pertinere existimo, quod patet ex vltimis illius capitis verbis, *ὧν μεταξὺ καὶ τοῦ ποταμοῦ συμβαίνει τὴν προειρημένην ὁδὸν ὑπάρχειν.* Intelligit enim viam angustam, qua in forum ibatur, cui imminentes aedes coniurati occupauerant, vt docet Liuius lib. 24. Quare errat Casaubonus, qui id caput ad Leontinorum expugnationem a Marcello Cos. factam ait pertinere. Atqui capite sequenti refertur foedus inter Philippum et Hannibalem ictum, quod longe eam Leontinorum expugnationem praecessit. Non ergo de Leontinorum expugnatione hic agebat Polybius, sed libro 8. potius vt arbitror. Ceterum illud etiam sciendum est, primum caput, quod inter excer-

pta legationum Polybii editum eſt, ad librum VII. Polybii pertinere, vt ſatis patet.

Ibid. 40. Γόργος Μεσσήνιος.) Ex Meſſene vrbe Peloponneſi. de quo viro loquitur Polybius initio libri 5.

14. 36. Πάντας Κρηταιεῖ:.) De Cretenſium inteſtinis motibus, et legatione ad Philippum vide lib. 4. Polybii.

15. 28. Κατὰ τὴν πέμπτην βίβλον.) Intelligit locum, qui legitur p. 577.

16. 27. Ὡς φησιν ὁ Πλάτων.) Locus eſt in libro IX. de republica p. 565.

Ibid. 31. Τὸ ῥηθὲν ἐν τοῖς πολιτικοῖς.) Haec non ſunt Polybii verba, ſed eius, qui haec excerpta compilauit. intellige autem illud conſilium, quod Demetrius Pharius dedit Philippo, vt bouem vtroque cornu teneret, quod habes in lib. 7. c. 3. qui locus a Conſtantino Porphyrogenneta relatus fuerat in librum, περὶ πολιτικῶν διοικήσεως, qui liber vna cum reliquis fere omnibus periit. Huius mentio fit in excerptis Diodori, vbi ad marginem notatum reperi, ζήτει ἐν τῷ περὶ πολιτικῶν διοικήσεως.

19. 34. Εἰ γάρ τις ἦν.) Hic locus Theopompi integrior extat apud Athenaeum lib. 4. p. 167. et lib. 6. p. 260. vbi poſt λάσταυρος additur, ἢ βδελυρὸς, et pro τοιγὰρ, legitur τοιγαροῦν rectius. illud enim nimis poeticum eſt.

20. 21. Οὐχ ἑταίρους.) Addidi ex Athenaeo, ἀλλ' ἑταίρας. In quo tota ſententiae venuſtas poſita eſt. quae quidem alluſio etſi vrbanitatem aliquam videtur habere, tamen hiſtoriae ſcriptore prorſus indigna eſt. Eiusmodi ſunt et quae ſequuntur, ἀνδροφόνοι et ἀνδροπόρνοι, quae et turpia et nimis affectata ſunt. Ex quibus apparet, Theopompum verborum curioſiorem fuiſſe quam rerum.

Ibid. 28. Καὶ τοσούτων μοι πραγμάτων.) Verſatus eſt in republica Theopompus Chius, in qua adminiſtranda aduerſarium habuit Theocritum Chium oratorem ex Iſocratis ſchola, vt teſtis eſt Strabo lib. 13. et Suidas, contra quem inuehitur Theopompus in ſuaſionibus ad Alexandrum, vt refert Athenaeus libro XII. vbi Θεόκριτος ὁ σοφὸς dicitur perperam, cum σοφιστὴς legendum ſit ex Strabone. Clemens Alex. in Protrept. ἄγαμαι τὸν Θεῖον σοφιστήν. Θεόκριτος ὄνομα αὐτῷ. lege Χῖον.

Ibid. 31. Καὶ τοιοῦτον τρόπον.) Legendum videtur, τοιουτότροπα.

21. 16.

21. 16. Ἡ ἐπιγραφή.) Hoc epigramma integrius legitur apud Clementem lib. 2. ϛρωμ. et Athenaeum lib. 7. sed Cicero in v. Tusculana distichon tantum agnoscit, quod sic vertit:

Haec habeo, quae edi, quaeque exsaturata libido
Hausit, at illa iacent multa et praeclara relicta.

22. 21. Καὶ μετ' Ἀλεξάνδρῳ.) Deesse videtur, μετ' ἐκεῖνον Ἀλεξάνδρῳ. paullo post, τὴν ἑαυτῶν δόξαν emendauimus cum in ms. esset ἑαυτῦ.

23. 21. Μεταλαβὼν δὲ τὴν ὑπόθεσιν.) Legendum videtur μεταβαλὼν, idque ex sequentibus manifeste ostenditur. Theopompus historiam rerum Graecarum scripserat a pugna nauali ad Cynossema, in qua definit Thucydides, vsque ad praelium nauale ad Cnidum libris 12. vt scribit Diodorus Siculus lib. 14. cui accedit Photius in bibliotheca, qui XII. librum τῶν Ἑλληνικῶν Theopompi abs se lectum esse testatur. Suidas XI. tantum enumerat. Idem Theopompus Philippica scripsit libris 58. teste eodem Diodoro, orsus ab anno 1. Olymp. 105. Itaque inter vtramque historiam Theopompi interuallum erat quinque circiter ac triginta annorum.

24. 19. Ὅτι Καύαρος ὁ βασιλεύς.) Haec ad librum 8. pertinere docet Athenaeus lib. 6. apud quem huiusmodi fragmentum Polybii legitur, quod non procul ab excerptis nostris aberat. Πολύβιος δ' ἐν ὀγδόῃ ἱϛοριῶν. Καύαρος, Φησιν, ὁ Γαλάτης, ὢν τἄλλα ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὑπὸ Σωϛράτυ τῦ κόλακος διεϛρέΦετο, ὃς ἦν Χαλκηδόνιος τὸ γένος. Huius reguli corruptum nomen est, apud Polybium lib. 4. c. 46. ἠναγκάσθησαν Φόρον τελεῖν κατ' ἐνιαυτὸν ἕως εἰς Κλύαρον, ἐΦ' ὗ κατελύθη μὲν ἡ βασιλεία, τὸ δὲ γένος αὐτῶν ἐξεΦθάρη πᾶν ὑπὸ Θρακῶν. legendum puto εἰς Καύαρον. Porro hi Galli regiam habebant in oppido Thraciae Tuli, ex quo in agrum Byzantinorum excursiones facere solebant, teste ibidem Polybio, κατασκευασάμενοι βασίλειον τὴν Τύλην, lege Τύλιν auctore Stephano, qui ait Τύλις πόλις Θράκης τῦ Αἵμυ πλησίον, καὶ κλίνεται Τύλεως.

Ibid. 29. Πόλεως Ἀρμόσατα.) Ciuitas est Armeniae maioris in ea parte, quae meridiem spectat. Ptolemaeo Ἀρσαμόσατα et Plinio.

25. 39. Δοβάλην.) Legendum Ἀνδοβάλην, vt mox recte ſcribitur. Sic enim Polybius ſemper appellat, quem Liuius et Zonoras ex Dione Indibilem. Polybius lib. 9. hunc Ilergetum regulum vocat, ſed in eo loco λεγγητῶν, non ἰλαργητῶν habebat noſter codex. Liuius quidem lib. 29. initio Indibilem Ilergetem nominat.

26. 27. Διὰ Μυττόνε.) Hic eſt, qui Mutines a Liuio dicitur in fine lib. XXV. Libyphoenicum generis Hippone oriundus. quem in locum Hippocratis Hannibal in Siciliam miſerat, vt teſtis eſt Liuius. hic poſtea praefectura ſua ſpoliatus ab Hannone, ad Valerium Laeuinum Coſ. transfugit, eique Agrigentum prodidit. quam ob cauſſam ciuitate Rom. donatus eſt, vt praeter Liuium lib. 27. docet Varro apud Aſconium in Piſonianam. Μετίνας dicitur a Zonara tomo 2. annalium ex Dione.

Ibid. 33. Οὕτω μέγα τι χρῆμα.) Hanc ſententiam ex codice Vrbinati refert Caſaubonus in fragment. et libro IX. inſertam fuiſſe teſtatur. ex quo patet, recte hoc fragmentum lib. IX. Polybii a nobis adſcriptum fuiſſe.

Ibid. 39. Εἰς ἐπίςασιν ἡμᾶς εἶχε.) Legendum eſt ἦγε.

31. 9. Δυσχρηθεὶς Ἀννίβας.) Legendum δυσχρηςηθεὶς, fit enim ἀπὸ τε δυσχρηςεῖσθαι, quod eſt ad inopiam conſilii redigi. qua voce vtitur Polybius apud Suidam in δυσχρηςεμενος. Paullo poſt lege ἐνίας γεν καὶ παρασπονδεῖν ὑπέμεινε.

32. 11. Ῥωμαίοις ὡς ὠμε.) De Hannibalis crudelitate paſſim loquuntur ſcriptores Romani. Teſtis ſit Cicero in dialogo de amicitia, apud quem Laelius ſic ait: *Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum, Pyrrho et Hannibale. ab altero propter probitatem eius non nimis alienos animos habemus. alterum propter crudelitatem ſemper haec ciuitas oderit.*

33. 25. Εἰκὸς ἐπανόρθωσιν.) Deeſt πρὸς aut quid ſimile. Paullo poſt vbi legitur ὑπὲρ αὐτε πεποιήμεθα λόγον, malim περὶ αὐτε.

34. 17. Κλέανδρον.) Apud Plutarchum in vita Philopoemenis perperam Κάσανδρος ſcribitur contra auctoritatem codicis Vulcobiani, et Pauſaniam in Arcadicis, et Suidam, qui hunc Polybii locum ex Conſtantini noſtri excerptis more ſuo deſcripſit.

Ibid. 23. Ἐκδήμε.) Ita etiam nominatur a Plutarcho in Philopoemenis vita, ſed in vita Arati perperam Ecdelus ſcribi-

ſcribitur. ὁ δὲ Ἔκδηλος Ἀρκὰς ἦν ἐκ μεγάλης πόλεως. lego Ἔκδημος. quamquam et Pauſanias in Arcadicis Ecdelum nuncupat ac Megalophanem, ſed corrupte vtrumque, cum Ecdemum ac Demophanem dicere debuiſſet.

Ibid. 29. Συςησάμενοι δέ.) τὸ δὲ expungendum eſt. Paulloque poſt pro συνελάβοντο malim συνεπελάβοντο.

35. 35. Συμπεριςέλλοντες.) Deeſt ἀλλὰ aut quid ſimile.

36. 12. Τὸ μὲν διάδημα καὶ τὴν πορφύραν.) Iuuat videre quomodo haec Liuius verterit. Etſi enim quaedam ex Polybio ſumſit, tamen multa omittit de induſtria, nec pauca de ſuo addit. ex quo apud alios forte plagiarius audiat, a me quidem optimi interpretis laudem referet. Eius igitur verba haec ſunt lib. 27. *Laetitiaque ingenti celebrati feſti dies, eo magis etiam, quod populariter demto capitis inſigni, purpura atque alio regio habitu, aequauerat ceteris ſe in ſpeciem, quo nihil gratius eſt ciuitatibus liberis. praebuisſetque haud dubiam eo facto ſpem libertatis, niſi omnia intoleranda libidine foeda ac deformia feciſſet. Vagabatur enim cum vno aut altero comite per maritimas domos dies noctesque, et ſubmittendo ſe in priuatum faſtigium, quo minus ſuſpectus, eo ſolutior erat, et libertatem cum aliis vanam oſtendiſſet, totam in ſuam licentiam verterat. Neque enim omnia emebat aut eblandiebatur, ſed vim etiam flagitiis adhibebat, periculoſumque et viris et parentibus erat moram incommoda ſeueritate libidini regiae feciſſe.*

37. 7. Ἅπερ ὑμεῖς.) Legendum videtur, περὶ ὧν ἡμεῖς. et mox, ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν συγγραφέων.

38. 23. Οὐδέν ἐςιν ἐν τούτοις.) Legendum videtur οὐδ' ἔνεςιν, idque in verſione mea ſum ſecutus. videtur tamen hic deeſſe quidpiam.

39 7. Δραπετῶν οἰκετῶν μοιχῶν.) Ariſtotelis ſententiam de republica Locrorum ſecutus eſt Dionyſius Characenus libro de ſitu orbis.

Τῇ δ' ὕπο Λοκροὶ ἔασιν, ὅσοι προτέροις ἐτέεσσιν
Ἦλθον ἐπ' Αὐτονίην σφετέρης μιχθέντες ἀνάσσαις.

vbi vide, quae Euſtathius notat. ſane Polybius libro 12. ſcribit, aliquot Locrenſium matronas ſponte cum ſeruis in coloniam profectas eſſe.

Ibid. 15. Σοφιςὴν ὀψιμαθῆ, etc:) Haec prius Ariſtoteli obiecerat Epicurus in epiſtola περὶ ἐπιτηδευμάτων. cuius verba

verba refert Athenaeus lib. 8. Καί τοι εἰδὼς καὶ Ἐπίκουρον ταῦτ' εἰπόντα περὶ αὐτοῦ, ὅτι καταφαγὼν τὰ πατρῷα ἐπὶ στρατείαν ὥρμησε, καὶ ὅτι ἐν ταύτῃ κακῶς πράττων ἐπὶ τὸ φαρμακοπωλεῖν ἦλθεν, εἶτα ἀναπεπταμένου τοῦ Πλάτωνος περιπάτου, φησὶ, παραβαλὼν ἑαυτὸν προσεκάθιζε τοῖς λόγοις οὐκ ὢν ἀφυὴς, καὶ κατὰ μικρὸν εἰς τῶν θεωρουμένων ἐξῆλθεν. ſic legendus eſt ille locus. male vulgo εἰς τὴν θεωρουμένην.

Ibid. 26. Μέτριος μὲν γάρ.) Forte μέτρια legi debet.

Ibid. 38. Κατὰ τὴν αὐτὴν βίβλον.) Intellige librum IX. hoc enim libro Timaeus de republica Locrorum in Italia contra Ariſtotelis ſententiam diſputauerat, vt docet Athenaeus libro VI. qui haec Timaei verba refert, quae ad hanc diſputationem pertinent. καθόλου δὲ ᾐτιῶντο τὸν Ἀριστοτέλη διημαρτηκέναι τῶν Λοκρικῶν ἐθῶν. οὐδὲ γὰρ κεκτῆσθαι νόμον εἶναι τοῖς Λοκροῖς, ὁμοίως τε οὐδὲ Φωκεῦσιν, οὔτε θεραπαίνας, οὔτε οἰκέτας, πλὴν ἐγγὺς τῶν χρόνων, etc. quam quidem obiectionem Timaei refellebat Polybius hoc libro, vt docet idem Athenaeus in fine lib. 6.

40. 7. Ὑπογεγράφθαι τὴν ἀρχήν.) Exiſtimaui legendum eſſe ἐπιγεγράφθαι, quod ſenſus ipſe poſcere videtur. probare enim vult Timaeus, coloniam Locrorum non ex fugitiuorum colluuie conflatam fuiſſe, idque ex eo concludit, quod apud Locros in Graecia tabulae foederis cum Italicis percuſſi legantur hoc exordio, ὡς γονεῦσι πρὸς τέκνα.

Ibid. 9. Ὡς γονεῦσι πρὸς τέκνα.) Coloniae eundem honorem originibus ſuis exhibebant, quem filii parentibus. Itaque Metius Fufetius Albanorum dux, apud Dionyſium Halicarn. lib. 3. pag. 143. ait Romanis Albanorum colonis. ὅσης γὰρ ἀξιοῦσι τιμῆς τυγχάνειν οἱ πατέρες παρὰ τῶν ἐκγόνων, τοσαύτης οἱ κτίσαντες τὰς πόλεις παρὰ τῶν ἀποίκων. Ita et Curtius lib. 4. *quippe Carthaginem Tyrii condiderunt ſemper parentum loco culti.* Apud Herodotum quoque lib. VIII. Themiſtocles negat Ionas iuſte agere, qui contra patres militent. Quaenam porro fuerint haec iura, quae originibus debebantur, non alienum fuerit paucis hoc loco perſtringere. Primo igitur ii, qui in coloniam mittebantur, armis et commeatu a ciuibus ſuis inſtruebantur de publico, vt docet Libanius in argumento orationis Demoſthenis, περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ. Praeterea publica iis diplomata dabantur, quae ἀποίκια vocabant, teſte Hyperide in orat. Deliaca

liaca apud Harpocrationem. quorum exemplar, vt opinor, in archiuis publicis ſeruabatur, quo eos ciues optimo iure eſſe, et bonis ominibus in hanc aut illam coloniam miſſos appareret. Iam quod praecipuum eſt, ſacra patria coloni ſecum aſportabant, ignemque ſacrum e penetrali vrbis depromtum et accenſum. quod docet auctor Etymolog. in πρυτανεῖα. ὅτι τὸ ἱερὸν πῦρ ἐπὶ τούτων ἀπόκειται καὶ τοὺς ὁποίποτε ἀποικίαν στέλλοντας ἔθος αὐτόθεν αὔεσθαι τὸ ἀπὸ τῆς ἑστίας πῦρ. Herodotus etiam lib. 1. de Athenienſ. colonia in Ioniam miſſa loquens ſic ait, οἱ δὲ αὐτῶν ἀπὸ τοῦ πρυτανηΐου τοῦ Ἀθηναίων ὁρμηθέντες οὐ γυναῖκας ἠγάγοντο ἐς ἀποικίην. qui quidem ignis ſi caſu extinctus eſſet, ex prytaneo conditorum accendi eum oportebat. Moris quoque erat, vt coloniae quotannis legatos in maiorem patriam (ſic Curtius lib. 4. vertit, quam Graeci μητρόπολιν dicunt) mitterent, diis patriis ſacra facturos. Polybius cap. 114. legationum ναῦν ἱεραγωγὸν, ἐφ᾽ ᾗ εἰς τὴν Τύρον ἐκπέμπουσιν οἱ Καρχηδόνιοι τὰς πατρίους ἀπαρχὰς τοῖς θεοῖς. et Curtius de iisdem Carthaginenſibus ait lib. 4. *Carthaginenſium legati ad celebrandum ſacrum anniuerſarium more patrio tunc venerant.* Itaque Corinthios grauiter infenſos Corcyraeis fuiſſe legimus, quod more reliquarum coloniarum ſacra patria Corinthum mittere negligerent, διὰ τὸ μόνους τῶν ἀποίκων μὴ πέμπειν τὰ κατειθισμένα ἱερεῖα τῇ μητροπόλει, ait Diodorus Siculus libro 12. Sed Thucydides lib. 1. vbi eandem narrat hiſtoriam, aliud dicit his verbis. ἅμα δὲ μίσει τῶν Κερκυραίων, ὅτι αὐτῶν παρημέλουν, ὄντες ἄποικοι, οὔτε ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοιναῖς διδόντες γέρα τὰ νομιζόμενα, οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ προκαταρχόμενοι τῶν ἱερῶν ὥσπερ αἱ ἄλλαι ἀποικίαι. vbi Scholiaſtes Graecus, προκαταρχόμενοι, inquit, τοῦτ᾽ ἔστι διδόντες τὰς ἀπαρχάς. ἔθος γὰρ ἦν ἀρχιερέας ἐκ τῆς μητροπόλεως λαμβάνειν. Moris erat, inquit, vt coloniae ab originibus ſuis pontifices acciperent. qui mos imprimis notandus eſt. Ex hoc enim, vt opinor, vnico huius interpretis loco id diſcimus. Supereſt, vt diſpiciamus, quaenam fuerint illa γέρα, quae a colonis praeſtari mos erat in publicis ſolennibus ac ludis. Scholiaſtes quidem ille Thucydidis interpretatur τὰς τιμὰς καὶ προεδρίας, id eſt principem in conſeſſu locum. Sed et multa alia priuilegia intelligi puto, cuiusmodi ſunt ἐπιγαμίαι, κτῆσις γῆς, et cetera, quae in decretis Graecorum paſſim leguntur. quin etiam ſi quando coloni aliam colo-

niam

niam aliquo deducere vellent, moris erat, vt ducem a maiore patria poſtularent. quod teſtatur Thucydides lib. 1. de Epidamno. οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδυ Κορίνθιος γένος τῶν ἀφ' Ἡρακλέυς, κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ἐκ τῆς μητροπόλεως κατακληθείς. Porro ad haec iura μητροπόλεων et coloniarum non incommode, vt arbitror, reuocari poſſunt et inuicem componi iura eccleſiae Romanae, quae matrix eſt et μητρόπολις reliquarum. Sed haec indicaſſe nunc quidem ſufficiat.

Ibid. 36. Δύω ἔθνη Λοκρῶν.) Duae ſunt gentes Locrorum in Graecia, Epicnemidii ſcilicet et Ozolae, teſte Strabone lib. 9. ac Plinio, quorum Ozolae ab Epicnemidiis profecti ſunt. Locrus enim Locri et Caphyae filius ob quasdam cauſſas infenſus patri, cum magna ciuium manu profectus, Phyſcaeenſes et Hyanthiam condidit, vt narrat Plutarchus cap. 15. Quaeſtionum Graecarum, et Athenaeus in fine lib. 2. Vide Euſtathium in Homeri catalogum, pag. 277.

41. 25. Ἀλλὰ πρὶν τὸ δή) Legendum, ἀλλ' ἀπρίξ. vt et Caſaubonus coniecerat in fragmentis, vbi hic locus legitur inter excerpta ex codice Vrbinati.

42. 2. Τῶν ἐφόρων πρὸς τὺς βασιλεῖς.) Lacedaemonii annos ab Ephoris computabant, vt ex Thucydidis et Xenoph. lib. 2. hiſt. colligere eſt. Erant porro ephori quinque, iique annui, vt docet Suidas: Ἔφοροι παρὰ Λακεδαιμονίοις πέντε, ὓς Ἐφόρυς ἐκάλυν διὰ τὸ ἐφορᾶν τὰ τῆς πόλεως. ἐν διαδοχῇ δὲ ἦσαν. Idem teſtatur Plutarchus in vita Cleomenis, initio. Male igitur apud auctorem Etymologici ἔφοροι ἄρχοντες ἦσαν ἐν Λακεδαίμονι ἐννέα. lege ε. ſic Athenis poſt cladem illam ad Aegoſpotamos cum reipubl. inclinatio fieret, primum quinque Ephori ſunt conſtituti, teſte Lyſia in oratione contra Eratoſthenem. Iam ex illis quinque ephoris vnus fuit ἐπώνυμος, qui anno nomen dabat. quod patet ex Thucydide et Xenophonte in locis citatis, idque confirmat Pauſanias in Laconicis, ἔφοροι δὲ καὶ παρέχονται τὸν ἐπώνυμον.

Ibid. 5. Τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει.) Vno verbo ἡρεσίδες dicebantur ſacerdotes Iunonis Argiuae, a quibus Argiui tempora numerabant, teſte Etymologico. Scholiaſtes Thucydidis, ἠρίθμυν δὲ τὺς χρόνυς οἱ Ἀργεῖοι ἀπὸ τῶν ἱερειῶν. vnde Hellanicus indicem harum ſacerdotum, et quid ſub qua-

que erat geſtum, pluribus libris ſcripſerat, teſte Dionyſio Halic. lib. 1. et Stephano Byzantio. Prima hoc ſacerdotio functa eſt Callithya, ſeu Callithoe, Piranthi filia, vt ait Euſebius in Chronico, numero 376. de qua Scaliger multa ibi adnotauit. Longo dehinc interuallo poſt Hypermneſtra Danai filia apud Argos ſacerdotio functa eſt, vt ſcribit idem Euſebius in Chronico, numero 581. Tertiam inuenio Alcyonem aliquot aetatibus ante bellum Troianum, de qua Dionyſius Halic. lib. 1. τὸ μὲν ȣ̃ν Σικελικὸν γένος ȣ̃τως ἐξέλιπεν Ἰταλίαν, ὡς μὲν Ἑλλάνικός Φησι, τρίτῃ γενεᾷ πρότερον τῶν Τρωικῶν, Ἀλκυόνης ἱερατευομένης ἐν Ἄργει κατὰ τὸ ἕκτον καὶ εἰκοϛὸν ἔτος. Locus Hellanici extat apud Conſtantinum lib. 2. Thematum in Sicilia. Quartam reperio Admetam Euryſthei filiam, quae id ſacerdotium obtinuit annos 38. poſt quam ſacerdotes Iunonis Argiuae Phalides deinceps ſunt dictae, vt ſcribit Euſebius in excerptis Scaligeri p. 31. Ἀδαμάντα θυγάτηρ Εὐρυσθέως ἐν Ἄργει ἱεράτευεν ἔτη λη. αἱ δὲ ἀπὸ ταύτης τὴν ἱερωσύνην διαδεξάμεναι Φαλίδες ἐκαλȣ̃ντο. Lege ἀδμήτη, non ἀδαμάντα. Sic enim dicta eſt Euryſthei filia ex Apollodoro lib. 2. Biblioth. et Iſacio Tzetze in Lycophronem. Haec Admeta poſt mortem Euryſthei ab Argiuis expulſa, Samum ſe recepit, in eaque inſula aedem ac ſimulacrum Iunonis cuſtodiuit, vt narrat Menodotus Samius apud Athenaeum lib. 15. Fuit et Cydippe ſacerdos Iunonis Argiuae, cuius filii Cleobis et Biton, pietate in matrem memorabiles fuere, teſte Hygino fab. 244. et Palaephato in fine lib. 1. Poſtremo Chryſis recenſetur a Thucydide et aliis, cuius anno 48. coeptum eſt Peloponneſiacum bellum. anno autem eius belli nono cum templum Iunonis per ſacerdotis negligentiam conflagraſſet, Chryſis Phliuntem ſe proripuit. poſt cuius fugam Phaeinis ſacerdos ex lege capta eſt, vt memorat Thucyd. in fine lib. 4. Saepe autem dubitaui, ne apud Georgium Syncellum pro Φαλίδες, legendum ſit Φαεινίδες, ab hac Phaeinide, cuius meminit Thucydides.

Ibid. 11. Ὀπισθοδόμȣς ϛήλας.) Legendum ὀπισθοδόμȣ. quid autem ſit ὀπισθόδ. docet Varro lib. 4. de lingua latina in aedibus ſacris ante cellam, vbi ſedes dei ſunt, Graeci dicunt πρόδομον, quod poſt ὀπισθόδομον. Similiter Pollux libro 1. τὸ δὲ πρὸ αὐτȣ̃ σηκȣ̃ πρόδομος, καὶ τὸ κατόπιν ὀπισθόδομος.

Ibid. 12.

Ibid. 12. Τῶν νεῶν προξενίας.) Videtur mendi quidpiam latere in voce νεῶν. quod si mendo vacat, forte intelligere oportet hospitii ius inter templa duarum ciuitatum publice constitutum fuisse. ac eodem fortasse pertinent stelae illae, in postica parte aedis repertae. Mendum quoque est in illis verbis ἐν ταῖς Φλιαῖς.

Ibid. 15. Οὔτ᾽ ὑπάρχοντι τῶν τοιέτων.) Legendum puto ὑπάρχει τι τῶν τοιέτων.

Ibid. 38. Καθήκοντος ὀλιγωρεῖν.) Post haec verba collocari debet locus ille, qui legitur in lib. 12. cap. 3. Polybii. ἐμοὶ δὲ συμβαίνει etc. qui quidem locus ita pendet ab iis, quae edidimus, vt sine his vix intelligi possit. Itaque ne verbum quidem vnum inter haec duo fragmenta interpositum fuisse pro certo habeo.

43. 4. Τὸ ἱερὸν πῦρ Φυσᾷν.) Hinc adagium, ᾧ τὸ ἱερὸν πῦρ ἐκ ἔξεσι Φυσῆσαι. de homine impudico et impuro, teste Zenobio et Suida. sed in Zenobio confusum est id prouerbium cum praecedenti ψεκὰς, legendum enim est a capite. ᾧ τὸ ἱερὸν πῦρ ἐκ ἔξεσι Φυσῆσαι· ὡς μὴ καθαρεύοντι.

Ibid. 6. Βότρυος ὑπομνήματα καὶ Φιλαίνιδος.) Philaenis περὶ σχημάτων ἀφροδισίων scripserat, quod opus tamen Aeschrion aiebat scriptum fuisse a Polycrate Atheniensi sophista, ac Philaenidis nomine euulgatum, vt honestissimae matronae notam turpitudinis inureret, vt refert Athenaeus lib. 8. Eiusdem meminit Clemens Alex. et Suidas in Ἀσυάνασσα. Botrys vero Siculus fuit, ortus oppido Messana, qui primus τὰ καλέμενα παίγνια conscripsit, teste Alcimo in rebus Siculis apud Athenaeum lib. 7.

Ibid. 12. Ἀπὸ τέγες.) Emendaui ἐπὶ τέγες, quod est in lupanari. est enim τέγος proprie οἴκημα πρόσγειον, seu cella. male apud Suidam ἀπὸ τέλες legitur.

Ibid. 17. Κωμικόν τινα μάρτυρα.) Archedicum hunc poetam infra Polybius appellat. Suidas tamen ex Timaeo Democlidem dicit. Τίμαιος, inquit, ἐν λή ἱσοριῶν ἱσορεῖ, ὡς οἱ περὶ Δημοκλείδην κατὰ Δημοχάρες εἶπον, ὅτι μόνῳ αὐτῷ πάντων Ἀθηναίων ἐκ ἔξεσι τὸ ἱερὸν πῦρ Φυσῆσαι.

44. 6. Ἐν ταῖς ἱσορίαις.) Democharis historiam laudat Lucianus in longaeuis et Athenaeus lib. 6. a quo male Δημοσθένες ἀνεψιὸς indigitatur, cum sororis filius fuerit. Itaque Athenaeus memoria lapsus videtur, cum ἀνεψιὸν vocauit, quem ἀδελφιδἕν debuerat dicere. Sic enim praeter

Polybium ſcribit Plutarchus in vitis decem oratorum et Aelianus lib. 3. variae hiſt. Erat autem Lachetis filius, Democharis nepos, pago Leuconoeenſis. Male enim apud Plutarchum in Demetrio, Δημοχάρης ὁ Λακωνεὺς ſcribitur. Apud eundem in vitis x. Rhetorum. Δημοχάρης Λάχητος Λευκονθιεύς. lege vtrobique Λευκονοιεύς. Iam quod eius auum poſui Democharem, firmatur auctoritate Demoſthenis, qui in orat. contra Aphobum ait, amitam ſuam nuptam fuiſſe Demochari Leuconoeenſi.

45. 3. Τὸ μὲν ἐπιμετρεῖν.) ἐπιμετρεῖν hic ſignificat τὸν αὐξητικὸν λόγον. quae quidem amplificatio conceditur interdum hiſtoriae ſcriptoribus, modo ſobria ſit et cum iudicio fiat. Sic ſupra in lib. 7. vbi de morte Hieronymi. ὅσῳ γὰρ ἄν τις εὐλογώτερον τὸν ἀναπληροῦντα τὰς βίβλους καὶ τὸν ἐπιμετροῦντα λόγον τῆς διηγήσεως εἰς Ἱέρωνα διάγοιτο. et in fine lib. 15. opponit Polybius, τῷ κυρίῳ καὶ συνέχοντι τὰ πράγματα τὸν ἐπιμετροῦντα λόγον. Igitur ἐπιμετρεῖν τῆς ἀπεχθείας, eſt amplificatio et exaggeratio profecta ab odio. Vt lib. 5. c. 10. ἐπιμετρῶν τῷ θυμῷ.

Ibid. 5. Τῆς προθέσεως αὐτῶν.) Legendum videtur αὐτοῦ. Timaeum enim intelligi puto, in quo reprehendendo ait Polybius ſe id quidem, quod nimis aſperum et virulentum erat, conſulto euitaiſe, illud vero, quod eius inſtituto conſentaneum erat, minime omiſiſſe. Ferri tamen poteſt αὐτῶν, ſi intelligatur de iis, quos odii cauſſa lacerauit in hiſtoriis Timaeus.

Ibid. 14. Τοιαύτας ἀποφάσεις.) Inter quas erat illa a Timaeo prolata ſententia, Calliſthenem iure ac merito occiſum ab Alexandro.

46. 1. Καθάπερ ἐν ὀξυβάφῳ.) Prouerbium eſt eius ſimile, quod latini dicunt: lauream in muſtaceo quaerere.

Ibid. 10. Καὶ Θεοφράστου.) Reprehenſus erat Theophraſtus a Timaeo, quod Zaleucum leges Locris ſcripſiſſe dixiſſet. At Zaleucum iſtum Timaeus vllum negabat fuiſſe. vt ſcribit Cicero in 2. de legibus et libro 6. ad Atticum. epiſtola 1.

Ibid. 28. Ὀψοφάγον.) Hunc Timaei locum intelligit Athenaeus lib. 8. cum ait. Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης καὶ Ἀριστοτέλη τὸν φιλόσοφον ὀψοφάγον φησὶ γεγονέναι.

Ibid. 33. Ἀνάγκη τὴν ἀκόλουθον.) Deeſſe hic quidpiam nemo non videt. Ego ita ſum interpretatus

quaſi

quasi legeretur: *ἀνάγκη τοίνυν περὶ Τιμαίȣ τὴν ἀκόλȣθον*, et cetera.

47. 7. Καθάπερ εἰς τὸν παρόντα.) Legendum puto, *καίπερ παρόντας*.

Ibid. 32. Περὶ τὰς συνομοσίας.) Legendum esse putaui *συνωμίας*, quod est interscaplia. Porro de hoc tauro Agrigentino disserit et Diodorus lib. 13. biblioth. vbi Timaeum ipso euentu postea conuictum esse prodit. Nam Scipio Africanus multis post annis capta Carthagine illum eundem taurum restituit Agrigentinis. cuius rei testis est Cicero in Verrem de signis. *P. Scipio bello Punico tertio Carthaginem cepit. qua in victoria conuocatis Siculis omnibus, quod diutissime saepissimeque Siciliam vexatam a Carthaginiensibus esse cognorat, iubet omnia conquiri. Tum illa, quae quondam erant, Himera sublata, Thermitanis sunt reddita, tum alia Gelensibus, alia Agrigentinis. in quibus etiam ille nobilis taurus. quem taurum Scipio cum redderet Agrigentinis, dixisse dicitur, aequum esse, illos cogitare, vtrum esset Agrigentinis vtilius, suisne seruire, an populo Romano obtemperare, cum idem monimentum et domesticae crudelitatis, et nostrae mansuetudinis haberent.*

48. 6. Καὶ πολλȣ̀ς δέ τινας.) Malim *πολλȣ́ς γέ τινας*. haec autem verba dubitari potest an Polybii sint, an potius breuiatoris.

Ibid. 27. Ταῦτα γάρ.) In Timaei verbis id mihi videtur reprehendisse Polybius, quod vniuersum orbem terrarum, qui sub coelo est, (*τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης*.) hac diuisione orbis in partes tres, Asiam scilicet et Africam et Europam, comprehendi putauit, cum tamen ea diuisio *τῆς οἰκȣμένης* tantum fuerit, id est, orbis cogniti, teste Strabone ac Mela et Gemino, atque ipso etiam Polybio in lib. 3. sed is non vnius Timaei error fuit, sed multorum veterum, atque inter hos, quod mirere, Plinii. Sic enim is scribit. *Terrarum orbis vniuersus in tres diuiditur partes.* Excusari tamen vterque potest, si dicamus, eos ex more vulgi esse locutos, *λαοδογματικῶς*, vt de Eratosthene aiebat Polybius.

Ibid. 34. Ὅτι Αἰτωλοί.) Hunc Polybii locum refert Athenaeus lib. 13. *περὶ δὲ Αἰτωλῶν Πολύβιος μὲν ἐν τῇ ιγ΄ τῶν ἱστοριῶν φησὶν, ὡς διὰ τὴν τῶν πολέμων συνέχειαν, καὶ τὴν τῶν βίων πολυτέλειαν κατάχρεοι ἐγένοντο.* ex quo patet, recte hoc caput lib. 13. adsignatum esse ex Athenaei auctoritate.

49. 15. Τὰ λείποντα τȣ̃ βίȣ.) Legendum censeo τὰ ἐλλείποντα.

Ibid. 26. Οὐκ ἠρκεῖτο.) Legendum videtur ȣ̓κ ἀρκεσθεὶς τȣ́τοις, ὡς τὸ πρότερον, vt Casaubonus edidit inter Polybiana fragmenta, et mox προσαπέθηκε τῷ χρυσίῳ, vt idem habet Casaubonus, seu potius Fuluius Vrsinus. Quaecunque enim fragmenta Polybii ad calcem editionis Casauboni leguntur, ea scias a Fuluio Vrsino primum collecta atque edita fuisse vna cum excerptis legationum.

Ibid. 35. Δαμοκλῆς.) Is forte est Damocles Argiuus, qui paullo post a Pythagora, praefecto arcis Argiuae, Nabidis tyranni genero, interemtus est, cum res nouas agitaret, vt narrat Liuius lib. 34.

50 13. Τῶν λυσιτελῶν.) In ms. erat, λυσιτελῶς corrupte. possit tamen et λυσιτελειῶν legi. rectius fortasse.

51. 9. Ὅτῳ δέ τινες ἐπαπορȣ̃ντες.) Forte legendum est, εἶεν δέ τινες. Haec porro ad librum 14. pertinuisse, satis indicant fragmenta libri 14 ex Athenaeo collecta, in quibus de secta ac moribus Ptolemaei Philopatoris agitur, cuius historiam a libro quinto intermissam nunc demum repetit Polybius.

Ibid. 20. Τὸν περὶ κοίλην Συρίαν πόλεμον.) Bellum intelligit, quod inter Antiochum Magnum Syriae, et Ptolemaeum Philopat. reges gestum est ob Syriam Coelen. quo bello victor Ptolemaeus Antiochum ad Raphiam Syriae oppidum profligauit, Olymp. 140. anno 3. vt narrat Polybius in lib. 5. In prologo lib. 30. Trogi Pompeii sic lego, *vt mortuo Ptolemaeo Tryphone, filius eius Philopator Antiochum regem vicit Raphiae. ipse amore Agathocleae corruptus decessit.* In Polybio legi etiam posset, τὸν περὶ κοίλης Συρίας πόλεμον.

Ibid. 24. Ζήτει ἐνέλειπε.) Haec in fine capitis locari debuerant: nam hoc certe loco nulla lacuna est.

Ibid. 27. Καὶ Ἀρσινόης.) Haec moribus Aegyptiorum eadem soror atque vxor fuit Philopatoris, quam Philopator post partam de Antiocho victoriam, misso cum percussoribus Philammone, interfecit, vt scribit Polybius lib. 15. in fine et Iustinus lib. 30. apud quem perperam Eurydice scribitur.

Ibid. 29. Εἰς τὸν νῦν δεδηλωμένον πόλεμον.) Bellum intelligo, quod Aegyptii, socordiam ac mollitiem regis grauati,

uati, ei intulerunt. secunda enim ad Raphiam pugna elati, parere posthac regi dedignabantur, ducem dumtaxat et caput requirebant, idoneas sibi vires ad resistendum esse rati. Itaque breui in apertam defectionem erupere, vt scribit Polybius in fine libri quinti.

Ibid. 36. Ῥαδίαν.) Lego ῥαδιεστέραν, qua voce vtitur alibi Polybius.

52. 9. Παρὰ τοῖς κίοις.) Apud Suidam κείοις legitur. Ego Κιανοῖς legendum existimaui. Neque enim adeo opulenta, vt opinor, Ceos insula fuit, vt oratores aleret et δημαγωγούς. Sed omnem dubitandi locum adimit ipse Polybius, qui Cianos ideo in grauissimas calamitates incidisse ait, quod pessimum quemque semper extollerent, eosque, qui se improbis opponerent, morte mulctarent, quo eorum bona inter se diuiderent. lib. 15. cap. 21. quae profecto similia ac plane germana sunt eorum, quae hic de Molpagora dicuntur.

Ibid. 11. Πλεονέκτης.) Hic locus vno verbo auctior est apud Suidam: κατὰ τὴν αἵρεσιν δημαγωγικὸς καὶ πλεονέκτης. Est autem δημαγωγικὸς, vt vno verbo reddam, popularis.

Ibid. 35. Καὶ πολυχρόνιον.) Hic est Sosibius, vir aulica solertia ac versutia instructissimus, qua inter varias regum successiones semper principem locum in administratione rerum tenuit, vt ait Polybius lib. 15.

Ibid. 37. Λυσιμάχῳ.) Hic Ptolemaei Philadelphi filius fuit ex Arsinoe, Lysimachi Thracum regis filia, frater Ptolemaei Euergetis, de quo praeter hunc Polybii locum loquitur Scholiastes Theocriti in Idyllium XVII. his verbis. Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ συνῴκει πρότερον Ἀρσινόη ἡ Λυσιμάχου, ἀφ᾽ ἧς καὶ τοὺς παῖδας ἐγέννησε Πτολεμαῖον καὶ Λυσίμαχον καὶ Βερενίκην.

53. 2. Μάγα τοῦ Πτολεμαίου.) Sic correxi, cum in exemplari scriptum esset, Μάγα καὶ Πτολεμαίου, absque sensu. Erat enim hic Maga Ptolemaei Euergetis filius, cuius auus maternus, nomine Maga, frater vterinus fuerat Ptolemaei Philadelphi, et occupato Cyrenarum regno multa cum eodem bella gesserat, vt scribit Pausanias in Atticis. Hic pinguedine ac sagina suffocatus interiit, cum quinquaginta annos regnasset, teste Agatharchide apud Athenaeum lib. 12. sed ante infirmitatem ad finienda cum Ptolemaeo fratre certamina Beronicen vnicam filiam eius filio despondit, vt

 ait

ait Iuſtinus in lib. 26. Ex hac igitur Beronice, Magae filia, et Ptolemaeo Epiphane ortus eſt minor Maga, quem Philopator ſub initia regni vna cum Beronice matre interfecit miniſterio et opera Soſibii, quemadmodum refert Polybius lib. v. et Plutarchus in Cleomene. Zenobius in adagio, Λούσαιο τὸν πελίαν, a Theogo quodam occiſum ait eſſe inter lauandum aquae feruentis lebete ſuperiecto, vbi Μέγας corrupte dicitur pro Μάγας.

Ibid. 4. Βερενίκη.) Huius caedis meminit et Zenobius in adagio, εὔνας ὁ σφάκτης.

54. 39. Τὸ Νικηφόριον.) Lucus fuit iuxta Pergamum, quem lucum ab Eumene conſitum eſſe refert Strabo lib. 13. exciſus enim fuerat a Philippo Macedonum rege, vt narrat hoc loco Polybius et initio lib. 17. Meminit et Liuius lib. 31. *quo tempore Philippo circa Pergamum vrente ſacra profanaque* etc. et lib. 32.

55. 7. Τὸ Θήβης πεδίον.) De hoc campo, qui Thebes dictus eſt, non Thebe, vt perperam in Pomponio Mela perſcriptum eſt, ſic Liuius lib. 37. *Hoſtiliter itinere facto petiit agrum opulentum, quem vocant Thebes, campum carmine Homeri nobilitatum.* qui locus ex Polybio translatus eſt legatione XXI. ſed Polybius eum campum ab Homero eſſe celebratum non di it, itaque id de ſuo admenſus eſſe videtur Liuius. Homerus quidem Thebes oppidi meminit lib. I. Iliad. Ὠχόμεθ' ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος. ſed campum Thebes non nominat, niſi forte eum locum ex hymno in Apollinem intellexit Liuius: Θήβης ἀμπεδίον πυρηφόρον. Sed ibi Homerus de agro Thebano loquitur, qui in Graecia eſt. Itaque vix eſt, vt ſe Liuius purgare ab errore poſſit. Strabo certe lib. 13. poſt Troiana tempora hunc campum ita cognominatum eſſe ſcribit.

Ibid. 11. Ἱερὰν κώμην.) Stephanus Byzantius hunc Polybii locum in mente habuit, cum notaret. ἱερὰ κώμη δῆμος Καρίας. Πολύβιος ιϛ'. ex quo apparet, recte hoc caput libro 16. Polybii a nobis adſcriptum fuiſſe. Huius oppidi incolae Hierocomitae dicuntur a Plinio libro v. qui ad Pergamenam iurisdictionem conueniebant.

Ibid. 15. Ὁ δὲ Ζεῦξις.) Haec poſtrema addidi hic ex Suida in σωματοποιεῖν, quae quidem quin ibi locum habere debeant, vbi ea collocaui, nemo, vt opinor, inficiabitur. Erat porro hic Zeuxis Lydiae ſatrapa, vt docet Poly-

Polybius legat. 24. Cuius meminit Liuius et Iofephus lib. 12. antiquit.

Ibid. 37. Αἰτωλοῖς Ἠλείοις Μεσσηνίοις.) Meffene et Elis extra concilium Achaicum erant, et cum Aetolis fentiebant, vt fcribit Liuius lib. 56. verfus finem. et cauffas quidem, cur Meffenii ab Achaeorum concilio feorfim agerent, refert Paufanias in Meffeniacis. Inter Aetolos vero atque Elidenfes cognatio intercedebat, vt fcribit idem Paufanias in Arcadicis, fub finem. Oxylus enim ex pofteris Aetoli, qui gentis Aetolorum auctor fuit, cum Heraclidas in occupanda Peloponnefo adiuuiffet, ab iis Elidem accepit, quemadmodum refert Strabo.

56. 2. Παρασπονδῆσαι τὴν Μεσσηνίων.) De hac Nabidis perfidia fic Flamininus apud Liuium lib. 35. *Nam et Meffenem vno atque eodem iure foederis, quo et Lacedaemonem, in amicitiam noftram acceptam focius ipfe fociam nobis vrbem vi atque armis cepifti.* Capta eft a Nabide tyranno Meffene eo anno, quo Lyfippus praetor Achaeorum erat, tefte Plutarcho in Philopoemene, id eft, anno 2. Olymp. 144. Vide et Paufaniam in Meffen. et in Arcadicis, fub finem.

Ibid. 16. Ζήνων καὶ Ἀντισθένης.) Zenonis Rhodii hiftoriae fcriptoris meminit Diogenes Laertii filius, in vita Zenonis Stoici: τρίτος Ζήνων Ῥόδιος, τὴν ἐντόπιον γεγραφὼς ἱστορίαν ἐνιαυσιαίαν. Eundem Zenonem laudat Diodorus Siculus lib. v. bibliothecae, περὶ μὲν οὖν τῶν ἀρχαιολογουμένων παρὰ Ῥοδίοις οὕτω τινὲς ἱστοροῦσιν, ἐν οἷς καὶ Ζήνων, ὁ τὰ περὶ ταύτης συνταξάμενος. Antifthenis Rhodii hiftoriarum fcriptoris meminit idem Diogenes.

Ibid. 19. Κατὰ τοὺς καιρούς.) Legendum videtur, κατὰ τούτους τοὺς καιρούς. et mox, καὶ προσέτι πεπολίτευνται.

Ibid. 35. Τὴν περὶ Λάδην ναυμαχίαν.) Lade infula eft in Ionia Mileto praetenta, prius Late dicta, tefte Plinio ac Strabone. Stephan. Λάδη νῆσος Αἰολίδος. Circa hanc infulam Philippus praelio nauali decertauit cum Rhodiis, Olymp. 144. anno, vt opinor, 2. quippe ea pugna contigit ante expugnationem Meffenes a Nabide factam, vt Polybius hic teftatur. Sequenti autem anno victus eft idem Philippus nauali pugna ad Chium, quam defcribit Polybius lib. 16. Vtriusque pugnae meminit obiter T. Liuius lib. 31. fub initium: *Eo maxime tempore Abydum oppugnabat, iam cum Rhodiis et Attalo naualibus certaminibus neutro feliciter prae-*

lio vires ſuas expertus. id eſt, neque illo ad Laden, neque altero ad Chium praelio. Itaque absque hoc Polybii noſtri loco Liuii locus intelligi non poterat. Ceterum quin pugna ad Laden praeceſſerit praelium ad Chium, dubitari non poteſt, tum ex his quae dixi, tum hoc argumento. Conſtat enim, Attalum poſt vtrumque illud praelium ſtatim Athenas veniſſe, ex Liuio ac Polybio, legatione 2. ac tum Athenienſes ei publice ob rem feliciter geſtam gratulatos eſſe. venit ergo poſt pugnam ad Chium, in qua pugna Attalus et Rhodii ſuperiores fuerant.

58. 10. Τὸν Ἡρακλείδην.) Hic Heraclides erat Tarentinus, vir omnibus flagitiis contaminatus, quem deſcribit Polybius lib. 13. ob cuius amicitiam cum Philippus omnium ſe inuidiae expoſitum cerneret, tandem eum in vincula coniecit, ſummo omnium gaudio, vt ait Liuius lib. 32.

Ibid. 17. Ἐν τῷ πρυτανείῳ.) *Prytaneum* vertimus, Liuium auctorem ſecuti. Is lib. 42. *Cyzici in prytaneo, id eſt penetrale vrbis, vbi publice, quibus is honos datus eſt, veſcuntur.* ſed et apud Ciceronem ea vox latine ita enunciatur.

Ibid. 29. Παρὰ τὸν Ὁπλίτην.) Hoplites riuus memoratur a Plutarcho in Lyſandri vita, qui Haliartum Boeotiae praefluit. quamquam alii torrentem eſſe dicebant iuxta Coroneam, qui in Phliarum amnem influit: ſed alius hic Hoplites intelligitur.

Ibid. 32. Κατὰ Ἔλλας.) Corruptus eſt hic locus. ego Σελλασίαν legendum eſſe exiſtimaui, quod ſequentia demonſtrant. Sellaſia, ſiue Selaſia (vtroque enim modo ſcribitur) oppidum fuit in agro Laconico, non procul ab vrbe Sparta, quod ſua aetate dirutum fuiſſe teſtatur Pauſanias.

59. 4. Ταῖς Κυρυνῖσι.) Haud dubie legendum eſt ταῖς Σκειρωνίσι, hic et ſtatim infra. ſunt enim Scironia ſaxa prorſus ad Orientem Corintho, vt docet Strabo lib. 7. et 8.

Ibid. 5. Τὴν Ποντοπορίαν.) Legendum eſt Κοντοπορίαν, ſic enim vocabatur via, qua Corintho ibatur Argos. Athenaeus lib. 2. Πτολεμαῖος δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν δευτέρῳ ὑπομνημάτων. ἐπὶ Κορίνθου προχοῦσι, φησὶν, ἡμῖν διὰ τῆς Κοντοπορίας καλουμένης etc. Pauſanias in Corinthiacis duplicem ait fuiſſe viam Cleonis Argos, alteram homini expedito permeabilem et compendioſam, alteram anguſtam quidem etiam, ſed curribus et carpentis peruiam, quae διὰ τρητοῦ

τῦ diceretur; priorem, διὰ τῆς Κοντοπορίας dictam esse existimo.

Ibid. 23. Θαλαμίας.) Legendum Θαλάμας, oppidum Laconicae teste Pausania, ita dictum a Castorum templo, qui in eo agro geniti esse dicuntur. Θαλάμαι enim proprie dicitur τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερὸν, vt notant Grammatici.

Ibid. Φάρας.) Pharae oppidum est Messeniae, quod etiam Φηραὶ dicitur ab Homero. Apud Ptolemaeum Φεραὶ perperam scribitur pro Φηραί. Sic enim πηγαὶ, quod est oppidum Megaricae, etiam παγαὶ dicitur Dorica dialecto. Cornelius Nepos in Conone Pharas coloniam Lacedaemoniorum vocat. Liuius lib. 35. Pheras dicit. *Et duarum portarum itineribus, quae Pheras quaeque Barbosthenem ferunt.* Huius oppidi ciues Φαρᾶται dicuntur teste Strabone. Stephanus Φαραίτας dicit, Pausanias in Messeniacis Φαραιάτας.

60. 1. Εἶναι μόνον.) Forte Μεσσηνίων.

Ibid. 19. Πρὸς Λυκόαν.) Huius oppidi meminit Pausanias in Arcadicis et Stephanus.

Ibid. 21. Τῦ Λυσίυ ῥεῦμα.) Legendum est Λυσίυ. Sic enim vocabatur hic fluuius eo quod Iupiter, postquam ex matris vtero prodiisset, eo ablutus fuerat, vt scribit Pausanias ἐν τῇ περιηγήσει τῆς Ἑλλάδος lib. 8. sane Λυσίυ legitur apud Suidam in Ἀλφειὸς, vbi hic Polybii locus refertur.

Ibid. 22. Ζήτει.) Hic vero deesse quaedam, tametsi haud moneret antiquarius, facile erat deprehendere. restabat enim alter Zenonis error longe grauior, qui Alpheum dixerat circa Lycoam Arcadiae in mare euolui, cum tamen constet, eum amnem, per Pisatem agrum et Olympiam fluentem, in Elide tandem paullo supra Cyllenem, Eleorum nauale, teste Strabone Ptolemaeo ac Pausania, in mare egeri.

62. 13. Ἀντιπάτρυ.) Hic erat fratre Antiochi Magni genitus, vt testis est Polybius lib. v. et Liuius lib. 37.

Ibid. 17. Τῆς ἑταιρικῆς ἵππυ.) Erat apud Macedones cohors equitum, qui ἑταῖροι dicebantur, ex instituto Philippi regis Macedonum, quemadmodum testatur Theopompus lib. 49. et Demosthenes in responsione ad Philippi epistolam, τὺς δὲ, inquit, περὶ αὐτὸν ὄντας ἑταίρυς. quamquam Anaximenes lib. 1. Philippicarum hist. eius instituti auctorem facit Alexandrum, qui praestantissimos quosque, equitandi artem edoctos, ἑταίρυς vocauit, ac pedites similiter

πεζε-

πεζεταίρες, vt refert Harpocratio. Ab his ἑταίροις diuerſa erat ala amicorum, vt docet Polybius lib. 31. Porro ἑταίρες ſodales potius interpretari vellem, quam vt Caſaubonus. In lib. v. τὸ δ' εὐώνυμον κέρας ἀπέδωκε τοῖς ἑταίροις προσαγορευομένοις ἱππεῦσι, ait Polybius, quae Caſaubonus ſic vertit: *laeuum cornu dedit equitibus, quos hetaeros ſiue regis ſocios vocitant;* parum latine vt exiſtimo. Poſſis et comites vertere. ſic apud Ammianum Marcellinum et in Notitia Imperii Romani comites ſagittarii, et comites clibanarii recenſentur ea ratione, ni fallor.

Ibid. 39. Τὰ θηρία τὲς.) Lego τὰ δὲ θηρία.

65, 7. Ὡς ἔνι μάλιστα Φαίνεται.) Legendum videtur ὡς ἐμοὶ μάλιστα Φ. vel potius λυπηθῆναι μὲν ὡς ἔνι μάλιστα Φαίνεται.

Ibid. 11. Περὶ αὐτὲ καθ' ἡμᾶς.) Forte legendum eſt πράττειν καθ' ἡμᾶς καὶ τὲς ἐπιγενησομένες.

66. 37. Τὰς ἐν τοῖς πότοις ἐπιλύσεις.) Exiſtimaui legendum eſſe ἐπικλήσεις. Moris enim fuit, vt principibus viris hoc adulationis genere blandirentur in conuiuiis. Tibullus lib. 2.

Sed bene Meſſalam ſua quisque ad pocula dicat:
Nomen et abſentis ſingula verba ſonent.

Alexis quoque in Pharmacopola quendam inducebat, qui vni e conuiuis propinans haec diceret: παῖ, τὴν μεγάλην δὸς, ὑποχέας Φιλίας κυάθες τῶν παρόντων τέτταρας. τὲς τρεῖς δ' ἔρωτος προσαποδώσεις ὕστερον. Ἀντιγόνε τὲ βασιλέως νίκης καλῶς. καὶ τὲ νεανίσκε Κύαθον Δημητρίε· Φέρε τὸν τρίτον Φίλας ἀΦροδίτας. Poſſet etiam ἐπιχύσεις legi apud Polybium, vt libationes intelligantur, quas prolato principum virorum nomine fieri mos erat, vt declarat idem Alexis in primo verſu quem protulimus, παῖ τὴν μεγάλην δὸς ἐπιχέας. ſic enim malo. Athenaeus lib. VI. Οἱ λημνόθεν Ἀθηναῖοι ὁ μόνον ναὲς κατεσκεύασαν τὲ Σελεύκε, ἀλλὰ καὶ τὲ Ἀντιόχε, καὶ τὸν ἐπιχεόμενον κύαθον ἐν ταῖς συνεσίαις Σελεύκε σωτῆρος καλεσι.

67. 13. Ἀξίαν ποιεῖσθαι.) In mſc. erat ἄξια ποιεῖσθαι. Graeci ſermonis elegantia poſtulat, vt dicatur κατ' ἀξίαν ποιεῖσθαι. Porro de hoc Soſibio Soſibii filio loquitur Polybius lib. XV. in fine.

69. 1.

69. 1. *Κατὰ γὰρ τετάρτην ἔφοδον.*) Legendum haud dubie eſt *κατὰ γὰρ τὴν Περσῶν ἔφοδον.* quam autem Perſarum incurſionem intelligat, equidem incompertum habeo.

Ibid. 21. *Πρὸς τὸν Πτολεμαῖον πίστιν.*) Socii ac foederati regis Ptolemaei videntur fuiſſe Gazenſes, iam inde a Ptolemaei Philopatoris temporibus, qui Antiochum regem Raphiae ſuperauit. Mortuo autem Philopatore Antiochus, deſpecta pupilli aetate, cum in Coeleſyriam inuaſiſſet, Scopas magiſter militum a Ptolemaeo Epiphane aduerſus eum eſt miſſus. quo victo ad Panium iuxta Iordanis caput, et intra Sidonis moenia contruſo, tandemque cum turpiſſimis conditionibus nudo dimiſſo, Antiochus Syriae vrbes, quae in Ptolemaei ditione fuerant, cepit, inter quas et Gazam poſt diuturnam obſidionem expugnauit atque vaſtauit. Multas quoque Ciliciae et Lyciae occupauit, et ad extremum Epheſum; teſte Hieronymo in caput XI. Danielis, et Liuio et Polybio, cuius fragmentum extat apud Suidam in *εὐκαιρίαν.* Ioſephus in huius hiſtoriae narratione intricatior eſt, et falſus mihi videtur, cum ait lib. 13. *νικήσας μέν τοι τὸν Πτολεμαῖον ὁ Ἀντίοχος τὴν Ἰουδαίαν προσάγεται.* atqui Ptolemaeus ipſe Philopator (hunc enim intelligit Ioſephus) Antiochum ingenti praelio vicerat Raphiae, nec poſt id praelium cum Philopatore congreſſum eſſe Antiochum legimus. Porro victoria Antiochi ad Panium contigit Flaminino et Paeto Coſſ. anno vrbis 555. vt coniicere eſt ex Liuio. Is lib. 34. ſcribit, Scopam, qui a Ptolemaeo miſſus erat in Graeciam, conductos milites Alexandriam auexiſſe Galba et Cotta Coſſ. anno vrbis 553. Libro autem 33. poſtquam praelium ad Cynoſcephalas deſcripſit, quod Cethego et Rufo Coſſ. contigit, ſubdit: *Antiochus cum priore aeſtate omnibus, quae in Coeleſyria ſunt, ciuitatibus Ptolemaei in ſuam poteſtatem redactis in hiberna Antiochiam conceſſiſſet etc.* Ex quo ſequitur, bellum in Coeleſyria accidiſſe Flaminino et Paeto Coſſ. Fallitur igitur Caſaubonus in Chronologia.

Ibid. 34. *Ἐν τοῖς Βαργυλίοις.*) Bargylia occupauerat Philippus, vt docet Liuius lib. 32. *Rhodii Peraeam repetebant, poſtulabantque praeſidia deduci ab Iaſſo et Bargyliis et Euromenſium vrbe.*

70. 12. *Κατ' αὐτοῦ πρεσβείας.*) Legendum *καθ' αὐτοῦ.* Inter ceteros autem Athenienſes legatos Romam miſerant et

Rhodii,

Rhodii, et rex Asiae Attalus, quemadmodum refert Liuius lib. 31. initio.

Ibid. 37. Παρὰ δὲ Μαγνήτων.) Haec postrema addidi ex Athenaeo lib. 3. qui ex lib. 12. historiarum Polybii haec esse sumta testatur, eumque secutus est quoque Casaubonus: sed legendum est in Athenaeo, ἐν τῇ ις' τῶν ἱστοριῶν, vt satis patet ex hoc nostro fragmento. Nam liber 12. Polybii nihil fere aliud continebat, quam παρέκβασιν siue excessum aduersus Timaeum. Porro post hoc fragmentum collocanda est descriptio pugnae naualis ad Chium, quam habes initio excerptorum lib. 16. quod quidem certo certius est.

71. 6. Ἐμοὶ ἔσαι πολλάκις.) In mſ. erat ἔσε, corrupte vtrumque. Melius forsan, ἐμοὶ δὲ πολλάκις.

Ibid. 34. Ἀρισαίνετος.) Liuius lib. 32. Aristaenum hunc vocat, vbi oratio eius refertur, qua Achaeos a Philippi societate ad partes populi Romani traduxit. sed et lib. 34. eundem semper Aristaenum nominat. In Polybio ambigua huius nominis scriptio est: modo enim Aristaenetus, modo Aristaenus dicitur. Apud Plutarchum in vita Philopoemenis Aristaenetus quoque dicitur, sed in Vulcobiano codice Ἀρίσαινον legi aiunt. quod quidem praefero, cum Pausanias in Arcadicis eum Aristaenum nominet, et ipse Polybius infra, vbi eum cum Philopoemene componit. Erat autem Megalopolitanus, teste Plutarcho ac Pausania.

72. 2. Κἀκεῖνο τὸ διαβέλιον.) Melius legeretur, κατ' ἐκεῖνο τὸ διαβέλιον.

Ibid. 11. Δημοσθένην.) In oratione pro corona.

Ibid. 27. Τιμόλαν.) Demosthenes Τιμόλαον vocat, de cuius luxu atque ingluuie multa dixerat Theopompus lib. 45. Philippic. teste Athenaeo.

74. 31. Τῶν πλειόνων δυνάμεων.) Legendum puto, τῶν πλεῖον δυναμένων.

75. 17. Κατὰ τὸν Δημοσθένην.) Verba maximi oratoris ex orat. illa pro Ctesiphonte sunt haec: ἐδεὶς γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ τȣ̃ προδιδόντος συμφέρον ζητῶν χρήματα ἀναλίσκει, ἐδ' ἐπειδὰν, ὧν ἂν πρίηται, κύριος γένηται, τῷ προδότῃ συμβέλῳ περὶ τῶν λοιπῶν ἔτι χρῆται. ἐδὲν γὰρ ἦν ἂν εὐδαιμονέστερον προδότȣ. ἀλλ' ἐκ ἔστι ταῦτα, ἐκ ἔστι, et cetera admirabili elegantia.

76. 7. Τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος.) Haec postrema pars luculenti huiusce fragmenti extat in reliquiis libri XVII. c. 13.

76. 20.

76. 20. Βασιλεὺς Ἄτταλος.) Hoc fragmentum cum sequenti paene ad verbum vertit Liuius in fine libri 32.

79. 14. Τοῦ μεγάλου κληθέντος.) Africanus maior cognominatur apud Ciceronem aliosque, ad differentiam minoris Africani. Eadem ratione Cato maior est dictus, quem Graeci πρεσβύτερον dicerent. sed Africanum Magni cognomen habuisse, nemo vt opinor dixit.

Ibid. 23. Μέτριος τὴν ὕπαρξιν ὡς Ῥωμαῖος.) Haec verba ancipitis sunt et ambigui sensus. Vtrum enim Scipionis opes mediocres fuisse, vt reliquorum fere Romanorum, voluit dicere, an potius mediocres ei facultates fuisse, si cum ceteris Romanis compares? Eandem sermonis ambiguitatem memini me in Thucydide notare, qui de Brasida Spartano scribit: ὅτι ἦν οὐκ ἀδύνατος εἰπεῖν ὡς Λακεδαιμόνιος. quod ita explicat Aelianus lib. 12. variae hist. quasi dicere voluerit Thucydides, dicendi imperitos fuisse Spartanos, ac Brasidam fuisse, vt inter Spartanos, facundum. sic enim Latini dicunt. Liuius libro 32. *princeps Aetolorum Alexander, vir vt inter Aetolos facundus.*

80. 1. Ἐν τῷ ιβ΄. λόγῳ.) In mſ. exaratum est μ. sic enim semper τὸ βῆτα in eo codice perscribitur. sed procul dubio legendum est ιη΄. Haec enim sunt ex libro XVIII. historiarum Polybii, ad quem librum pertinent etiam, ni fallor, duo illa fragmenta, quae proxime antecedunt, vt didici ex codice mſ. bibliothecae regiae; in quo excerpta ex libris historiarum Polybii leguntur, quorum initium est a libro VI. In eo codice ita reperi: ἐκ τοῦ ιη΄ τῆς Πολυβίου ἱστορίας. ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἕκτην βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλιπὼν, et cetera, quae vulgo inter eclogas lib. 17. c. 23. censentur. Nostram sententiam mirifice illud confirmat, quod Liuius (quem Polybii simiam merito appellare possumus) eundem ordinem instituit. nam cum librum 31. Polybianis ipsis verbis terminasset, mox a praelio ad Cynoscephalas alterum orditur. quare non dubitamus, descriptionem illam praelii ad Cynoscephalas libro 18 Polybii adsignare.

Ibid. 7. Ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς.) Operae pretium est Liuii interpretationem hic apponere ex lib. 32. *Huic viro praeter diuitias nihil ad spem regni fortuna dederat. His simul prudenter, simul magnifice vtendo effecit; primum vt sibi, deinde vt aliis non indignus videretur regno. Victis deinde praelio vno Gallis, quae tum gens recenti aduentu*

terri-

terribilior Asiae erat, regium adsciuit nomen. cuius magnitudini semper animum aequauit etc.

Ibid. 33. *Νικήσας μάχῃ Γαλάτας.*) Ab hac victoria dictus est *Γαλατονίκης* apud Suidam in *Νίκανδρος*. Strabo l. 13. *καὶ ἀνηγορεύθη βασιλεὺς οὗτος πρῶτος νικήσας Γάλατας μάχῃ μεγάλῃ.* Meminit eiusdem victoriae Pausanias in Atticis et in Phocicis. Porro notandum est, quod ait Strabo, primum hunc regium nomen adsciuisse post victoriam de Gallis, id est, Olympiade 134. anno 4. Certe Philetaerus Spado, qui primus dominationem Pergamenorum constituit, auus Attali, rex in nummis veteribus dicitur, teste Goltzio in thesauro, cui successit Eumenes fratris filius, quem quidem regem quoque appellatum esse inuenio a Iustino lib. 27. (qui tamen regem Bithyniae appellat magno errore) et a Diogene Laertii filio, in vita Arcesilai: *Ἐχορήγει αὐτῷ πολλὰ Εὐμένης ὁ τοῦ Φιλεταίρου. διὸ καὶ τούτῳ μόνῳ τῶν ἄλλων βασιλέων προσεφώνει.* vbi notandum est, Eumenem dici Philetaeri filium, qui reuera erat fratris filius, teste Strabone. Itaque rectius apud Athenaeum *ἀδελφιδοῦς* dicitur, vbi ex ebrietate interiisse memoratur: *ὑπὸ μέθης ἀπέθανεν Εὐμένης ὁ Περγαμηνὸς ὁ Φιλεταίρου τοῦ Περγάμου βασιλεύσαντος ἀδελφιδοῦς, ὡς ἱστορεῖ Κτησικλῆς ἐν τρίτῳ χρόνων.* sed fortasse a Philetaero auo adoptatus fuit Eumenes.

81. 4. *Ἐν αὐτοῖς τοῖς καλλίστοις ἔργοις.*) Eadem prope verba repetit Polybius in excerptis legationum, cap. XXV. Narrat Plutarchus in Flaminino, Attalum regem cum in gratiam Flaminini maximo impetu ac concitatiore animo orationem habuisset ad Boeotos, vt eos ad societatem populi Romani perliceret, subita vertigine aut rheumate correptum in concione ipsa collapsum esse, atque inde nauibus auectum paullo post expirasse.

Ibid. 9. *Παισὶ παίδων.*) Id sane praedictum ei fuerat oraculo, vt ex veteri auctore refert Suidas: *Ὅτι Ἄτταλος ὁ Ἀπολλωνιάδος ἀνὴρ βασιλεὺς Ἀσίας μεταλλάττει τὸν βίον πληρωθείσης ἐπ' αὐτῷ τῆς πυθίας, ἥτις χρησηριαζομένη Ἀττάλῳ τῷ μεγάλῳ ἔφη· Θάρσει ταυρόκερως ἕξεις βασιληΐδα τιμὴν καὶ παίδων παῖδας. τούτων γε μὲν οὐκέτι παῖδες.* Cuius oraculi meminisse videtur Pausanias lib. vlt. cum ait, *τὸν δὲ αὐτὸν τοῦτον Ἄτταλον καὶ ταυρόκερων προσείρηκε τὸ χρησήριον.*

83. 5. *Πρὸς Λαβρύναν.*) Larymnam alii vocant oppidum in ora Boeotiae situm ad ostia Cephissi amnis, cui nomen

men dedit Larymna, Cyni filia, teſte Pauſania in Boeoticis. Meminit eiusdem oppidi Strabo ac Plinius.

84. 26. Πρὸς τὴν τοιαύτην.) Deeſt καχεξίαν, aut quid ſimile, qua voce vtitur in hoc fragmento Polybius non ſemel, eique εὐεξίαν opponit. Eiusdem originis verbum eſt καχεκτεῖν, vnde καχέκται dicti apud Polybium legat. 38. quo in loco de praua adminiſtratione reip. Boeotorum eadem repetit, quae hic dixerat, πολλῆς δὲ περὶ τούτων ἀμφισβητήσεως ὑπαρχούσης διὰ τὸ πλείους εἶναι τοὺς καχέκτας τῶν εὐπόρων. Tacitus alicubi dicit, *et quod in vrbe aegrum erat.*

Ibid. 40. Ἀπεμέριζον τοῖς συσσιτίοις.) In mſ. legebatur τοῖς οὖσι τοῖς, absque ſenſu: ſed correxi ex Athenaeo, qui haec adducit ex lib. xx. Polybii. Quemadmodum autem ex Athenaeo hunc Polybii locum emendauimus, ſic viciſſim Athenaeus ex noſtro codice emendadus videntur. Nam pro κοινώνεια τοῖς φίλοις, legendum videtur, κοινὰς τοῖς φίλοις τὰς οὐσίας ἐποίουν. Sed tolerari poteſt fortaſſe κοινώνεια, vt ſint quaſi collegia ac ſodalitia. quod autem in Athenaeo δειλινὰ legitur, non praefero noſtrae lectioni δεῖπνα, quamquam, vt ingenue fatear, in exemplari noſtro erat, διπλᾶ.

85. 16. Εἰς τὸν Ἰσθμὸν προεκάθισε.) Sic emendauimus, cum in mſ. eſſet προσεκάθισε. Eſt autem προκαθίζειν Polybiana vox. Liuius eleganter interpretatur *Praeſidere.* Quod enim Polybius in legat. 12. dicit, ἀλλ' εἰ μὲν αὐτὸς δύναται προκαθίσας τῆς ἠπείρου παρασκευάζειν σφίσι τὴν ἀσφάλειαν. Liuius lib. 36. ita vertit: *ſed ſi ipſe poſſet terreſtribus naualibusque copiis praeſidere Epiro.* Vide fragmenta Polybii in ἐπίνειον et προκαθίσαι apud Suidam.

Ibid. 28. Τῆς παρουσίας αὐτῶν.) Hunc locum ita emendaui, τῆς παρουσίας τῶν Ἀχαιῶν οὐκ ἐνθυμηθέντες.

86. 2. Ἔν γε μὴν τοῖς ἑξῆς.) Belli Perſici tempora intelligit, quo tempore Boeoti in maximas calamitates inciderunt, vt narrat Liuius lib. 42.

Ibid. 10. Τὴν ἐπαναίρεσιν Βραχύλλου.) Hic Brachilla filius erat Neonis, praecipuus Macedonicarum partium fautor inter Thebanos, de cuius caede ſcribit Liuius lib. 33. qui locus ex cap. 8. legationum Polybii eſt transſcriptus. Apud Plutarchum, in Flaminini vita, Βραχύλλελις corrupte ſcribitur. neque emendatius apud Liuium Barcilla. Porro hunc auctoris noſtri locum Liu. lib 36. ſic eſt interpretatus: *In Boeotiam ipſe profectus eſt, cauſſas in ſpeciem irae ad-*

uerſus Romanos eas, quas ante dixi, habentem, Barcillae necem et bellum a Quintio Coroneae propter Rom. militum caedes illatum, reuera per multa iam ſaecula publice priuatimque labente egregia quondam diſciplina gentis.

Ibid. 19. Οἱ τῶν Βοιωτῶν Ἄρξαντες.) Exiſtimaueram legendum eſſe Ἄρχοντες. Sed Liuius vulgatam lectionem videtur tueri: ſic enim vertit, *obuiam effuſis vndique Boeotiae principibus, Thebas venit.* Itaque id in dubio relinquimus. Ceterum proxime ante hoc caput collocari debet cap. 12. legationum Polybii, vt ex Liuii libro 36. ſatis liquet.

Ibid. 28. Τοῦ Πασιςράτου.) Hic locus legitur apud Suidam in εὐαρμοςότερος. Liuius tamen eum Pauſiſtratum ſemper appellat, lib. 33 initio, et in fine lib. 36. et in lib. 37. Apud Polyaenum lib. v. ſtrateg. Ναυσίςρατος Ῥοδίων ναύαρχος dicitur corrupte, cum Παυσίςρατος dici debeat. In Appiani Syriacis, Παυσίμαχος.

Ibid. 35. Ἄρτι γάρ.) Hanc periodum hic adieci ex Suidae lexico, qui in voce διάληψις hunc locum adducit ex libris excerptorum περὶ γνωμῶν Conſtantini noſtri procul dubio.

87. 1. Διὰ τὴν περιπέτειαν.) Intelligit fraudem, qua Pauſiſtratus a Polyxenida regiae claſſis praefecto circumuentus cum ſuis periit, quemadmodum narrat Liuius lib. 37. qui Pauſiſtrato Eudamum ac Pamphilidam ſubſtitutum eſſe dicit.

Ibid. 3. Διοφάνης.) Haec T. Liuius ita vertit lib. 36. *Per eosdem dies Elaeam ex Achaia mille pedites cum centum equitibus Diophane omnibus iis copiis praepoſito acceſſerunt. veterani omnes et periti belli erant, et ipſe dux Philopoemenis ſummi tum omnium Graecorum imperatoris diſcipulus.* Eiusdem Diophanis elogium habes cap. 41. legationum: Ὁ δὲ Διοφάνης ὁ Μεγαλοπολίτης ἄνθρωπος ςρατιωτικώτερος μᾶλλον ἢ πολιτικώτερος etc.

Ibid. 19. Μοαγέτης.) De hoc regulo videndus eſt Liuius lib. 38. et cap. xxx. legationum Polybii, quod quidem huic noſtro fragmento connexum fuiſſe apparet. Fuit autem id nomen Moagetes familiare tyrannis Cibyratarum. Sic enim dictus eſt vltimus ille, quo pulſo Mithridatici belli temporibus extincta eſt a Murena tyrannis Cibyratarum, teſte Strabone.

88. 23. Μέχρι τῆς τελευταίας.) In Suidae lexico additur ἡμέρας. quod tamen non minori elegantia ſubaudiri poſſit.

89. 14.

89. 14. Ὀρτιάγων.) Liuio lib. 38. Orgiago. In prologo lib. 32. Trogi Pompeii Ortiago Gallus dicitur, itemque apud Suidam in v. Παιδοπολίτης, vbi filius eius fuiſſe dicitur Paedopolites. Ὀρτιάγοντος ἐγεγόνει Παιδοπολίτης, προβαίνων δὲ κατὰ τὴν ἡλικίαν δικαστὴς ἀπεδείχθη.

91. 8. Πλὴν τότε.) Hoc caput cum capite 47. legationum copulari debet. Nam poſt ea verba, quae illic leguntur, ἀπηρείσατο τὰς ἐλπίδας, inſerendum eſt hoc caput, quod nunc primum edidimus.

92. 1. Ἀναστάτους ποιήσαντα.) Haec Liuius ita expreſſit lib. 40. *Iam primum omnem fere multitudinem ciuium ex maritimis ciuitatibus cum familiis ſuis in Emathiam, quae nunc dicitur, quondam appellata Paeonia eſt, traduxit, Thracibusque et aliis barbaris vrbes tradidit habitandas, fidiora haec genera hominum fore ratus in Romano bello. Ingentem ea res fremitum in tota Macedonia fecit* etc. ſane grauiter.

Ibid. 36. Πατέρων παραγωγάς.) *Patrum fortunam* verti: caute vt equidem exiſtimo. *famam* etiam aut *potentiam* poſſis interpretari. videtur enim ea vox deducta eſſe ἀπὸ τοῦ παράγειν, quod eſt producere ſeipſum atque in lucem ac famam prodire. vnde et ἀντιπαραγωγαὶ a Polybio dicuntur, id eſt obtrectationes atque aemulationes. Sic enim lib. 18. διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀντιπαραγωγάς.

93 28. Τετταράκοντα ἔτη συνεχῶς.) Sic emendaui, cum in exemplari eſſet συνήθως absque ſenſu. vixit porro Philopoemenes annis 70. teſte Plutarcho et Liuio, et Polybio, qui de vltima Philopoemenis expeditione ſic ait. ὁ δὲ ἐξαναστὰς προῆγε· τὰ μὲν ὑπὸ τῆς ἀῤῥωστίας, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ἡλικίας βαρυνόμενος, εἶχε γὰρ ἑβδομηκοστὸν ἔτος. διαβιασάμενος δὲ τὴν ἀσθένειαν τῇ συνηθείᾳ τῇ πρότερον, παρῆν ἐξ Ἄργους εἰς Μεγαλόπολιν αὐθημερόν. Haec duo fragmenta, quae diuulſa apud Suidam leguntur in βαρυνόμενος et διαβιασάμενος, ſic recte coniunxi ex auctoritate Plutarchi. Cum ergo 70. annos vixerit Philopoemenes, et 40. continuos annos in repub. ſit verſatus, relinquitur, eum triceſimo aetatis anno ad remp. acceſſiſſe, quae fuit ſolennis ad rempub. capeſſendam aetas apud Achaeos, quemadmodum indicat Polybius legat. 89. συγκλήτου συναχθείσης εἰς τὴν Σικυωνίων πόλιν, ἐν ᾗ συνέβαινε μὴ μόνον συμπορεύεσθαι τὴν βουλὴν, ἀλλὰ πάντας τοὺς ἀπὸ τριάκοντα ἐτῶν. Dionyſius quoque Halic. lib. 4. eam fere omnium gentium legem fuiſſe ait. ἀπὸ ταύτης γὰρ οἱ νόμοι

καλῦσι τῆς ἡλικίας ὡς ἐπιτοπολὺ τὺς ἄρχειν τε καὶ πράττειν τὰ κοινὰ βυλομένυς.

94. 6. Ὅτι Πόπλιος.) Horum trium imperatorum, Philopoemenis ſcilicet et Hannibalis ac Scipionis, comparationem hic faciebat Polybius, qui omnes vno eodemque anno obierant Claudio Marcello et Fabio Labeone Coſſ. Anno vrbis 570. vt Polybius ſcripſerat teſte Liuio lib. 39. quamquam Cornelius Nepos in Hannibalis vita refert, Polybium in annalibus ſcriptum reliquiſſe, Hannibalem Aemilio Paullo et Baebio Tamphilo Coſſ. eſſe mortuum. ſed Liuii auctoritas apud me quidem potior eſt.

Ibid. 26. Χαίρων.) Hic eſt, qui in capite 46. legationum Polybii Charon dicitur et cap. 53.

96. 26. Δεῖν δικαιολογεῖσθαι.) In mſ. codice et in Suidae lexico legitur δεῖν δίκαιον ἡγεῖσθαι absque ſenſu. Itaque Caſaubonus inter fragmenta Polybiana hunc locum cum referret, edidit δικαιολογεῖσθαι, quod et nos ſecuti ſumus.

Ibid. 37. Τὰ χρέα φεύγοντας,) Suidas rectius διὰ τὰ χρέα. paullo poſt legendum videtur Μακεδονίας παρακεχωρηκότας.

97. 6. Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς.) Sic emendaui cum in mſ. codice Σιτωνίας legeretur. Itoniae Mineruae fanum fuit celebre in Boeotia teſte Polybio lib. 4. et Strabone lib. IX. et Scholiaſte Apollonii lib. I. qui quidem templum id Coroneae fuiſſe affirmat. Fuit et fanum Mineruae Itoniae ſiue Itonidis in Theſſalia, dictum ab Itone Deucalionis filio, teſte eodem. Stephanus, λέγεται καὶ Ἴτωνος, ἀπὸ Ἴτωνυ ἥρωος, ἀφ᾽ ὗ καὶ Ἰτωνία ἡ Ἀθηνᾶ, ἥ τις καὶ Ἰτώνη, lege Ἰτωνίς.

Ibid. 9. Ἀφ᾽ ὧν ἕκαςος ἔφυγε.) Hunc locum ita verti, quaſi ἀφ᾽ ὗ legeretur. vulgata tamen lectio ferri commode poteſt.

Ibid. 16. Πολλὺς τε μετεωροδοκῶν.) Non diſſimulabo lectionem mſ. codicis, quae ſic habet: πολλὺς ἐμετεωροδοκῶν καλὰς ἐλπίδας ὑποδεικνύναι. neque aliter in Suidae lexico legitur, niſi quod πολλάκις μετεωροδοκῶν ibi ſcribitur, ex quo coniiciebat Caſaubonus, πολλάκις μετέωρος ἦν δοκῶν, vel μετέωρος ὢν ἐδόκει, ſed emendatio noſtra nobis praeridet. Poſſet etiam legi πολλὺς ἐμετεωροδόκει καλὰς ἐλπίδας ὑποδεικνύων. In vetuſtiſſimo cod. Suidae, qui eſt in bibl. regia, reperi: πολλὺς πολλάκις μετεωροδοκῶν.

Ibid. 29. Τήν τε περὶ τὰς γυναῖκας.) Haec ex lib. 26. Polybii excerpta eſſe docet Athenaeus lib. X. cum ait,

Περσεὺς

Περσεὺς κατ' ὐδὲν τὸν πατέρα Φίλιππον ἐμιμήσατο. ὔτε γὰρ περὶ γυναῖκας ἐσπουδάκει, ὔτε Φίλοινος ἦν, ἀλλὰ καὶ ὐ μόνον αὐτὸς μέτριον ἔπινε δειπνῶν, ἀλλὰ καὶ οἱ συνόντες αὐτῷ Φίλοι, ὡς ἱςορεῖ Πολύβιος ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ εἰκοςῇ. quae hic inferenda esse nemo non videt.

98. 13. Βάθος.) Vox est Polybiana, quae altitudinem mentis atque ingenii significat, qua praeditus abdita quaeque examinat ac dispicit. Itaque Polybius de Pausistrato supra dixit: Βαθύτερος τῇ Φύσει καὶ ςασιμώτερος μᾶλλον ἢ τολμηρότερος ὑπῆρχεν. Βάθος enim fere cum constantia coniunctum est, vt contra, qui a Graecis ἐπιπόλαιοι dicuntur, leues solent esse. Suidas in ἐπιπόλαιος. ὁ δὲ Σιλβανὸς ἐπιεικὴς μὲν ἦν, καὶ τἄλλα ἱερὸς, καὶ ἁπλούςερος τὰ ἤθη καὶ ἐπιπόλαιος, quod Suidas explicat ἀντὶ τῦ ὐ βαθὺς τὸν τρόπον. Optime autem descripsit τὸ βάθος Aeschylus in Septemthebana, de Amphiarao cum dicit, βαθεῖαν ἄλοκα διὰ Φρενὸς καρπούμενος, ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαςάνει βυλεύματα. Philo in legatione ad Caium Tiberii ingenio tribuit τὸ βάθος optimo iure. ὁ γὰρ Τιβέριος Φρονήσει βαθείᾳ χρώμενος. et Nicolaus noster de Assyriis. Eunapius quoque apud Suidam de Rufino, tutore imperatoris Arcadii, βαθυγνώμων ἄνθρωπος καὶ κρυψίνυς. Hanc altitudinem animi vocant Latini. Sallustius in bello Iugurthino de Sulla. *Ad simulanda negotia altitudo ingenii incredibilis.* Cicero lib. 1. de officiis. *In liberis vero populis et in iuris aequabilitate exercenda etiam est facilitas et altitudo animi, quae dicitur.*

Ibid. 15. Πτολεμαῖος.) Hic videtur esse Ptolemaeus cognomento Macer, qui cum esset praefectus Cypri, ad Antiochum Epiphanem transfugisse dicitur lib. 2. Machab. capite x.

Ibid. 24. Βασιλικῶν διοικητῶν.) Hoc nomine vocabatur Alexandriae is, qui regiam pecuniam curabat, cuius rei testis est Cicero in orat. pro Rabirio Postumo. *Haec vna ratio a rege proposita Postumo est seruandae pecuniae, si curationem et quasi dispensationem regiam suscepisset: id autem facere non poterat nisi dioecetes. Hoc enim nomine vtitur, qui a rege est constitutus.* Phalaris in epistola ad Polycletum medicum, γέγραΦα δὲ καὶ Τεύκρῳ τῷ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, διδόναι σοι τὴν σύνταξιν. Hos Graeci etiam οἰκονόμυς vocant, vt Iosephus lib. 12. cap. 4. γράΦει τῷ οἰκονόμῳ Ἀρίωνι, ὃς ἅπαντα τὰ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ χρήματα αὐτῦ ἐδιῴκει. Latini dispensa-

pensatores vocant. Athenis quoque erat magistratus quidam, ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, qui pecuniam aerarii administrabat, quem quaestorem possis dicere. Eius meminit Demosthenes pro corona. Dinarchus in orat. κατὰ Διονυσίου τοῦ ἐπὶ τῆς διοικήσεως. apud Dionysium Halic. in Dinarcho, et Diogenes in Zenonis Cittiei vita. Pollux lib. 8. καὶ τὸ διαδιδόμενον ἐκαλεῖτο Θεωρικὸν ὥσπερ καὶ τὸ ἐκκλησιαστικὸν, ὧν ὁ ἐφεστηκὼς ἐπὶ τῆς διοικήσεως, αἱρετὸς ἦν ἐπὶ τῶν προσιόντων καὶ ἀναλισκομένων. quae Pollucis verba non intellexit interpres.

99. 4. Αἴτιος ἐγένετο.) Vide Liuium lib. 32. et Plutarchum in Flaminini vita.

Ibid 22. Ἐκορωνία.) In exemplari nostro legebatur, ἐν κορωνίᾳ, absque sensu, in quo prorsus nobis haerendum erat, nisi Suidas nobis adfuisset, qui hunc locum profert in ἐκορωνία, idque interpretatur ἐγαυρία. neque aliter Hesychius κορωνιῶν reddit γαυριῶν. videtur enim deriuari ἀπὸ τῶν κορωνῶν ταύρων, qui surrecta habent cornua. Sic Aristophanes ἀνορτάλιζες κακεροτίας dixit eadem metaphora. verumtamen pace Grammaticorum malim interpretari, *contendere* ac *rixari*, sumta a cornicibus metaphora, quae contentionibus gaudent, et alias aues subinde appetunt maiore animo quam robore, vt et Seruius scribit in eclogam IX. Virgilii. Sane verbum illud, quod adiungit Polybius, interpretationem nostram mirifice confirmat. ἐκορωνία, ait, καὶ παρετρίβετο. est enim παρατρίβεσθαι altercari, vnde παρατριβὴ, qua voce vtitur Polybius cap. 41. legat.

100. 10. Μηδὲ προστρέχειν.) Malim προτρέχειν, metaphora ducta ab officiosis seruulis, qui vltro ad herum accurrunt. Emendaui etiam πέρα τούτου, cum in ms. codice esset, παρὰ τούτου.

Ibid. 20 Καὶ Νίκανδρον.) Eupolemum et Nicandrum Romam abductos fuisse scribit Polybius cap. 73. legationum, eo quod suspecti erant, Persei partibus fauere aduersus populum Romanum, quod gestum esse videtur consulatu Auli Hostilii et Attilii Serrani. seruiebant autem et obsequebantur Rom. in Aetolia Lyciscus et Tisippus, vt Polybius scribit.

Ibid. 23. Ἀπὸ τ' Ἱππομαχίας.) Sic in ms. codice scriptum inueni. forte ἀπὸ Λυσιμαχίας legendum est, quod oppidum fuit Aetoliae, teste Strabone.

Ibid.

Ibid. 32. *Σώϛϛ δέ.*) Hae duae voces expungendae videntur, ſenſum enim turbant, niſi forte ſcribamus, *σώϛϛ τε,* aut ſimpliciter, *σώϛϛ μὲν, ἀκρίτως δέ.* quod mirifice placet.

Ibid. 35. *Οἱ περὶ τὸν Κέφαλον.*) Liuius lib. 43. *Cum a Thracia pacem Cotys, ab Epiro Cephalus repentina defectione a Romanis praeſtarent.*

Ibid. 38. *Οἱ περὶ Θεόδοτον.*) Is eſt, vt opinor, Theodotus Epirotes, Paſſarone oppido oriundus, inſignis fauore Perſei et odio aduerſus Romanos, de quo et Antinoo vide Liuium lib. 45.

101. 18. *Τὲς Φανοσεῖς.*) Legendum videtur, *Φανοτεῖς,* quod eſt oppidum in agro Phocenſi, cuius meminit Strabo lib. 9. et Polybius lib. 5. Exiſtimaui aliquando, eosdem eſſe ac *Πανοπεῖς.* quippe Strabo ait, Parapotamios vicinos eſſe Phanotenſibus et Chaeronenſibus, quod et Panopenſibus conuenit. ſunt enim Panopenſes vicini Parapotamiis et Chaeronenſibus, teſte Herodoto lib. 8. et Pauſania in Phocicis. vnde apud Sophoclem pro *Φανοτεὺς ὁ Φωκεὺς*, quidam *Πανοπεὺς* legebant, teſte Euſtathio in Homeri catalogum. Eſt et Phanota caſtellum Epiri apud Liuium lib. 33. in fine et lib. 45.

102. 8. *Τὰς ἀναθηματικάς.*) Imagines et ſtatuas verti, quae ſunt *ἀναθηματικαὶ τιμαί.* etſi enim regum ac principum honoris cauſſa ſtatuuntur, ſolent nihilominus alicui deo conſecrari. Cicero 2. in Verrem: *apud omnes Graecos hic mos eſt, vt honorem hominibus habitum in monimentis huiusmodi nonnulla religione deorum conſecrari arbitrentur etc.* Vide, quae notauit Caſaubonus ad Diogenem Laertii filium in Platone, et ante illum Lipſius in commentariis ad libr. 3. Annalium Taciti. Videtur tamen Polybius nomine *τῶν ἀναθηματικῶν τιμῶν* plus aliquid, quam ſtatuas intelligere. Capite enim 74. legationum ait, omnes Eumenis honores, qui indecori et praeter Achaeorum leges eſſent, ſublatos fuiſſe. aras itaque et ſacra diesque feſtos Eumenis honoris cauſſa inſtitutos hac voce comprehendit. Vide et legationem 78.

Ibid. 13. *Τὸ φιλάδελφον.*) Ab hoc in fratrem amore cognominatus eſt Philadelphus, teſte Marciano Heracleota, et Strabone lib. 14. et Stephano Byzantioin *εὐμένεια.* Male Scaliger poſtremum Attalum hoc cognomine affectum eſſe exiſtimauit, cum is Philometor dictus ſit, non Philadelphus.

103. 2. Πλὴν τῶν κατὰ Πηλέσιον.) Antiochus Epiphanes in priore illa expeditione Aegyptiaca maiori calliditate et astutia vsus videtur, quam regem decebat, vt Hieronymus passim in cap. XI. Danielis memorat: *et tam callidus fuit, vt prudentes cogitationes eorum, qui duces pueri erant, sua fraude subuerteret.* Idem scribit Iosephus lib. 12. antiquitatum, γενόμενος οὖν μετὰ πολλῆς δυνάμεως κατὰ τὸ Πηλέσιον, καὶ δόλῳ τὸν Φιλομήτορα Πτολεμαῖον περιελθὼν καταλαμβάνει τὴν Αἴγυπτον.

Ibid. 25 Αὐτῶν ποιῶσιν.) Deest adiectiuum, puta ἀδοκίμους, aut quid simile.

104. 17. Ἀπέθανον γενναίως.) Narrat Liuius lib. 45.

105. 15. Δείνων καὶ Πολυάρατος.) Horum meminit Polybius in excerptis legationum non semel, et Liuius lib. 44. vbi perperam scribitur Dione, pro Dinóne.

106. 26. Τοῦ γὰρ Ποπλίου.) Emendatum est a nobis, Ποπιλίου, idque ipso auctore Polybio, qui cap. 92. legationum id commemorat. quod caput excerptum est ex libro 30. historiarum, ad quem quoque nostrum fragmentum pertinere fere adducor vt credam, quamquam repugnante ms. codice.

110. 14. Τῶν Ἀντιγόνων.) Legendum, τῶν Ἀντιγονείων πανηγύρεως ἐν τῇ Σικυῶνι. Antigonia videtur fuisse dies festus in honorem Antigoni eius, quem Tutorem vocant, institutus a Sicyoniis.

111. 5. Γάϊος Γάλλος.) Existimaui hunc esse C. Sulpitium, qui cum Manio Sergio ad res Graeciae et consilia Antiochi atque Eumenis regis inspicienda missus a senatu erat, vt scribit Polybius cap. 106. et Diodorus cap. 21. legationum, quod contigisse videtur Tiberio Graccho et Iuuentio Thalna Coss. Hic C. Sulpitius Gallus triennio ante consul fuerat, et de Liguribus in magistratu triumpharat. Ex quo etiam consequitur, caput illud legationum Polybii ad librum 31. pertinere.

Ibid. 33. Ἐν Τάβαις.) Hieronymus in caput XI. Danielis de eius morte ac loco eadem scribit. *Volens templum Dianae spoliare, quod infinita donaria habebat, fugatus a barbaris est, qui mira veneratione templum illud suspiciebant et mortuus est moerore consumtus in Tabes oppido Persidis.* Apparet in codice Graeco, ex quo sumsit Hieronymus, scriptum fuisse ἐν Τάβες. Est autem Tabas oppidum in Paretacene vltima, vt ait Curtius lib. v.

112. 8. Ἐξ Ἰβηρίας.) Hinc manifesto colligitur, L. Aemilium ex Hispania triumphasse. accedit et prologus T. Liuii lib. 46. in quo legitur. *L. Aemilius Paulus, qui Persem vicerat, mortuus: cuius tanta abstinentia fuit, vt, cum ex Hispania et Macedonia maximas opes retulisset, vix ex auctione bonorum eius redactum sit, vnde dos vxori eius redderetur.* Velleius quoque lib. 1. L. Aemilium, priusquam Perseum vicisset, bis triumphasse scribit et praetorem et consulem. At illius triumphi nec Liuius, nec Capitolini fasti, nec Plutarchus meminere. Vide Fastos Sigonii ad annum vrbis 564.

Ibid. 23. Εἰς τοῦτο τὸ μέρος.) In mſ. erat ἐν τοῦτο corrupte. Diodorus Siculus p. 329. huius editionis habet περὶ τοῦτο.

116. 39. Ἐρώμενον ἠγορακέναι.) Huc pertinet obiurgatio illa M. Catonis, qui assidue querebatur, peregrinas delitias in vrbem intromitti, ac Ponticorum salsamentorum vas trecentis drachmis, pueros formosos agrorum pretio aestimari, vt Polybius scripserat lib. 31. teste Athenaeo. Κάτων δ' ἐκεῖνος, ὡς Πολύβιος ἱστορεῖ ἐν τῇ πρώτῃ καὶ λ' τῶν ἱστοριῶν, ἐδυσχέραινε, καὶ ἐνεκράγει, ὅτι τινες τὰς ξενικὰς τρυφὰς εἰσήγαγον εἰς τὴν Ῥώμην, τ' μὲν δραχμῶν κεράμιον ταρίχων ποντικῶν ὠνησάμενοι, μειράκια δ' εὔμορφα ὑπερβαλλούσης ἀγρῶν τιμῆς. qui locus Polybii post ea verba, quae hic attuli, positus mihi fuisse videtur.

117. 16. Πέντε τοῖς πρ. ἔτεσι.) Quinquennium intellige, quod est a tyrocinio ac sumta virili toga ad annum vsque vicesimum; eo enim temporis spatio maxima custodia adolescentes indigent. Romae certe ex fama illius aetatis iudicium de reliqua omni vita ferebatur, vt docet Cicero in oratione pro M. Coelio, his verbis: *Qua in aetate nisi qui se ipse sua grauitate et castimonia, et cum disciplina domestica tum etiam naturali quodam bono defenderat, quoquo modo a suis custoditus esset, tamen infamiam veram effugere non poterat. Sed qui prima illa initia aetatis integra atque inuiolata praestitisset, de eius fama ac pudicitia, cum is iam se corroborauisset ac vir inter viros esset, nemo loquebatur.* Idem ait Polybius lib. 6. ἡ δὲ ἐφηβεία κανὼν ἦν ὀρθοῦ βίου καὶ ὑγιοῦς.

Ibid. 18. Ἐπ' αὐτοεξίᾳ.) Sic correximus, cum in exemplari esset αὐτὸ ἀξίᾳ nullo sensu. Est autem αὐτοεξία proprie continentia. Graeci enim eleganter dicunt παρ'

αὐτῷ ἔχειν, quod eſt continere. Sic Iſocrates olim Sophocli aiebat, οὐ μόνον δεῖ, Σοφόκλεις, τὰς χεῖρας ἔχειν παρ' αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, teſte Plutarcho in Iſocrate et Stobaeo in cap. de continentia. Demoſthenes in orat. in Midiam, ὑβριστὴς γὰρ εἶ, ὦ Μειδία, καὶ οὐκ ἐθέλεις ἔχειν παρὰ σαυτῷ τὼ χεῖρε. Diodorus Siculus in hoc loco Polybii legiſſe videtur ἐπ' εὐταξίᾳ, vt videre eſt in eius excerptis, eaque vera mihi lectio videtur. nam illud αὐτοεξία, quod mihi initio placuerat, vereor vt Graecum non ſit.

118. 17. Ἐδωρήσατο τῇ μητρί.) De hac liberalitate Scipionis Cicero in Laelio. *Quid dicam de moribus facillimis, de pietate in matrem, liberalitate in ſorores, bonitate in ſuos?*

119. 13. μ' τάλαντα.) Legendum eſſe apparet πεντήκοντα, quod verba ſequentia prorſus euincunt. Error ex notis numeralibus ortus eſt, quippe ν' quod 50. ſignificat, in mſ. libris fere vt μ exprimi ſolet, quinquaginta autem talenta duodecies ſeſtertium efficiunt more Romano: quam pecuniam dotis nomine Scipionis filiabus datam eſſe ſcribit Polybius. Ex quo apparet, errare eos, qui decies ſeſtertium legitimam ac certam inter ſenatores Romanos dotem fuiſſe exiſtimant.

Ibid. 20. Κατὰ τοὺς Ῥωμαίων νόμους.) Huius legis alibi, quod ſciam, mentio nulla extat. Idem autem valuiſſe exiſtimo, et ſi extraneus dotem promiſiſſet, vt annua, bima, trima die ſoluenda eſſet, niſi nominatim aliud conueniſſet. poterat enim etiam ex pacto dies prorogari, leg. 19. D. de pactis dotalibus. quod ſi nulla conditio appoſita fuiſſet, annua, bima, trima die numerabatur ex lege 12. tabularum, vt opinor. At ſupellex intra decem menſes a contracto matrimonio praeſtari debebat ex iisdem legibus, teſte Polybio, cuius legis ratio haec videtur fuiſſe, quod ob neceſſarios familiae vſus ſupellectilis praeſtatio differri non debuit. Ex his intelligendus eſt iocus Deillii apud Senecam in Suaſoriis, qui, cum Athenienſes tempus ab Antonio peterent ad pecuniam conferendam, quae ipſis imperata erat dotis nomine, neque impetrarent, dixit: Et tamen ſcito illos tibi annua, bima, trima die debere.

Ibid. 30. Τοῦ δὲ Τιβερίου.) Hic eſt Tib. Gracchus, pater Gracchorum, qui cum L. Scipio in vincula duceretur, auxilio Trib. poteſtatis interceſſit, tametſi inimicitias cum Scipio-

Scipionibus exerceret. quam ob gratiam P. Scipio Africanus, rogante ſenatu, filiam minorem ei deſpondit, vt narrat Liuius iib. 38. Valerius lib. 4. cap. 2. Nupſit autem Tiberio poſt mortem Africani, vt inter omnes conuenire Liuius ſcribit. ſed illud parum conſtat, vtrum poſt mortem Africani et deſponſa ſit, et nupſerit. Plutarchus quidem in vita Tib. Gracchi ait, Polybium ſcripſiſſe, poſt obitum Africani propinquos ipſius praelato omnibus Tiberio Corneliam collocaſſe, vt quae a parente nulli collocata aut deſponſa eſſet. At hic certe Polybii locus manifeſto arguit vtramque a patre ſaltem deſponſam eſſe. Ait enim hic Polybius, Africanum 50. talenta vtrique filiae dotis nomine promiſiſſe. Itaque de Plutarcho quid dicam non habeo. Niſi forte vtrumque ſimul verum eſt, et a patre deſponſam Tiberio Corneliam eſſe, et poſt obitum patris a propinquis rurſus eidem deſponſam de nouo, quaſi antea deſponſa non fuiſſet, vel potius ratam eſſe habitam patris ſponſionem. atque ita tollitur omnis difficultas.

Ibid. Ναυσικᾶ Σκιπίωνος) Sic in exemplari perſcriptum erat, pro Νασικᾶ, quod tamen retinendum eſſe duxi. Hic P. Scipio Naſica Corculum dictus eſt filius Naſicae, qui vir optimus a ſenatu iudicatus eſt. Hic autem vir optimus Naſica cognatus erat Africani, vt docet Liuius libro 38. filius Cn. Scipionis, qui in Hiſpania cum fratre eſt occiſus.

Ibid. 38. Ποιȣ̃ντος τὴν διαγραφήν.) Verti, *pecuniam e menſa numeraret.* Ea enim vis eſt Graeci vocabuli, vt teſtis eſt Harpocratio in διαγράψαντος, et Suidas; quia ſcilicet argentarii pecuniam omnem, quam ſoluerant, ſtudioſe in codicem referebant. At Latinis perſcripta pecunia longe a numerata differt, vt apud Suetonium in Iulio cap. 42. Perſcripta enim pecunia dicitur ea, quae cum debeatur, nec adhuc numerata ſit, in tabulas relata eſt. Cicero pro Roſcio Comoedo, et lib. 4. ep. vlt. ad Atticum.

121. 39. Οὐδὲν αὐταῖς προσῆκε κατὰ τȣ̀ς νόμȣς.) Lege enim Voconia vetitum erat, ne quis mulierem heredem inſtitueret. Tulerat eam C. Voconius Saxa Tribunus pl. C. Claudio Pulchro et Tiberio Graccho Coſſ. anno vrbis 576. vt, qui poſt cenſuram Poſtumii Albini et Fuluii Flacci cenſus eſſet, ne heredem virginem, neue mulierem faceret, vt docet Liuius lib. 41. et Cicero in Verrem. Itaque haec lex ad eos, qui cenſi non erant, minime pertinebat. Cenſi autem

autem intelligebantur more veterum, qui centum millia in profeſſione detuliſſent, vt notat Aſconius in Verrinas, qui et Claſſici dicebantur. ceteri qui infra claſſem erant, ea lege non tenebantur, vt docet M. Cato in oratione, qua legem Voconiam ſuaſit apud Gellium lib. 7. cap. 13.

123. 33. Χαιρετισμὸς.) *Salutationes* verti. deductum enim ἀπὸ τοῦ χαῖρε id vocabulum eſſe exiſtimaui. prehenſiones etiam interpretari poſſis.

Ibid. 38. Ἐπὶ ταῖς κυνηγεσίαις ἀναστρ.) Fuit Scipio venationi addictior, quod docet Polybius in fragmento apud Suidam: διὰ γὰρ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπιθυμίαν ἣν ὑπὲρ αὐτοῦ διάληψις, ὡς οὐδὲν πρεπωδέστερον ποιουμένου κατὰ τὸν βίον τοῦ κυνηγετεῖν. quae de Scipione dici equidem non dubito. Eumque ad hoc ſtudium ipſe Polybius plurimum incitabat, qui ſuum circa venationem ſtudium tum hoc loco, tum in cap. 114. legat. ingenue fatetur.

125. 3. Τῆς ἐμφυλίου στάσεως.) Huius inteſtini inter Aetolos belli meminit Liuius lib. 45. vbi 550. principes Aetolorum ab Lyciſco et Tiſippo auxilio Rom. militum captos et interfectos eſſe ait.

Ibid. 5. Μνασίππου Κορωναίου.) In exemplari erat Κυρωναίου, quod emendauimus. Huius Mnaſippi Boeoti et Chrematae Acarnanis, qui praecipui partium Rom. fautores erant, meminit Polybius cap. 94. legat. vbi χρέμης ſcribitur, pro χρεμάτας, minus recte vt puto. Sane in cap. 75. legat. χρεμίας dicitur in mſ. teſte Fuluio Vrſino.

Ibid. 23. Ὅτι μετὰ τὸ κατακρίναι.) Id caput cum ſuperiori iungi debet, vt ſatis clarum eſt. Prima verba mendo non carent, quae reſtituere non opis eſt noſtrae. Intelligitur autem L. Anicius, qui Gentium regem Illyrici vicerat, qui confecta prouincia Epirum vsque proceſſit, eamque turbatam compoſuit ante aduentum Pauli Aemilii, vt ſcribit Zonaras.

127. 14. Τοῖς ἀνακεκλημένοις.) Confecto bello Macedonico, quotquot Perſei partibus fauiſſe ſuſpecti delatique erant, ex omni Graecia partim litteris Pauli imperatoris, partim edicto decem legatorum citatis nominibus ſunt euocati, qui Romam ad cauſſam dicendam ſequerentur, Aelio Paeto et Iulio Penno Coſſ. vt ſcribit Liuius lib. 45. Sed et ſi qui eorum apud reges eſſe dicebantur, litteris accerſiti ſunt,

ſunt, teſte ibidem Liuio, hos ἀνακεκλημένους vocat Polybius hic et ſupra.

Ibid. 15. Μάρκος Ἀρχιερεὺς ὢν καὶ πρῶτος τῆς συγκλήτου γραφ.) Is eſt M. Aemilius Lepidus, qui tum pontifex max. erat, et princeps ſenatus ſex continuis luſtris a cenſoribus lectus eſt, vt legitur in prologo lib. 47. et 48. Titi Liuii, vir omnibus honoribus in toga functus. nam et iterum conſul et cenſor fuit cum Fuluio. Eius pontificatum memorat etiam Polybius cap. 37. legat. et Valerius Max. lib. 4.

Ibid. Πρῶτος τῆς συγκλήτου γραφόμενος.) Id eſt, princeps ſenatus. Reuera enim princeps ſenatus is erat, quem is cenſor, cui lectio ſenatus ſorte euenerat, primum in recitando ſenatu nominabat: et cuius nomen in albo ſenatorio primum perſcribebat, vt docet Liuius pag. 539. lib. 29. Dio, et Zonaras ex Dione, πρόκριτον τῆς γερουσίας appellant, eo quod a Cenſſ. legeretur. eſt enim προκρίνειν, eligere ac praeferre. Porro hic honos perpetuus non erat ſemper. ceterum is, qui princeps lectus erat, quamdiu in eo honore erat, dignitate ceteros anteibat, non poteſtate, vt docet Zonaras tomo 2. pag. 29. ex Dione. Plutarchus in Tib. Graccho ſic deſcribit hanc dignitatem, προγεγραμμένος κατ' ἀξίωμα τῆς Ῥωμαίων βουλῆς.

Ibid. 27. Τοῦ Χάροπος εἰσελθόντος.) Hic inſeri debet cap. 127. legationum Polybii.

128. 26. Ἀδελφοὺς ἔχων τρεῖς καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν etc.) Deeſſe videtur ἀκμάζοντας, aut quid ſimile. Suidas in εὐμένης, nihil ab editis differt. ſunt autem hi tres Eumenis fratres, Attalus cognomine Philadelphus, ac Philetaerus et Athenaeus, teſte Strabone et Plutarcho, περὶ Φιλαδελφίας.

129. 16. Ὑπὸ Φυλομάχου.) Malim Φυρομάχου, vt in eclogis Diodori noſtri legitur. Sane Plinius lib. 34. cap. 8. Phyromachum appellat nobilem ſtatuarium, qui Attali et Eumenis aduerſus Gallos praelia fecit. Floruit Olymp. 120.

130. 16. Κυνίου Ἀπόλλωνος.) Cynius Apollo cognominatus eſt, eo quod cum Latona recens natum cum ſorore humi poſuiſſet, a canibus raptus eſt. alii alias cauſſas memorant, quas videſis apud Suidam in κυνήειος, ex Socrate Argiuo et Cratere Grammatico. Cultus eſt hoc nomine Athenis, eique gens Cynidarum dicata erat, ex qua ſacerdotes Cynii Apollinis conſtituebantur, vt teſtatur Heſychius.

Ibid. 17.

Ibid. 17. Περὶ Τεμνόν.) Rectius erit Τῆμνον, quae vrbs ſita eſt in Aeolide, vt tradit Strabo et Stephanus, iuxta quam fuit Apollinis Cynii fanum, teſte hic Polybio. colebatur et Aeſculapius Temni, vt docet nummus Mamaeae Auguſtae, in quo Aeſculapius ſculptus eſt cum hac inſcriptione: ΕΠ. ΑΥΡ. ΕΡΜΕΙΟΥ. ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Latini Temnios dicunt, vt eſt apud Tacitum lib. 2. Annalium: tamen Cicero pro Flacco, *Temnitas* nuncupat.

131. 1. Ὅτι Ἀρχίας.) Huc pertinent fragmenta Polybii, quae apud Suidam extant in προτείνειν et προσαγγελία.

132. 21. Τὸν Βεργαῖον Ἀντιφάνην.) Deeſſe hic nonnulla ſatis apparet. Haec enim ad Prienenſes pertinere non poſſunt. Itaque aſteriſco locum notaui. Porro hic Antiphanes Bergaeus incredibilia quaedam ſcripſerat et ridicula, a quo deinde omnes futiles ac fatui Bergaei ſunt dicti, teſte Stephano Byzantio in Βέργη. quem tamen falli exiſtimo, cum hunc Antiphanem cum Antiphane comico confudit. nam praeterquam quod Antiphanes comicus non fuit oriundus Berga oppido, ſed Cio, aut vt quidam aiunt, Rhodo, certe non eiusmodi poeta fuit, vt in exemplum inſignis ſtultitiae ſumeretur. quae enim ſuperſunt illius fragmenta apud Athenaeum, longe aliud teſtantur.

Ibid. 25. Πρυσίας.) Hic eſt Pruſias cognomento κυνηγὸς, qui deuicto Perſeo, cuius ſororem in matrimonio habebat, Romam venit, ac ſe libertum populi Romani profeſſus eſt, tandemque a Nicomede filio interfectus eſt. fuit autem, vt opinor, Pruſiae filius, Zielae nepos. Neque enim aſſentior Carolo Sigonio viro doctiſſimo, qui in libro 1. de antiquo iure prou. cap. 13. eum cum altero confundit Pruſia Zielae filio, qui Phrygia cedere Attalicis regibus iuſſus eſt a Romanis, vt tradit Liuius et Strabo lib. 12. Sed hunc ab illo diſtingui debere his argumentis vincam. Etenim noſter hic Pruſias κυνηγὸς cognominatus eſt teſte Appiano in Mithridatico. at alter ille dictus eſt χωλὸς, vt tradit Memnon, lib. 15. et hic quidem deceſſiſſe dicitur ex vulnere, quod in obſidione Heracleae acceperat, teſte ibidem Memnone. Noſter, vt dixi, a Nicomede filio eſt occiſus, vt eſt apud Diodorum, Iuſtinum, Appianum et Zonaram. Et Pruſias quidem ὁ χωλὸς fortiſſimus vir fuit ac bellicoſiſſimus, vt teſtatur Memnon et Polybius in fine lib. v. Noſter vero κυνηγὸς effeminatus et imbellis proditur, ac regio nomine indi-

indignus a Polybio in legat. 97. et Liuio. Priori Philippus Persei pater filiam copulauit, teste Polybio lib. 15. posteriori postulanti Perses sororem dedit, vt praeter Appianum in Mithridat. refert Liuius lib. 42. Postremo prior ille Prusias ante Olymp. 140. regnare coepit, vt colligitur ex Polybii lib. 4. posterior vero L. Marcio et Manilio Coss. est occisus, vt ponit etiam Sigonius in fastis ex Liuii epitome, id est anno 3. Olymp. 157. Quod si hic vnus idemque est ac prior, sequitur vt plusquam 60. annos regnauerit. Regno autem tam diuturno quomodo conuenire possunt ea, quae de Prusia hic Polybius dicit; tantopere alienatos ab eo atque infensos fuisse subditos. Ceterum illud etiam obiter moneo, male apud Strabonem loco cit. legi Προυσίᾳ τῷ ζῆλα. scribendum enim est ζιήλα, ex Arriano in Bithynicis apud Eustathium in lib. 3. Iliad. et Tzetzem Chil. 3. hist. 115. et ex Stephano in ζῆλα et πρῦσα, ac Suida. hic Zielas a Gallis in conuiuio interfectus est, quos ad conuiuium inuitarat, cum iis insidiaretur, vt scribit Phylarchus apud Athenaeum lib. 2. vbi male ζηλᾶ scribitur. Ex quibus emendandus est prologus libri 27. Trogi Pompeii, in quo sic habetur. *Vtque Galli Pergamo victi ab Atoloziae Lambitunum occiderint*, lego, *victi ab Attalo Zielam Bithynum occiderint.* In fragmentis Memnonis semper ζηίλας exaratur.

133. 37. Υἱὲς τέτταρας.) Tres tantum Masinissae filios in historiis patri superstites reperio, Micipsam, Galussam, Mastanabalem. Sic enim apud Salust. in Iugurthino habent mss. codices non Manastabalem, et Appianus in Libyco μαστανάβαν eum appellat. Zonaras μαστανάμαν. Ita enim edidit Wolfius, mendose vt opinor, ob affinitatem inter μ et υ: quomodo in mss. codicibus τὸ βῆτα scribi solet. Inuenio et Masgabam et Misagenem Masinissae filios apud Liuium. sed ii aut nothi fuere, aut certe ante patrem mortui. Mirum tamen in eclogis lib. 32. Diodori παῖδας δέκα poni Masinissae superstites. in Eutropio 44.

135. 5. Ἔδωκας σαυτὸν εἰς τὴν πόλιν.) Hasdrubal enim prius militaribus copiis extra vrbem praefectus fuerat, cum alter Hasdrubal Gulussae consobrinus vrbanis copiis praeesset. postea prior Hasdrubal cum in praelio aduersus Manilium superior fuisset, victoria elatus etiam vrbanum exercitum sibi adiungere conatus est. Itaque vrbem ingressus

ſus Haſdrubalem alterum calumniari coepit, quo abdicato ipſe vniuerſis copiis ſolus praefuit. Eſt autem huius loci ſenſus ambiguus. dubium enim eſt an id velit dicere Guluſſa, *ſi Romanos metuiſſes*, an illud potius, *niſi Romanos metuiſſes.*

136. 38. Τῶν οἰκετῶν ἐξ ἀνάγκης.) Legendum puto ἐξ absque ἀνάγκης. idque in verſione Latina ſum ſecutus.

138. 22. Πυθέας.) Hic Pytheas Boeotarches Thebis erat, altera poſt Critolaum fax Achaici belli, teſte Pauſania in Achaicis, vbi bellum Achaicum elegantiſſime et grauiſſime refert. huius etiam meminit Polybius infra. Occiſus eſt a Q. Caecilio Metello, vt refert Pauſanias.

139. 1. Ἐκπέμψας εἰς τὰ Μέγαρα.) Diaeus praeſidium militum Megara miſit, qui vrbem cuſtodirent, et Metellum cum legionibus, ſi vlterius progredi vellet arcerent. vt ait Pauſanias.

Ibid. 5. Παρατρόφες.) Alumnos verti. ſunt enim παράτροφοι οἱ παρὰ τοῖς τῶν εὐπόρων υἱοῖς τρεφόμενοι. Tales erant apud Spartanos ii, qui Mothaces dicebantur, ſeu Mothones, quos παρατρεφομένες τοῖς ἐλευθέροις exponit Harpocratio et Heſychius: Phylarchus lib. 25. hiſt. apud Athenaeum συντρόφες, quod idem eſt. Gloſſae vet. Alumnus οἰκοτραφὴς, τρόφιμος, τρεπτὸς. Item σύντροφος collactaneus.

144. 32. Εἰ μὴ ταχέως ἀπωλόμεθα.) Huius dicti auctor fuit Themiſtocles. vide Plutarchum in eius vita. Zonaras quoque teſtis eſt, Graecos poſt excidium Corinthi, cum in maiori felicitate quam antea eſſent, id dicere ſolitos, ὅτι εἰ μὴ θᾶττον ἑαλώκεισαν, ἐκ ἂν ἐσέσωντο.

Ibid. 35. Αὖλος Ποσόμιος.) De hoc Aulo Poſtumio extat Ciceronis iudicium in libro, qui Lucullus inſcribitur. *Legi apud Clitomachum, cum Carneades et Stoicus Diogenes ad ſenatum in Capitolio ſtarent, A. Albinum, qui tum P. Scipione et M. Marcello Coſſ. praetor eſſet, eum, qui cum auo tuo Lucullo conſul fuit, ſane doctum hominem, vt indicat ipſius hiſtoria ſcripta graece, iocantem dixiſſe Carneadi* etc. Eiusdem meminit in lib. de claris oratoribus, et Plutarchus in M. Catone ac Gellius lib. XI.

145. 5. Τὴν αἵρεσιν τὴν Ἑλληνικήν.) Quid ſenſerit M. Cato de Graecis, ipſe docet in libro ad filium. *Dicam de iſtis Graecis ſuo loco, Marce fili, quid Athenis exquiſitum habeam, et quod bonum ſit illorum litteras adſpicere, non per-*

perdiſcere vincam. Nequiſſimum et indocile genus illorum: et hoc puta vatem dixiſſe, quandocunque iſta gens ſuas litteras dabit, omnia corrumpet. Semper autem Romani leuitatem Graecorum contemſerunt, vt ex Cicerone aliisque apparet. ſed et ipſum Graeci nomen ludibrio et conuicio erat. vt docet Zonaras tomo 2. *τὸν Ξάνθιππον ὡς γραικὸν ὑπερορῶντες· οὕτω γὰρ καλοῦσι τοὺς Ἕλληνας καὶ εἰς ὄνειδος δυσγενείας τῷ προσρήματι κατ' αὐτῶν χρῶνται.*

146. 21. Ἐβάλετο διδάσκειν.) In mſ. exemplari haec cum praecedentibus cohaerebant, quae nos merito diſtinximus: pertinent enim ad ipſum Polybium, qui, cum poſt expugnationem et excidium Corinthi quidam ex Romanis Philopoemenem accuſauiſſet coram Mummio ac decem legatis, quod ſemper aduerſatus eſſet cauſſae populi Romani, contra Polybius pro Philopoemene perorauit, vtque eius memoria ſeruaretur obtinuit, vt narrat Plutarchus in Philopoemene ad finem.

147. 3. Τετραμμένῳ πρότερον.) Legendum videtur, *τετραμήνῳ.*

Ibid. 19. Τὴν Ἀχαιοῦ.) Achaeum hic intelligo principem atque auctorem generis Achaeorum, qui fuit Xuthi filius, Hellenis nepos, de quo vide Pauſaniam, *ἐν περιηγήσει τῆς Ἑλλάδος.*

Ibid. 25. Τῶν δέκα.) Sic Polybius et Dio ac Zonaras tomo 2. vocare ſolent decem legatos, qui confecta a conſule aut praetore prouincia mittebantur a ſenatu, vt conſul praetorue ex eorum ſententia prouinciam ordinaret, legesque daret, quorum acta poſtea a ſenatu confirmabantur, vt docet Cicero Philippica 12. Qui autem fuerint decem legati tum a ſenatu miſſi ad res Graeciae componendas, ignotum eſt. Vnus quidem ex iis fuit L. Mummius pater L. Mummii, qui Corinthum ceperat, vt docet Zonaras ex Dione, *πεμφθέντος δὲ οἱ πατρὸς καὶ τῶν ἄλλων ἐπὶ καταστάσει τῶν ἁλόντων.* vbi notandum eſt, patrem in decem legatis fuiſſe. Neque enim ſolebant veteres Romani legare in decem, qui eſſent imperatorum neceſſarii, vt ait Cicero in ep. 6. lib. 13. ad Atticum his verbis, quae quoniam ad hunc locum maxime faciunt, apponere non parcam. *Mummium fuiſſe ad Corinthum pro certo habeo: ſed non dubito, quin fratri fuerit legatus, non in decem. Atque id etiam accepi, non ſolitos maiores noſtros legare in decem,*

qui essent imperatorum necessarii, vt nos ignari pulcherrimorum institutorum aut negligentes potius M. Lucullum, et L. Murenam, et ceteros coniunctissimos ad L. Lucullum misimus. Idem in epist. 30. *Sicunde potes erues, qui x. legati Mummio fuerunt, Polybius non nominat. Ego memini Albinum consularem, et Sp. Mummium.*

148. 11. Ἐνετείλαντο δὲ τῷ Πολυβίῳ.) Polybium cum Scipione Africano ad Carthaginem fuisse constat, excidioque vrbis interfuisse, vt testantur Appianus in Libyco, Ammianus Marcellinus lib. 24. et Orosius lib. 5. Diruta est autem Carthago Cornelio Lentulo et L. Mummio Coss. eodemque anno ab L. Mummio Corinthus excisa est, vt scribit Velleius Paterculus lib. 1. Itaque non video, qui fieri possit, vt eodem anno ac tempore Polybius in Achaia et in Africa simul fuerit, vnico Strabonis loco id confici Casaubonus existimauit, qui sic habet in lib. 8. *Πολύβιος δὲ τὰ συμβάντα περὶ τὴν ἅλωσιν ἐν οἴκτῳ μέρει λέγων, προστίθησι καὶ τὴν στρατιωτικὴν ὀλιγωρίαν τὴν περὶ τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα. Φησὶ γὰρ, ἰδεῖν παρὼν ἐῤῥιμμένους πίνακας ἐπ' ἐδάφους, πεττεύοντας δὲ τοὺς στρατιώτας ἐπὶ τούτων.* Sed ex his verbis nego id consequi, Polybium expugnationi interfuisse, sed tantum post expugnationem superuenisse. Neque enim credibile est milites Romanos inter vrbis captae excidium alea lusisse, quo tempore militaris disciplina arctius custodiri debet. Deinde quis credat, Polybium ea sapientia hominem eaque in patriam caritate, spectatorem expugnationis esse voluisse. stabat enim a partibus populi Romani. Verius est igitur, quod dixi, Polybium scilicet post Corinthi excidium celeriter ex Africa aduolasse, vt opem aliquam ruenti patriae afferret. Audeo enim de Polybii auctoritate id affirmare, si ante expugnationem adfuisset, non in tantam calamitatem Corinthum venturam fuisse. Accedit et Orosius lib. 5. qui diserte scribit ex T. Liuio, vt solet, Polybium tum ad Carthaginem fuisse, cum Diaeus a Metello est deuictus. Est et alius error in chronologia Casauboni, qui Corinthi excidium confert in consulatum Q. Fabii et Hostilii Mancini. quae sententia licet Plinio auctore firmetur, magis tamen placet Velleii et Orosii opinio, ob mirabilem concursum excidii duarum maximarum vrbium. Accedit quod et Plinius hanc nostram sententiam tuetur. nam Corinthum ait captam esse vrbis anno 608. in quem annum ex

ſupputatione Varronis, quam ſequitur vbique Plinius, cadit conſulatus Lentuli et Mummii.

Ibid. 30. Καὶ ζῶντα, καὶ μεταλλάξαντα.) Ex his verbis dubium oriri poteſt, an haec a Polybio ſcripta ſint, an vero ab aliquo fortaſſe, qui opus annalium Polybii continuauit. Nam et ipſe Polybius in principio libri 3. orat, vt ſi quid forte humanitus ſibi acciderit, adeo vt ſuſceptum opus detexere non potuerit, ſint qui illud ad exitum perducere ſtudeant.

Ibid. 34. Γράψαντος περὶ τῆς κοινῆς.) Idem de Polybio teſtatur Pauſanias in Arcadicis, Ἑλλήνων δὲ ὁπόσαι πόλεις εἰς τὸ Ἀχαϊκὸν συνετέλουν, παρὰ Ῥωμαίων εὕραντο αὐταὶ Πολύβιον σφίσι πολιτείας τε καταστήσασθαι καὶ νόμους θεῖναι. quae non poſtrema Polybii laus eſt.

149. 4. Τὸν ἐν Ἰσθμῷ τόπον.) Templum Neptuni hic intelligi exiſtimaui cum luco et ſtadio, in quo Iſthmia olim Corinthii celebrabant, teſte Strabone. quae omnia ab exercitu Romano vaſtata fuiſſe, credibile eſt poſt victoriam de Achaeis ad Iſthmon partam.

Ibid. 12. Καὶ γὰρ ἐγκρατῶς.) Idem ſcribitur in epitome lib. 52. Titi Liuii. *Ipſe L. Mummius ſe abſtinentiſſimum virum egit, nec quidquam ex iis opibus ornamentisque, quae praediues Corinthus habuit, in domum eius peruenit.* Adde Aurelium Victorem in lib. de viris inluſtribus, et Frontinum libro 4.

Ibid. 22. Τῶν Χαλκιδέων ἱππεῦσι.) Thebae et Chalcis quia auxilio Achaeis fuerant, dirutae ſunt ex conſilio decem legatorum, vt ait Liuius lib. 52.

Ibid. 24. Πτολεμαῖος ὁ τῆς Συρίας βασιλεύς.) Ptolemaeus Philometor Aegypti rex, in praelio aduerſus Alexandrum Balam vulneratus, dum oſſa medici terebrare contendunt, expirauit, vt ait Liuius lib. 52. Syriae rex hic dicitur, quia ab Antiochenis rex Syriae erat ſalutatus, coactusque geminum diadema accipere, vt narrat Ioſephus lib. 13. cap. 8. Deceſſit Olymp. 158. anno 3. quo anno Polybius hiſtoriam ſuam terminauerat..

150. 5. Ἐπιβουλεύσαντος τῇ Κύπρῳ.) Vide Graeca excerpta ex Chronico Georgii Syncelli, quae pro Euſebianis edidit Scaliger pag. 54.

N 2 IACO-

IACOBI GRONOVII

NOTAE AD EXCERPTA

DE

VIRTVTIBVS ET VITIIS.

Pag. 16. lin. 14. Πίςιν τῆς ςερηθείσης ἀποφάσεως) Quid velit tertia vox, nec eruditus interpres expressit, nec vllus credo dicet. Videtur fuisse τῆς τότε ῥηθείσης ἀποφάσεως.

23. 8. Παροχῆς μᾶλλον ἀξιωθήσεσθαι.) Lege παραδοχῆς.

25. 30. Δόξαντες τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἀνῃρηκέναι.) *Bellum aduersus populum Rom. suscepisse videbantur.* Imo *sustulisse et exstinxisse videbantur.*

26. 21. Διὰ τοῦ πρεσβύτου Μάγωνος.) *Per Magonem maiorem.* Quis igitur minor Mago? neque enim quisquam auctorum fratrem Annibalis, aut quem infra vocat Magonem Samnitem, aut cuius mentio est lib. VII. cap. 2. Magonem vocat alterius maioris respectu minorem. Scriberem πρεσβευτοῦ, et verterem *per legatum Magonem.*

30. 4. Τῷ κατὰ τὴν Βρεττίαν χειρίζοντι.) Lege τῷ τὰ κατὰ τὴν Βρεττίαν.

62. 7. Τοὺς δ' ἐπὶ τὸ δεξιόν.) *Partem ad dextrum.* Ita versionem, vt opinor, propterea non ἐπιτιμητέος, mutaui: in priore editione erat *ad laeuum.*

67. 7. Βραχέως τὴν αὐθάδειαν ὑπέφερον.) Legendum βαρέως: nec abludit interpretatio.

69. 16. Καὶ πάσας ἐξελέγξαντες ἐλπίδας.) Scribe: καὶ πάσας ἐξέλεγξαν τὰς ἐλπίδας. Sic bene procedit sermo. Pag. 104. Δικαιολογίαν καὶ κρίσιν ὑπέμενον, καὶ πάσας ἐξήλεγχον τὰς ἐλπίδας. Liuio *spem tentare*, lib. IV, 10.

76. 4. Ἠπόρησε προδότου, πλὴν τελέως ὀλίγων τινῶν.) Postremas quatuor voces non agnoscit interpres. Sed certe in omne genus humanum foret ignominiosus Polybius, nisi eas addidisset; et dumtaxat ob Megalopolitanos suos debuit apponere, nisi sciens vellet fallere, quod toties in Timaeo arguit: de iis autem et aliis ita ait lib. II. cap. 55.

Διὰ

Διὰ τὸ κατὰ τὰς τῶν καιρῶν περιστάσεις παρὰ τοῖς * Μεγαλοπολίταις καὶ Στυμφαλίοις μηδέποτε δυνηθῆναι (Cleomenem) μήτε αἱρετιστὴν, μήτε κοινωνὸν τῶν ἰδίων ἐλπίδων, μήτε προδότην κατασκευάσασθαι. Hos omnino hoc loco respexit, et propterea necessario addendum fuerat.

80. 18. Πρὸς διαφθορὰν σωμάτων καὶ τύχης.) Omnino ψυχῆς, vt bene interpres.

93. 7. Πότερον δεῖ γίνεσθαι τῶν υἱῶν φονέα.) Si attendas, claudicat nonnihil oratio, in sequentibus πάθη τὸ παραπλήσιον; quid enim illud idem? Ei videor occurrere ita legendo haec verba, ποτέρε δεῖ γίνεσθαι etc. *Vtrius ex filiis ipse deberet fieri parricida*, et a quo maxime cauendum esset, ne ipsemet postea idem pateretur.

95. 12. Ἀπολλωνίδην.) In versionem summi viri irrepsit *Apollophanem*, sed typorum aut calami vitio, cum decem versibus post seruet *Apollonidis*.

100. 30. Πάντως πεῖραν λαμβάνειν.) Melius videtur παντὸς, vt solet.

101. 19. Νέστορι τῷ Κρωπίῳ.) Cuias ille Nestor sit, mihi non liquet ex eo, quod additur. Apud Stephanum mentio est Κρωπίας δήμε, sed alia inde gentilia ille deducit, et non videtur inde domo esse. Conieci Ὠρωπίῳ, quod nunc quoque verum puto, ex Oropo, notissima apud auctores veteres vrbe.

102. 24. Ὑπαρχέσης γὰρ αὐτῆς.) Legendum αὐτῇ.

103. 25. Πράξεις αὐτῶν ποιῶσι.) Omnino deesse aliquid videtur, vt eruditissimus vir recte suspicatur. Sed videndum, ne interiectione vocis opus non sit, et scribendum modo πράξεις, ταυτὸ ποιῶσι: *ne circa vltimum vitae tempus discedentes ab officio et anteactae vitae rebus gestis, idem faciant*, nempe Dinoni et Polyarato.

110. 21. Εἰ ταύταις ὅσε τις καθίῃ.) Scribendum: εἰς ταύτας ὅτε.

112. 34. Εἰ δ' ἄπισον τὸ λεγόμενον δόξει ἐοικέναι.) Corrige ἀπίςῳ, vel ἄπισον εἶναι.

114. 11. Ἐπὶ θατέρᾳ.) Melius forte ἐπὶ θάτερα.

117. 9. Μετακομισθέντων εἰς τὴν Ῥώμην χορηγιῶν.) Aut repone χορηγίων, aut μετακομισθεισῶν χορηγιῶν, vt apud Suidam legitur in ἐπίφασις.

120. 25. Ἱκανὸν ἐπὶ χρόνον.) Putem ſcripſiſſe ἔτι. Inferius: μετὰ δ' ἔτη δύο verſum erat *poſt biduum*, ſed correxi, nec, vt reor, opus habeo excuſatione.

127. 29. Οὐ συνεκάθετο τοῖς ἀξιουμένοις οὐδ' ἐβουλήθη δοῦναι.) De interpretatione, quae prius membrum ad Charopum, alterum ad ſenatum transfert, et ſic Graeca damnum paſſa oſtendit, nihil dico. Tu mecum verte. *Poſtmodum ingreſſo in ſenatum Charopo deſideriis eius non ſubſcripſit, neque vllum reſponſum certum dedit*, nempe ſenatus, in quem ingreſſus erat. Hoc Polybio eſt συγκαταθέσθαι. XV. 5. ὁ δὲ Πόπλιος ἀκούσας ταῦτα τοῦ κήρυκος, συγκατετίθετο τοῖς παρακαλουμένοις. III, 98. Πλείω πρὸς τὸν αὐτὸν τρόπον διαλεχθεὶς, ἔπεισε τὸν Βώστορα, συγκαταθέσθαι τοῖς λεγομένοις. II, 5. Συγκαταθεμένων σφίσι τῶν προειρημένων.

129. 24. Ποιούμενος τὸν λόγον μανικῶς. τὸ γὰρ.) Vltimas tres voces mihi ſuppeditauit Suidas, quibus augere imperfectum ſenſum non dubitaui, quod caſu omiſſas credebam et ab eruditiſſimo interprete animaduerſas viderem.



FRAG-

FRAGMENTA POLYBII

AB

ISAACO CASAVBONO

ET ALIIS COLLECTA.



POLYBIANAE HISTORIAE FRAGMENTA

E

VARIIS SCRIPTORIBVS

PER

FVLVIVM VRSINVM

ET

ISAACVM CASAVBONVM

COLLECTA.

EX LIBRO VI.

Παρὰ Ῥωμαίοις, ὥς φησι Πολύβιος ἐν τῇ ἕκτῃ, ἀπείρεται γυναιξὶ πίνειν οἶνον· τὸν δὲ καλέμενον πάσσον πίνεσι. τῦτο δὲ ποιεῖται μὲν ἐκ τῆς ἀσαφίδος, καὶ ἐςὶ παραπλήσιος πινόμενος τῷ Αἰγοσθενείῳ γλυκεῖ, καὶ τῷ Κρητικῷ. διὸ πρὸς τὸ κατεπεῖγον τῦ δίψυς χρῶνται αὐτῷ. Λαθεῖν δέ ἐςιν ἀδύνατον τὴν γυναῖκα πιῦσαν οἶνον. πρῶτον μὲν γὰρ ὐδ' ἔχει οἴνυ κυρείαν ἡ γυνή· πρὸς δὲ τύτοις, φιλεῖν δεῖ τὺς συγγενεῖς τὺς αὐτῆς, καὶ τὺς τῦ ἀνδρὸς, ἕως ἐξανεψίων, καὶ τῦτο ποιεῖν καθ' ἡμέραν, ὁπόταν ἴδῃ πρῶτον. λοιπὸν, ἀδήλυ τῆς ἐντυχίας ὔσης, τίσιν ἀπαντήσει, φυλάσσεται. τὸ γὰρ πρᾶγμα, κἂν γεύσηται μόνον, ὐ προσδεῖ διαβολῆς. *Athenaeus lib. X.*

Καὶ τόπος δέ τις ὕτω καλεῖται, Ῥύγκος, περὶ Στράτου τῆς Αἰτωλίας, ὥς φησι Πολύβιος ἐν ἕκτῃ ἱςοριῶν. *Athenaeus libro III.*

ΟΛΚΙΟΝ, πόλις Τυῤῥηνίας, Πολύβιος ἕκτῳ. *Stephanus de vrbibus.*

ΩΣΤΙΑ, πόλις Ἰταλίας, Πολύβιος ἕκτῳ. Ἔκτισε δὲ καὶ πόλιν Ὠςίαν ἐπὶ τȣ̃ Τιβέριδος. *Idem.*

EX LIBRO VII.

Πολύβιος δ' ἐν τῇ ἑβδόμῃ, Καπυησίȣς, τȣ̀ς ἐν Καμπανίᾳ, διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς γῆς πλȣ̃τον περιβαλλομένȣς ἐξοκεῖλαι εἰς τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν, ὑπερβαλλομένȣς τὴν περὶ Κρότωνα καὶ Σύβαριν παραδεδομένην φήμην. ȣ̓ δυνάμενοι ȣ̃ν, φησὶ, φέρειν τὴν παρȣ̃σαν εὐδαιμονίαν, ἐκάλȣν τὸν Ἀννίβαν. Διόπερ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀνήκεςα δεινὰ ἔπαθον. Πετιλινοὶ δὲ τηρήσαντες τὴν πρὸς Ῥωμαίȣς πίςιν, εἰς τοσȣ̃τον καρτερίας ἦλθον πολιορκȣ́μενοι ὑπ' Ἀννίβα, ὥςε μετὰ τὸ πάντα μὲν τὰ κατὰ τὴν πόλιν δέρματα καταφαγεῖν, ἁπάντων δὲ τῶν κατὰ τὴν πόλιν δένδρων τȣ̀ς φλοιȣ̀ς καὶ τȣ̀ς ἁπαλȣ̀ς πτόρθȣς ἀναλῶσαι, καὶ ἕνδεκα μῆνας ὑπομείναντες τὴν πολιορκίαν, ȣ̓δενὸς βοηθȣ̃ντος ȣ̓δὲ συνευδοκȣ̃ντος Ῥωμαίων, παρέδωκαν ἑαυτȣ́ς. *Athenaeus lib. XII.*

ΜΑΣΣΥΛΟΙ, Λιβυκὸν ἔθνος. Ἀρτεμίδωρος. Πολύβιος ἐν ἑβδόμῳ Μασσυλεῖς αὐτȣ̀ς φησι. *Stephanus. Euſtathius in Dionyſium paullo aliter:* Πολύβιος δὲ Μασȣλεῖς γράφει αὐτȣ̀ς, *quum tamen ex Stephano ſumſerit Euſtathius.*

ΩΡΙΚΟΣ, πόλις ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. λέγεται ἀρσενικῶς, ὡς Πολύβιος ἑβδόμῳ. οἱ δὲ τὸν Ὠρικὸν κατοικȣ̃ντες, οἱ καὶ πρῶτοι κεῖνται παρὰ τὴν εἰσβολὴν πρὸς τὸν Ἀδρίαν, ἐκ δεξιῶν εἰσπλέοντι. *Stephanus et Euſtathius in Dionyſium.*

EX LIBRO VIII.

Πολύβιος δ' ἐν ὀγδόῃ ἱςοριῶν, Καύαρός φησιν ὁ Γαλάτης, ὢν τ' ἄλλα ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὑπὸ Σωςράτȣ τȣ̃ κόλακος διεςρέφετο, ὃς ἦν Χαλκηδόνιος τὸ γένος. *Athenaeus lib. VI.*

ΑΓΚΑΡΑ, πόλις Ἰταλίας, ὡς Ἀντία, Ἀδρία. τὸ ἐθνικὸν, Ἀγκαράτης, ὡς Πολύβιος ὀγδόῃ. *Stephanus.*

ΔΑΣΣΑΡΙΤΑΙ, ἔθνος Ἰλλυρίας. Πολύβιος ὀγδόῳ. *Idem.*

EX LIBRO IX.

Πολύβιος δ' ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν ἱςοριῶν καὶ ποταμόν τινα ἀναγράφει, Κύαθον καλȣ́μενον, περὶ Ἀρσινόην πόλιν Αἰτωλίας. *Athenaeus lib. X.*

ΑΡΣΙΝΟΗ, πόλις Λιβύης. τὸ ἐθνικὸν Ἀρσινοήτης. καὶ Ἀρσινοεὺς ἐπὶ τῆς Αἰτωλικῆς, ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ. *Stephanus.*

ΑΓΑΘΥΡΣΑ, πόλις Σικελίας, ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ. *Idem.*

ΑΤΕΛ-

ΑΤΕΛΛΑ, πόλις Ὀπικῶν Ἰταλίας, μεταξὺ Καπύης καὶ Νεαπόλεως. τὸ ἐθνικὸν ἐκ Ἀτελλαῖος, ὡς Ἀγυλλαῖος· ἀλλ' Ἀτελλανὸς, ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ. Ἀτελλανοὶ παρέδοσαν ἑαυτές. *Idem.*

ΣΥΝΙΑ, Θετταλίας πόλις. Πολύβιος ἐννάτῳ. *Idem.*

EX LIBRO X.

ΑΠΑΣΙΑΚΑΙ, Μασσαγετῶν ἔθνος. Στράβων ἑνδεκάτῃ, καὶ Πολύβιος δεκάτῃ. *Stephanus.*

ΑΧΡΙΑΝΗ, πόλις Ὑρκανίας. Πολύβιος δεκάτῃ. *Idem.*

ΚΑΛΛΙΟΠΗ, πόλις Παρθυαίων. Πολύβιος δεκάτῃ. *Idem.*

EX LIBRO XI.

ΕΛΛΟΠΙΟΝ, πόλις Αἰτωλίας. Πολύβιος ἑνδεκάτῃ. *Stephanus.*

ΙΛΟΥΡΓΕΙΑ, πόλις Ἰβηρίας. Πολύβιος ἑνδεκάτῃ. *Id.*

ΦΥΤΑΙΟΝ, πόλις Αἰτωλίας. Πολύβιος ἑνδεκάτῃ. *Idem.*

EX LIBRO XII.

Πολύβιος δ' ὁ Μεγαλοπολίτης ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν ἱςοριῶν, Φίλιππος, Φησὶν, ὁ Περσέως πατὴρ, ὅτε τὴν Ἀσίαν κατέτρεχεν, ἀπορῶν τροφῶν, τοῖς ςρατιώταις παρὰ Μαγνήτων, ἐπεὶ σῖτον ἐκ εἶχον, σῦκα ἔλαβε. διὸ καὶ Μυῦντος κυριεύσας τοῖς Μάγνησιν ἐχαρίσατο τὸ χωρίον ἀντὶ τῶν σύκων. *Athenaeus lib. III.*

Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης, ἐκλαθόμενος ἑαυτῦ, (ἐλέγχει δ' αὐτὸν εἰς τῦτο Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης διὰ τῆς δωδεκάτης τῶν ἱςοριῶν) ἐκ εἶναι ἔφη σύνηθες τοῖς Ἕλλησι, δέλες κτᾶσθαι. *Athenaeus lib. VI.*

Πολύβιος δ' ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν ἱςοριῶν γίγνεσθαί φησι παρόμοιον τῷ λαγῷ ζῶον, τὸ κένικλον καλέμενον, γράφων ἕτως· Ὁ δὲ κένικλος καλέμενος etc. *Athenaeus lib. IX. Extat locus hodieque. Vide pag. 324. T. II.*

Ἱςορεῖ περὶ τῦ ἐν Λιβύῃ καλεμένε λωτῦ αὐτόπτης γενόμενος ὁ Μεγαλοπολίτης Πολύβιος, ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν ἱςοριῶν λέγων ἕτως. Ἐςὶ δὲ τὸ δένδρον ὁ λωτὸς ἐ μέγα, τραχὺ δὲ καὶ ἀκανθῶδες. ἔχει δὲ φύλλον χλωρὸν παραπλήσιον τῇ ῥάμνῳ, μικρὸν βαθύτερον καὶ πλατύτερον. ὁ δὲ καρπὸς τὰς μὲν ἀρχὰς ὅμοιός ἐςι καὶ τῇ χρόᾳ καὶ τῷ μεγέθει ταῖς λευκαῖς μυρτίσι ταῖς τετελειωμέναις· αὐξανόμενος δὲ τῷ μὲν χρώματι γίνεται φοινικῦς, τῷ δὲ μεγέθει ταῖς ςρογγύλαις ἐλαίαις παραπλήσιος· πυρῆνα

ῥῆνα δ' ἔχει τελέως μικρόν. ἐπὰν δὲ πεπανθῇ, συνάγουσιν· καὶ τὸν μὲν τοῖς οἰκέταις μετὰ χόνδρου κόψαντες, σάττουσιν εἰς ἀγγεῖα· τὸν δὲ τοῖς ἐλευθέροις, ἐξελόντες τὸν πυρῆνα, συντιθέασιν. ὡσαύτως καὶ σιτεύονται τοῦτον. ἐστὶ δὲ τὸ βρῶμα παραπλήσιον σύκῳ καὶ Φοινικοβαλάνῳ· τῇ δ' εὐωδίᾳ, βέλτιον. γίνεται δὲ καὶ οἶνος ἐξ αὐτοῦ βρεχομένου καὶ τριβομένου δι' ὕδατος, κατὰ μὲν τὴν γεῦσιν ἡδὺς καὶ ἀπολαυστικὸς, οἰνομέλιτι χρηστῷ παραπλήσιος, ᾧ χρῶνται χωρὶς ὕδατος. οὐ δύναται δὲ πλέον δέκα μένειν ἡμερῶν. διὸ καὶ ποιοῦσι κατὰ βραχὺ πρὸς τὴν χρείαν· ποιοῦσι δὲ καὶ ὄξος ἐξ αὐτῶν. *Athenaeus lib. XIV.*

ΙΠΠΩΝ, Λιβύης πόλις. Πολύβιος δυοκαιδεκάτῃ. *Stephanus.*

ΣΙΓΓΑ, ὡς Πολύβιος δυοκαιδεκάτῃ. *Idem.*

ΤΑΒΑΘΡΑ, πόλις Λιβύης. Πολύβιος δυοκαιδεκάτῃ. *Idem.*

ΧΑΛΚΕΙΑ, πόλις Λιβύης. ὁ Πολυίστωρ ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ, ὡς Δημοσθένης· ᾧ μεμΦόμενος Πολύβιος ἐν τῇ δωδεκάτῃ ὧδε γράΦει. ἀγνοεῖ δὲ μεγάλως καὶ περὶ τῶν χαλκείων. οὔτε γὰρ πόλις ἐστὶν, ἀλλὰ χαλκουργεῖα. *Idem.*

EX LIBRO XIII.

Πολύβιος δ' ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν, Φιλίππου τοῦ καταλυθέντος ὑπὸ Ῥωμαίων, κόλακα γενέσθαι Προκλείδην τὸν Ταραντῖνον, τὸν καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ πᾶσαν ἀνατρέψαντα. *Athenaeus lib. VI.*

Hodie in omnibus Polybii libris etiam mss. legitur Ἡρακλείδης, *non* Προκλείδης. *Vide pag. 351. T. II.*

Περὶ δὲ Αἰτωλῶν Πολύβιος μὲν ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν Φησὶν, ὡς διὰ τὴν τῶν πολέμων συνέχειαν, καὶ τὴν τῶν βίων πολυτέλειαν, κατάχρεοι ἐγένοντο. *Athenaeus lib. XII. vide pag. 48.*

93. Κατοιμώξας. καὶ πολλὰ μὲν αὐτὸν κατοιμώξας, ὅτι παρὰ μικρὸν ἔλθοι τῦ λαβεῖν Ἄτταλον ὑποχείριον.

94. Κεραία. καθελόμενος τὰς ἱςὰς καὶ τὰς κεραίας, ἔζευξε τέτοις αὐτὰς βιαίως πρὸς ἀλλήλας.

95. Κομιδή. τῆς εἰς τὔμπροσθεν κομιδῆς καὶ τῆς ὅλης ἐπιβολῆς ἀπέςη.

96. Λιτοῖς. μαθὼν δ' ἐξ αὐτομόλε διασαφήσαντος, ὅτι ἑορτὴν ἄγεσι πάνδημον, καὶ τοῖς σιτίοις λιτοῖς χρῶνται διὰ τὴν σπάνιν, τῷ δὲ οἴνῳ δαψιλεῖ, ἐπολιόρκει.

97. Μεθοδικῶς. πάντα δὲ τὰ λεγόμενα μεθοδικῶς περὶ τῶν πράξεων ἐποπτευκὼς, εἰ καί τις ἕτερος τῶν καθ' ἡμᾶς.

98. Μνησικακεῖν. τῦ μνησικακεῖν ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, ἐδ' ἡντιναῦν ἔμφασιν ἐποίεν οἱ Ῥωμαῖοι.

99. Μύωψ. ὁ δὲ προθεὶς τὰς μύωπας ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, ἤλαυνε κατὰ κράτος.

100. Νῦν ἔχειν καὶ τόλμαν δεῖ, ἅπερ ἐςὶ κυριώτατα πρὸς τὰς ἐπισφαλεῖς καὶ παραβόλυς πράξεις.

101. Νῶλα. *vide excerpta e Stephano, unde habet Suidas. pro* Νωλανοὶ *apud Stephanum est* Νωλανεῖς. *minus recte.*

102. Ὀρθή. διόπερ, ὡς ὐδέποτε μᾶλλον, ὀρθὴ καὶ περίφοβος ἡ τῶν Ῥωμαίων πόλις ἐγεγόνει, παραδοκῦσα τὸ συμβησόμενον. τὰ ἔθνη τῆς Ἰβηρίας ὀρθῶς αὐτοῖς ἀντικαθιςάμενα. ἀντὶ τῦ, ἀναίδην, ἀποτόμως.

103. Ὁρμητήριον. τὸ φρέριον. οἱ Παννόνοι τὸ κατ' ἀρχὰς τῦ πολέμυ λαβόντες, ὁρμητήριον ἐπεποίηντο καὶ εἰς ὑποδοχὴν τῶν λαφύρων ἐξηρήκεσαν. *potest dubitari, an sit Polybii hic locus, propter mentionem Pannoniorum, ut ad Suetonium monebamus.*

104. Οὐχ οἷον. ὐχ οἷον ὐ προσεῖχε τοῖς λεγομένοις, ἀλλ' ὐδ' ἠνείχετο ἀποφαινόμενος ταῦτα. *Scrib.* ἀποφαινομένυ.

105. Ὄχλος. ὔτε ἐξετάσαι τὸν ἄνθρωπον οἷόν τε ἦν ἀκριβῶς, ἀσθενείᾳ σώματος ὀχλύμενον, ὔτε ἐρωτᾶν εὐλαβείᾳ τῦ ὀχλώδυς.

106. Πα-

106. Παλίγκυρτος. τῶν πολεμίων αὐτομάτως καθάπερ ἐς παλίγκυρτον αὐτοὺς καθεικότων, δυνάμενος κρατῆσαι τῶν ἐχθρῶν, τούτους παρέλειπε.

107. Παρατετολμηκότες καὶ τελέως ἀπελπίσαντες τὴν σωτηρίαν.

108. Παρέργως. οὐ μὴν οὐδὲ τὸ πάρεργον ἄξιον σιωπῆσαι καθάπερ ἀγαθοῦ τεχνίτου. περὶ τοῦ Σκιπίωνος λέγων ὁ Πολύβιος.

109. Περιβαλλόμενος. ὁ δὲ Ἄτταλος περιβαλλόμενος πλείω λόγον, ὑπεμίμνησκεν αὐτοὺς τὴν ἀνέκαθεν τῶν προγόνων ἀρετήν.

110. Περικοπή. ταύτην τὴν περικοπὴν ἐδωρήσατο τῇ τῆς Αἰμιλίας μητρί. τοῦτ᾽ ἔστι τὴν ὕπαρξιν. item: ἅτε μηδεμίαν ἐχούσης πραγματικὴν ἔμφασιν τῆς περικοπῆς αὐτῶν. τοῦτ᾽ ἔστι, τῆς ἐνεργείας. περικοπὴ, μέρος τι τῆς ὑποθέσεως. ὁ δὲ προῆγε ποιήσας εὔστολον τὴν ἀκολουθίαν, καὶ τὴν περικοπὴν τῆς ἐκδημίας.

111. Περιπαθῶς. μήθ᾽ ἑαυτὸν ῥίψαι κατὰ κρημνοῦ περιπαθὴς γενόμενος.

112. Πραξικοπήσας. ὁ δὲ Οὔρβιος πραξικοπήσας νυκτὸς κατέλαβε τὸ μέρος τῆς ἀκροπόλεως, καὶ τοὺς Ῥωμαίους εἰσήγαγε.

113. Πρᾶξις. κατὰ τῶν ἐν τῇ πατρίδι Φίλων τρίτην (τὴν) πρᾶξιν κατασκευασαμένου καὶ προσενεγκόντος τῷ Φαβίῳ τὸν λόγον.

114. Προσαγγελία. τῷ δὲ Πτολεμαίῳ γενομένης προσαγγελίας παρεῖναι τὸν Ἀρχίαν.

115. Προσανέχειν. ὁ δὲ πᾶν ὑπομένειν ἐδόκει, προσανέχων ταῖς τῶν Αἰγυπτίων ἐπαρκείαις. item, ὁ δὲ Δημήτριος, προσανέχων τῇ παρουσίᾳ τοῦ διαποσαλησομένου πρὸς αὐτόν.

116. Προσδέξασθαι δὲ, τὸ δὴ λεγόμενον, πρὸς τὰς πλευρὰς τοὺς πολεμίους.

117. Προσπεσόντων δὲ τούτων εἰς Τάραντα, καὶ τοὺς Θουρίους, ἠγανάκτει τὰ πλήθη.

118. Προστασία. ὁ δὲ ἐξέπεμψε τὸν Πόπλιον μετὰ μεγάλης προστασίας. καὶ τὸν ἴδιον οἶκον ἐσφαλκέναι, διὰ τὴν πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ὁρμὴν καὶ προστασίαν.

119. Πρόστιμα. οἱ δὲ ἔδωκαν τῷ βασιλεῖ πεντήκοντα τάλαντα, πρόστιμον τῆς ἁμαρτίας.

120. Πρὸς τρόπων. ὁ δὲ Ἀντίοχος πρὸς τρόπων αὐτῷ καὶ παραδόξου γενομένης τῆς ἐπαγγελίας, ὑπερχαρὴς ὢν, πάντα ὑπισχνεῖτο.

121. Πταίειν. καὶ παροιμία, μὴ πολλάκις πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον πταίειν, ἔχοντα καιρὸν ὁμολογούμενον.

122. Ῥα-

122. Ῥαβδοῦχοι. παρῆν ῥαβδοῦχος παρὰ τοῦ στρατηγοῦ καλῶν τὸν βασιλέα.

123. Ῥᾳδιέστερον. ἀλλὰ πολὺ ῥᾳδιεστέραν καὶ συντομωτέραν συνέβη γενέσθαι τὴν Ἀσδρούβου παρουσίαν ἐς Ἰταλίαν.

124. Σάμβυκες. εἶδος μηχανήματος πολιορκητικοῦ, ὥς φησι Πολύβιος. περὶ δὲ τῆς κατασκευῆς αὐτοῦ γέγραπται ἐν τῷ περὶ ἐκφράσεως. *Non extat locus, quo nos reiicit. Vide Polybium libro VIII.*

125. Σιτομετρεῖν. ὁ δὲ Φίλιππος διαδοὺς, ὅτι μέλλει σιτομετρεῖν, ἐκήρυξεν, ὅσοι μὴ πλεῖον ἔχουσι τριάκοντα ἡμερῶν σῖτον, ἀπογράφεσθαι πρὸς αὐτόν.

126. Σωματοποιεῖν. ὁ δὲ Ζεῦξις ὑπεκρίνετο μὲν ποιεῖν τὰ κατὰ τὰς συνθήκας· οὐκ ἠβούλετο δὲ ἀληθινῶς σωματοποιεῖν τὸν Φίλιππον. ἐσωματοποίησε δὲ τοὺς ἵππους· ἀνεκτήσατο δὲ τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων. οἱ δὲ ἠναγκάζοντο παντὶ τῷ λεγομένῳ προσέχειν, καὶ πᾶσαν ἐλπίδα σωματοποιεῖν καὶ προσδέχεσθαι. ὁ δὲ ἔφασκε δεῖν μὴ προΐεσθαι τοὺς ἐχθροὺς ἐκ τῶν χειρῶν, μηδὲ σωματοποιεῖν τὴν τόλμαν αὐτῶν φυγομαχοῦντας. ὁ δὲ βραχείας ἐπιλαβόμενος ἐλπίδος ἐκ τῶν πολιορκουμένων, ἐσωματοποίει ταύτην. ὁ δὲ ὡς κηδεμονικὸς φίλος πᾶν ἐμηχανᾶτο, δι' οὗ τὰ τῶν ἐχθρῶν σωματοποιήσει, τοῖς δὲ σφετέροις πράγμασι περιστήσει τοὺς μεγίστους κινδύνους.

127. Σπουδάζων. καί τινα τῶν μακρῶν πλοίων ἐξαπέστειλε, σπουδάζων τῷ στρατοπέδῳ τὰ πρὸς τὴν χρείαν. *haec ita apud Suidam: sed mutila et supplenda ex T. I. p. 87.*

128. Στείλασθαι. ἀντὶ τοῦ κρύψαι. ὀλίγοι δέ τινες δεδιότες, μήποτε οὐ δυνάμενοι στείλασθαι, καταφανεῖς γένονται, ἀνέφερον τὸ χρυσίον. ὁ δὲ Περσεὺς ἐβουλεύετο (ἐβούλετο) μὲν στέλλεσθαι· οὐ μὴν ἠδύνατό γε κρύπτειν τὸ γεγονός

129. Στέρξω. νῦν δὲ, οὐ πρὸς ἡμῶν γὰρ ἐπιορκεῖν, τὰ παρόντα στέργομεν.

130. Συντάξας. ἐντειλάμενος. Πολύβιος· συντάξας ἐλαύνειν κατὰ σπουδὴν ὅσον ἔχει δυνάμεως.

131. Σύνταξις. ταῦτα ἐν ταῖς πρότου συντάξεσι δεδηλώκαμεν.

132. Συστήσας. τοῦτον ἐξαπέστειλε συστήσας ἱππεῖς πεντακοσίους δυναμένους ἔτι πονεῖν.

133. Τελεσιουργήσας. περὶ τὸ τῆς τάφρου χεῖλος τελεσιουργήσας τὴν πρᾶξιν. ἐπ' αὐτήν που τὴν τελεσιουργὸν κατεβακχεύοντο πρᾶξιν χωρεῖν, σώφρονι μανίᾳ τινὶ ἐς συμπλοκὴν ἐξοιστρούμενοι.

μενοι. *dubito an ſint Polybii: aliena enim ſunt ab eius grauitate et ſtilo.*

134. Τύλος. τῆς πέτρας αὐτοῖς δυχρηςίας παρεχέσης διὰ τὸ δεῖν τρῆμα ποιεῖν ἐν αὐτῇ, τοῖς τύλοις κρατῦσι τὴν σύριγγα τὴν προσαγομένην.

135. Ὑπερῆραν. κάμψαντες δὲ τὸν παχὺν ὑπερῆραν εἰς ἔκνομον. *corrige Suidam e Polybio T. I. p. 42. eſt enim ridicule corruptus locus.*

136. Φαντασία. εἰδὼς γὰρ ὅτι Φαντασία περὶ αὐτόν ἐςιν, ὡς ἔχοντα χρήματα μεθ᾽ ἑαυτῦ πλείω, ἡρμόσατο πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἐνδεχομένως. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι μετὰ μεγάλης Φαντασίας καὶ συμπαθείας τῦ δήμυ, προῆγον ἐπὶ τὰς πράξεις.

137. Φειδίας. καθάπερ οἶμαι Μυρμηκίδην ἀντιταττόμενον τῇ Φειδίȣ τέχνῃ.

138. Φυλάκια. ὁ δὲ κατέχεν ἀμφότερα τὰ κατεσκευασμένα Φυλάκια, πεντήκοντα πόδας διεςῶτα ἀλλήλων.

139. Χάρμα. τὸν δὲ ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἔλαβε Φρένας. *dubito an ſint Polybii: ſunt enim* ποιητικώτερα.

140. Χειρισμόν. ἐπιχείρησιν. Πολύβιος. ὅταν γένηται ταῦτα κατὰ χειρισμὸν ἰσοταχῆ. *perperam editum* ἰσοτυχῆ. *locus eſt in diſputatione* περὶ πυρσείας. *vide T. II. p. 263.*

141. Χορήγια. μὴ οἷον κατὰ θάλατταν τὰς παρασκευὰς καὶ τὰ χορήγια παρακομίζειν τοῖς ςρατοπέδοις, μηδὲ ἐπὶ ὑποζυγίων· ἀλλ᾽ ἐν πήραις δεχ᾽ ἡμερῶν ἔχοντας ἐφόδια.

142. Χρεωκοπεῖται. τῆς παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς χρεωκοπείας κατὰ τὴν Θεσσαλίαν ζηλωθείσης, καὶ πάσης πόλεως εἰς ςάσεις καὶ ταραχὰς ἐμπιπτέσης.

143. Ψυχαγωγεῖν. ἔτοι μὲν περὶ ταῦτα διέτριβον, ψυχαγωγῦντες τὰς δυνάμεις.

De iis, quae tacito auctoris nomine e Polybio Suidas deſcripſit.

Ea vero multa ſane ſunt, et praeclara, quod non difficulter deprehendet, quisquis hunc auctorem paullo diligentius legerit. Nam exempli cauſſa, locus in ἐνάπτοντες *laudatus, extat editionis huius T. I. p. 316. in* ἐθλὰ, *T. II. p. 400. Vocem* εὐπερίκοπτος, *et quae in ea habet Suidas, ad Polybium pertinere, coniectura primum mihi perſuaſit, deinde ſcripti codices, ex quorum auctoritate eam dictionem Polybio reſtituimus T. II. p. 286. Quae de Antigono in ea voce comme-*

commemorat, desumta sunt e libro V. T. I. p. 571. quae de Agathocle, e libro XII. T. II. p. 331. quae de Polycrate, e libro XVIII. T. II. p. 507. de locis ad insidiandum aptis, quae in vocibus πτερίναν ῥιπίδα *leguntur, depromta sunt e libro III. T. I. p. 355. In dictione* Πόπλιος *de Scipione Africano priore plurima referuntur, quae sunt omnia ad verbum descripta e fragmento altero lib. X. Polybii tamen nomen in principio non apponitur: sed post multa in medio inseritur, quasi priora aliunde essent petita. Sic passim alibi plurium aut pauciorum verborum loca huius auctoris sine nomine in vulgatis Suidae codicibus describuntur. Contra Fuluii Vrsini vetus codex multa Polybio attribuit, quae in editis carent auctore. Inde est, quod nos quoque in digerendis praecedentibus fragmentis Vrsini fidem secuti et iudicium nostrum, multa Polybio vindicauimus, quae in Suidae libris nullum habent auctorem. E ceteris, quae nullo auctore laudantur, neque in Polybii reliquiis hodie reperiuntur, nonnulla ad historiam pertinent, nonnulla voces explicant, quae pro eo vsu, quem habemus, dictionis Polybianae huius scriptoris esse partim suspicamur, partim non dubitamus affirmare. Vtriusque generis exempla e multis, quae poteramus afferre, pauca haec sunto.*

Ὁ δὲ Πτολεμαῖος εἰδὼς τοὺς ἑαυτοῦ προγόνους ἐσχηκότας τὴν Κοίλην Συρίαν, παρασκευὰς ἐποιεῖτο μεγάλας, ἀμφισβητῶν ταύτης· ἤλπιζε γὰρ τὴν ἀδίκῳ πολέμῳ πρότερον ἀνειμένην, τότε δικαίως τοῖς αὐτοῖς νόμοις ἀνακτήσεσθαι. *in voce* ἀμφισβητεῖν *ex incerto auctore haec habentur, quae Polybii videntur esse. Vide, quae notamus in commentariis ad T. I. p. 655. ex aliis Polybii locis.*

In voce Ἀννίβας *quaedam de Hannibale afferuntur e tertia Polybii historia. sed et ex iis, quae deinceps sequuntur, multa arbitror eiusdem auctoris esse, e libris, qui hodie desiderantur.*

In voce Ἀσδρούβας *bis posita, quae de duobus Carthaginiensium ducibus dicuntur, quorum fuit vtrique nomen Asdrubali, ea ex historia Polybii, nisi fallor, sunt descripta. Gulussa, de quo ibi mentio, is est regulus, cuius Polybium meminisse ait Plinius lib. VIII. cap. 10.*

In vocibus Πόπλιος Σκηπίων *et* Σκηπίων *variis locis multa narrat de Scipione aut Scipionibus, praeter illa, quorum*

ante memini, quae non sine caussa putem ex hoc scriptore magna ex parte esse depromta.

In voce Σκόπας, *quae dicuntur de Scopa Aetolo, qui Alexandriae periit, ea Polybio vt adscribam non iuuitus, cum alia suadent, tum quae scribit ipse de eodem Scopa, lib. XVII. fragmento vltimo.*

In nomine Τίμαιος, *quae dicuntur de maledicendi studio, quod fuit in Timaeo summum, saltem ex parte videntur esse e Polybio decerpta, qui eo nomine Timaeum male oderat. Vide librum XII.*

In nomine Χαίρων, *quae vberius commemorantur de Chaeronis Lacedaemonii prauo ingenio et rebus gestis, fallor, aut pura puta sunt Polybii verba, cui coniecturae et res et dictio faciunt fidem. Non etiam dubito, quin e Polybii historiis sit haustum prudentissimum illud Scipionis siue praeceptum, siue consilium, quod in verbo* πειράζειν *ita refertur.* Σκηπίων ὁ Ῥωμαῖος συνεβούλευσεν οὕτως· ἢ μὴ πειράζειν, ἢ οὕτως, ὥστε ἐκ παντὸς τρόπου τέλος ἐπιθεῖναι τῇ πράξει. τὸ γὰρ δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν πειράζειν, ἅμα μὲν ἐπισφαλές, ἅμα δὲ εὐκαταφρόνητον ποιεῖ γενέσθαι παντελῶς. Scipio Romanus hoc consilium dabat: aut tentare non oportet, aut sic tentare, vt omnibus viribus quod instituisti coneris perficere. nam bis ad eundem lapidem offendere, simul periculosum est, et contemtui obnoxium prorsus reddit. *Lego enim,* δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον προσκόπτειν. *certe* πρὸς τὸν αὐτὸν πειράζειν *quid sit nescio.*

In προτείνειν *leguntur haec:* προτείνειν αὐτῷ φ' τάλαντα, παραχωρήσαντι τῆς Κύπρου· καὶ τ' ἄλλα συνακολουθήσοντα λυσιτελῆ καὶ τίμια παρ' αὐτῷ συνεπιδεικνύειν, προσενεγκαμένῳ τὴν χρείαν ταύτην. *refero ad contentiones Ptolemaeorum fratrum super regno Cypri, Polybio fuse descriptas, vt apparet e legationum eclogis, CXV. CXVII. et CXXXII. Sed de hoc genere satis: plura huiusmodi in commentariis obseruamus. Sequuntur*

Voces ab eodem Suida adnotatae sine auctoris nomine, quas validae coniecturae persuadent nobis esse Polybii.

1. Ἀβλεπτήματι. ἁμαρτήματι. ὁ δὲ Φέρων ἐκαρτέρει τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἀβλεπτήματα. τὰ δὲ τῶν λογικωτέρων αὐτὸν ἠνία. καὶ

καὶ ἀβλεπτοῦντες. οἱ δὲ ἀβλεπτοῦντες καὶ αἰδούμενοι ἀντοφθαλμεῖν πρὸς τὸν Φίλιππον, ἐβοήθουν.

2. Ἀβουλεῖ. ὁ δὲ οὐ σφόδρα στοχαζόμενος τῆς τοῦ βασιλέως γνώμης, ἀβουλότατα διεπράξατο.

3. Ἀδοξεῖται. οὐκ ἀποδεκτόν ἐστι τὸ νικᾷν παρὰ Ῥωμαίοις, ἄνευ παραγγέλματος. ἀδοξεῖται γάρ.

4. Ἀλάστωρ. ὁ δὲ ἔγραφε πικρῶς καὶ παραστατικῶς, ἀλάστορας ἀποκαλῶν καὶ παλαμναίους διὰ τῆς ἐπιστολῆς, εἰ οὕτως προήσονται τοὺς τόπους, μηδὲν παθόντες ἢ ἰδόντες κακόν. *Vide, quae obſeruamus ad librum primum, de vocum* παράστασις, παραστατικὸς *et* παραστατικῶς *peculiari apud Polybium vſu; et quae Suidas ipſe in iis vocibus.*

5. Ἁρμοζόμενος. ὁ δὲ νυκτὸς ἐπῄει τὰς εἰσόδους, ἁρμοζόμενος πρὸς τὴν ὑποκειμένην πρόθεσιν.

6. Διαφείς. ὁ δὲ διαφεὶς τοὺς ἡγεμόνας ἐκίνει τὴν πρωτοπορίαν.

7. Ἐκτενῶς. *Locus extat T. II. p. 122. Inde corrige* τὸν βῶλιν, *pro* τὸν βῶλον.

8. Ἐμπλασσόμενοι. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι ἀλλήλοις ἐμπλασσόμενοι καὶ περιπίπτοντες τοῖς θηρίοις ἀπέθνησκον.

9. Ἔπαυλις. τότε μὲν οὖν ἀμφότεροι τὴν ἔπαυλιν ἐπὶ τοῦ χώματος ἐποιήσαντο, οἵτε Ῥωμαῖοι καὶ οἱ Καρχηδόνιοι. τοῦτ' ἔστι τὴν κοίτην.

10. Ἐπιλογισάμενος. καὶ ἐφ' ὧν ἐνόμιζε πλεονεκτήσειν κατὰ τὴν μάχην ἐπιλογισάμενος, πείθει.

11. Ἐπιτακτικῶς. τοὺς δὲ πρὸς αὐτὸν πρεσβεύοντας ἐπιτακτικῶς αὐτῷ διαστέλλειν περὶ τούτων.

12. Ἐπιφοράν. οἱ δὲ πεισθέντες καὶ παραδόντες ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἐπιφορὰν τῶν πολεμίων ἀπέθανον γενναίως. *Suidas interpretatur* ἐπέλευσιν: *ſed* ἐπιφορὰ *Polybio grauius ſonat, eſt enim impetus hoſtis magna vi irruentis.*

13. Θωράκιον τὸ τοῦ ἐλέφαντος. Ἀννίβας ὁ Καρχηδονίων στρατηγὸς φέρων τῶν ἐλεφάντων τὰ θωράκια, τοῖς τῶν θηρίων οἰκιδίοις ἐπὶ πλεῖστον ὕψος τοὺς κλάδους ἀποκόπτων, ἀσφαλῆ καὶ ῥαδίαν τὴν ὁδοιπορίαν κατεσκεύασε.

14. Καθήρηντο τὰς γνώμας, ἀντὶ τοῦ εἰς δειλίαν ἐνέπιπτον. Οἱ δὲ πλέονες καθήρηντο τὰς γνώμας ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε τῆς πίστεως τῆς πρὸς τοὺς βασιλέας ὑπὸ τοῦ περιδεοῦς ἀφίσαντο.

15. Καθιγμένος. ὁ δὲ βασιλεὺς καθιγμένος καὶ ταύτης τῆς ἐπιβολῆς, ἐγένετο πρὸς ἀναζυγήν.

16. Παραχηματίζειν. τὺς τῦ βασιλέως ςρατιώτας διέβαλε, φάσκων τύτοις μὴ παραχηματίζειν, ὐδεμίαν ἀληθινὴν χρείαν παρεχομένυς τῦ ἀληθὺς παρατρέπεσθαι. *non tamen aufim affirmare Polybii haec esse. Lego autem*, μηδὲν παραχηματίζων. *aperte fignificans et fine ambagibus, aut oratione figurata.*

17. Προσανανεωσάμενος. ὁ δὲ Μάρκος προσανανεωσάμενος τὴν τῦ τείχυς ταπεινότητα, ἐπεβάλετο καταπειράζειν τῆς ἐλπίδος. τῦτ' ἔςιν ἀνακαινίσας καὶ ἀνεγείρας.

18. Προσηρεικότος. προσαρμόσαντος. ὁ δὲ κατεσκεύασε ςοὰς, καὶ διὰ τύτων προσηρεικότος τῷ τείχει τὰς κριοφόρυς μηχανάς. *Voces artis bellicae funt* προσερείδειν *et* ςοαὶ, *de quibus multa diximus libro primo commentariorum in Polybium.*

19. Προσκήνιον. τὸ πρὸ τῆς σκηνῆς παραπέτασμα. ἡ δὲ Τύχη παρελκομένη τὴν πρόφασιν καθάπερ ἐπὶ προσκήνιον, παρεγύμνωσε τὰς ἀληθεῖς ἐπινοίας. *perperam Suidas fupparum et profcenium interpretatione fua confundit. alibi Polybius voce* ἐξώςρα *eandem fententiam expreffit*, τῆς Τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες ἐπὶ τὴν ἐξώςραν ἀναβιβαζύσης τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν. *Sed haec funto fatis. Multa enim omittimus, quae vix dubitamus esse* γνήσια *Polybii, vt quae habentur in voce* πρωτόπειρος, *in* ὀττευομένη, *in* κατταχύμενοι, *in* συνεπιχύσας; *fic enim fcribendum, eftque familiaris vox Polybio: in* ςύπη, *pro quo male fcribitur in Suida* ςύππη. *vide infra ex Anonymo.*

De Polybio et eius hiftoria ex eodem Suida.

Πολύβιος Λύκυ υἱὸς (*imo* Λυκόρτυ) ἀπὸ μεγάλης πόλεως τῆς Ἀρκαδίας, καθηγησάμενος Σκηπίωνος τῦ Ἀφρικανῦ, ὅτε καὶ Παναίτιος ὁ φιλόσοφος, γεγονὼς κατὰ Πτολεμαῖον τὸν ἐπικληθέντα Εὐεργέτην. ὗτος ἔγραψε τὴν μακρὰν ἱςορίαν Ῥωμαϊκὴν, ἐν βιβλίοις μ΄. ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς φυγῆς Κλεομένυς τῦ Σπαρτιάτυ, καὶ Φιλίππυ τῦ Περσέως υἱῦ (*imo* πατρὸς) τῇ διαδοχῇ τῶν Μακεδόνων τὰ ἑξῆς ἐπισυνάπτων Ῥωμαίων. Ἰςέον, ὅτι διαδέχεται τὴν Πολυβίυ ἱςορίαν Ποσειδώνιος Ὀλβιοπολίτης σοφιςής· ἔγραψε δὲ καὶ Στράβων Ἀμασιεὺς τὰ μετὰ Πολύβιον ἐν βιβλίοις μγ΄.

Ποσειδώνιος Ἀλεξανδρεὺς, φιλόσοφος ςωϊκὸς καὶ μαθητὴς Ζήνωνος τῦ Κιτιέως, ἔγραψεν ἱςορίαν τῶν μετὰ Πολύβιον ἐν βιβλίοις νβ΄, ἕως τῦ πολέμυ τῦ Κυρηναϊκῦ καὶ Πτολεμαίυ. *malim*

Πτολε-

Πτολεμαϊκȣ. *intelligit bellum, quod Ptolemaeus Philometor, Aegypti rex, cum Ptolemaeo fratre, Cyrenes et Cypri regnum ſibi vindicante, geſſit, quod Polybius deſcripſerat, vt ex legationibus conſtat. Sed inſigniter hic fallitur Suidas, Poſidonium Stoicum Zenonis diſcipulum confundens cum Poſidonio Olbiopolita ſophiſta, qui error eſt immanis.*

Βρȣ̃τος ἔγραψεν Ἐπισολὰς, καὶ τῶν Πολυβίȣ τȣ̃ ἱσορικȣ̃ βιβλίων ἐπιτομήν.

E codice Vrbinati, epitomen hiſtoriae Polybianae continente.

Τὸ γὰρ ἀδύνατον ἐν τῷ ψεύδει μόνον, ȣ̓δ᾽ ἀπολογίαν ἐπιδέχεται τοῖς ἁμαρτάνȣσι.

Πρᾶγμα ποιῶν Φρονίμȣ καὶ νȣνεχȣ̃ς ἀνδρὸς, τὸ γνῶναι κατὰ τὸν Ἡσίοδον, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.

Τὸ γὰρ μανθάνειν ἀψευσεῖν πρὸς τȣ̀ς θεȣ̀ς, ὑπότυψίς ἐσι τῆς πρὸς ἀλλήλȣς ἀληθείας.

Ἐν γὰρ τοῖς πλείσοις τῶν ἀνθρωπείων ἔργων, οἱ μὲν κτησάμενοι, πρὸς τὴν τήρησιν, οἱ δ᾽ ἕτοιμα παραλαβόντες, πρὸς τὴν ἀπώλειαν εὐΦυεῖς εἰσίν.

Οὕτως οἱ πλείȣς τῶν ἀνθρώπων τὸ κȣφότατον ἥκισα Φέρειν δύνανται, λέγω δὲ τὴν σιωπήν.

Τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν ἢ δεινῶν αὐτοῖς ȣ̓ προσῆν; ἢ τί τῶν καλῶν καὶ σπȣδαίων ȣ̓κ ἀπῆν;

Πᾶσα γὰρ ἐλευθερία μετ᾽ ἐξȣσίας πολυχρονίȣ Φύσιν ἔχει κόρον λαμβάνειν τῶν ὑποκειμένων, κἄπειτα ζητεῖ δεσπότην. τυχȣ̃σά γε μὴν τȣ́τȣ, πάλιν μισεῖ.

Οὐκ ἐκ τῶν ἔξω κοσμεῖται πόλις.

Οὕτως μέγα τι Φύεται χρῆμα καὶ θαυμάσιον, ἀνὴρ καὶ ψυχὴ, δεόντως ἁρμοθεῖσα κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς σύςασιν πρὸς ὅ τι ἂν ὁρμήσῃ τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων.

Τὸ γὰρ τοιȣ̃τον ἦθος ἀεὶ βȣ́λεται διαΦυλάττειν ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις.

Πᾶσαν γὰρ δημοκρατικὴν συμμαχίαν καὶ Φιλίας πολλῆς δεῖσθαι, διὰ τὰς ἐν τοῖς πλήθεσι γιγνομένας ἀλογίας.

Οἱ γὰρ πολλοὶ τὰ μὲν ἔργα τῶν εὐτυχȣ́ντων ȣ̓δὲ πειρῶνται μιμεῖσθαι· τὰ δὲ πάρεργα ζηλȣ̃ντες, μετὰ βλάβης ἐκθεατρίζȣσι τὴν ἑαυτῶν ἀκρισίαν.

Τοῖς μὲν γὰρ κατ᾽ ἄγνοιαν ψευδογραΦȣ̃σιν, ἔΦαμεν δεῖν διόρθωσιν εὐμενικὴν καὶ συγγνώμην ἐξακολȣθεῖν· τοῖς δὲ κατὰ προαίρεσιν, ἀπαραίτητον κατηγορίαν.

Ἀλλὰ πρὶν, τὸ δὴ λεγόμενον, ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν ἐπέφυ, προφανὲς ἐκ τέτων.

Τὸ μὲν ἐπιτιμῆσαι τοῖς πέλας ἐςὶ ῥάδιον· τὸ δ' αὐτὸν ἀναμάρτητον παρέχεσθαι, χαλεπόν.

Ὅτι παρ' οἷς ἔφυ τῦτο φυτὸν, ἐδέποτε κατέληξε πρότερον, ἢ μεγάλοις κακοῖς περιβαλεῖν τὲς ἅπαξ αὐτῷ χρησαμένες.

Πᾶς ὁ παθὼν εὖ παρὰ τὴν προσδοκίαν, καὶ τῦ γεγονότος χάριν καὶ τῦ μέλλοντος ὑπερεβάλλετο ταῖς τῶν λόγων εὐχαριςίαις.

Πολεμῦντας γὰρ δεῖ τὲς ἀγαθὲς ἄνδρας βαρεῖς εἶναι καὶ θυμικὲς, ἡττωμένες δὲ γενναίες καὶ μεγαλόφρονας, νικῶντάς γε μὴν μετρίες καὶ πραεῖς καὶ φιλανθρώπες.

Οὐδεὶς γὰρ ὕτως ὔτε μάρτυς ἐςὶ φοβερὸς, ὔτε κατήγορος δεινὸς, ὡς ἡ σύνεσις ἡ ἐγκατοικῦσα ταῖς ἑκάςων ψυχαῖς.

Τὸ δὴ λεγόμενον, τρέχωσι τὴν ἐχάτην.

Ad ſuperiora fragmenta notae.

Deſcripta ſunt pulcherrima haec fragmenta ex antiquiſſimo ſereniſſimi ducis Vrbini codice, qui epitomen continet hiſtoriae Polybianae, a primo eius libro ad XVII. finem. Edidit eadem et Fuluius Vrſinus, verum, vt apparet, aliena fide. Sciendum igitur, auctorem epitomes, ſiue ille fuit M. Brutus, ſiue alius, in conficiendis his eclogis, interdum etiam breuiores quasdam excerpſiſſe ſententias, quae in Vrbinati codice extra paginam in mundo, ſuis quaeque locis, ſunt deſcriptae. Exempli gratia, ſub finem libri primi ad excerpta de bello ſociali Carthaginienſium in ora codicis eſt haec grauiſſima ſententia adnotata: Οὕτως καὶ κατὰ ταύτας τὰς ἁμαρτίας μεγάλην ἔχει διαφορὰν ἡ μετριότης, καὶ τὸ μηδὲν ἀνήκεςον ἐπιτηδεύειν ἑκεσίως. *quae extat T. I. p. 143. Eadem ratio ſeruata vbique. Quin igitur vere Polybiana iſta ſint, per illum optimum codicem dubitare nobis non licet.*

Τὸ γὰρ ἀδύνατον.) *In Vrbinati exemplari haec ſunt adnotata e regione horum verborum libro VI.* ᾗ καὶ συμψεύδονται καὶ συγχρῶνται πάντες οἱ μόναρχοι. *Vide T. II. p. 5.*

Πρᾶγμα ποιῶν φρ.) *In Vrbinati alieno loco ſunt haec poſita, e regione iſtorum,* ἀντισπωμένης δὲ τῆς ἐκ. *T. II. p. 16.*

Τὸ γὰρ μανθάνειν α.) *Ibidem haec leguntur, plane loco non ſuo. Eſt vero diuina horum verborum ſententia, quibus ſtatuit auctor, totius iuſtitiae fundamentum eſſe pietatem.*

Ὑπότυ-

Ὑπότυψίς ἐστι τ'.) *Haec vera lectio: non ὑποτύπωσις, quod substituerat Vrsinus. Polybii vox est, quam exposuimus in commentariis ad illa verba,* ὑποτύψας τὴν διαβολὴν, *T. I. p. 617.*

Ἐν γὰρ τοῖς πλ.) *Non longe a superioribus sequebantur ista in Vrbinati: ex quo potest intelligi non pauca desiderari hodie e libro sexto.*

Οὕτως οἱ πλ.) *Ad principium libri octaui haec vetus codex habet, vbi de fidei pignoribus disseritur.*

Τὸ κυφότατον ἥκιστα Φ.) *Eleganter silentium appellat rem leuissimam. videtur Platonem imitatus, cuius sunt verba in XI. legum:* ἐκ λόγων κούφου πράγματος, ἔργῳ μίση τε καὶ ἔχθραι βαρύταται γίγνονται. *breuius idem libro IV.* κούφων καὶ πτηνῶν λόγων βαρυτάτη ζημία.

Τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν ἢ δ.) *Apposita sunt narrationi flagitiorum et scelerum Philippi, quae habetur T. III. p. 20. Imitatus erat Aelianus, si vere Suidae codices haec illi adscribunt.* τοιγαροῦν οὐ μόνον ταῦτ' ἔχειν αὐτοὺς παρεσκεύαζεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης ἀδικίας καὶ βδελυρίας ἀθλητὰς εἶναι. τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν καὶ δεινῶν αὐτοῖς οὐ προσῆν; ἢ τί τῶν καλῶν καὶ σπουδαίων οὐκ ἀπῆν; *Puto tamen ipsa haec esse Polybii verba, de cohorte amicorum Philippi loquentis. Imitatus et Nicetas Choniates in Balduino:* εἰς τοσαύτας δὲ τυραννίδας διαιρεθείσης τῆς Ἑσπέρας, τί μὲν τῶν καλῶν οὐκ ἀπῆν; τί δὲ τῶν κακῶν οὐ παρῆν;

Πᾶσα γὰρ ἐλευθερία.) *Ad illa verba T. I. p. 608.* οὐ γενομένου διαπιστή.

Οὐκ ἐκ τῶν ἔξω κ.) *Ad tertium libri noni fragmentum, de statuis et ornamentis captarum Syracusarum, Romam allatis.*

Οὕτως μέγα τι φύεται χρ.) *Ad illa verba lib. IX. T. II. p. 172.* τοὺς δὲ στρατηγίας ἀντιποιουμένους *etc.*

Τὸ γὰρ τοιοῦτον ἦθος.) *Ad illa verba T. II. p. 193.* προθυμίαν γὰρ φίλων συμφ. *quae apparet esse mutila.*

Πᾶσαν γὰρ δημοκρατ.) *Ad illud libri X. breue fragmentum, quo Aetoli et Peloponnesii de societate Romanorum queruntur.*

Πολλῆς δεῖσθαι.) *Deest aliquid.* πολλῆς προσοχῆς *aut* συγγνώμης, *aut tale quid.*

Οἱ γὰρ πολλοὶ τὰ μ.) *Appositissime haec sunt in Vrbinati adnotata ad Philopoemenis orationem, qua suadet*

 Achaeis,

Achaeis, vt elegantiorem cultum ab amictu transferant ad arma. Libro XI. T. II. p. 284. Vere Polybii esse, probat Suidas in ἐκθεατρ.

Τοῖς μὲν γὰρ κατ' ἄγν.) *Ad disputationem de origine Locrorum Epizephyriorum, libro XII. T. II. p. 327. In eodem libro paullo post eadem sententia non multo aliis verbis repetitur.*

Ἀλλὰ πρὶν τὸ δὴ λεγ.) *Non longe a superioribus in Vrbinati haec sequuntur: sed parum integra et corrupta. Meminit et Suidas in verbo* ἐπέφυ. *Pro* ἀλλὰ πρὶν, *fortasse* ἀλλ' ἀπρίξ. *Ad libri eiusdem verba vltima eius fragmenti, quo de Zaleuci lege agitur, inueni in eodem optimo et vetustissimo codice haec verba, sed mirifice ibi deprauata:* ἐπεὶ Δωριάδι ἔσω κόρα εἰς ἄνδρ' ἐσοικεῦσα εἶμα καὶ ἀμπέχονον, *quae non ex Polybii historia arbitror esse excerpta, sed ab erudito Critico nescio quare hoc loco adnotata.*

Τὸ μὲν ἐπιτημῆσαι τ.) *Ad disputationem aduersus Callisthenem, quae eodem libro XII. habetur.*

Ὅτι παρ' οἷς ἔφυ τὸ φυτόν.) *Ad libri XIII. prima verba.* Φυτὸν *igitur hic est auaritia.*

Πᾶς ὁ παθὼν εὖ παρὰ τ.) *Appositissime haec adscripta sunt in Vrbinati ad illum locum libri XVI. vbi agit de miraculis in maius vulgo efferri solitis. Eius rei caussa, inter plures, quae afferri possunt, haec est non postrema. Vide T. II. p. 442.*

Πολεμοῦντας γὰρ δ.) *Ad illa verba e libro XVII.* Τίτος δὲ μετὰ τὴν μάχην π. *T. II. p. 500. Leguntur hodieque alio loco apud Polybium, vnde fortasse huc sunt translata. Simile de Romanis, legationum tmemate LXIX.*

Οὐδεὶς γὰρ οὕτως ὤ.) *Ad minutum fragmentum haec pertinent, quod extat T. II. p. 501.* σύνεσις *habet codex Vrbinas, pro* συνείδησις, *conscientia.*

Τὸ δὴ λεγόμενον τρέχωσι τὴν ἐσχάτην.) *Ad sequens fragmentum. Vtitur et alibi. Libro primo sub finem:* οἷον ἐσχάτην τρέχοντες ταύτην ἐξαπέστελλον πρὸς τὸν Βάρκαν.

EX LIBRO MANVSCRIPTO
ANONYMI TACTICI.

Extat in christianissimi regis bibliotheca inter alios rei Tacticae scriptores auctor incertus mediae aetatis, et christianus,

ſtianus, qui de toleranda obſidione ſcripſit. Libri titulus ita concipitur. Ὅπως χρὴ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιτάττεσθαι, καὶ οἵοις ἐπιτηδεύμασιν ταύτην ἀποκρούεσθαι. *In eo ſcripto multa docentur ſuper propoſito argumento egregia et ſcitu digna, ſaepe etiam exempla afferuntur ex antiqua memoria petita. Obſeruauimus pleraque illorum e Polybii hiſtoriis eſſe deſcripta, licet auctor Polybii nullam faciat nominatim mentionem. Sed poteſt excuſari, quia magna eius libri pars in regio codice deſideratur. Eſt animus, faciente deo, et hoc ſcriptum et alia ſimilis argumenti, quorum teſtimoniis paſſim in commentariis noſtris vtimur, publici iuris facere. Interim pauca hic deſcribemus, ex iis praeſertim, quae hodie in Polybianis reliquiis non extant.*

De Syracuſis a Marco Marcello et Appio obſeſſis.

Τῶν Ῥωμαίων πολιορκούντων τὴν Συράκουσαν· Ἄππιος δ' ἦν ἡγεμὼν· καὶ τῇ μὲν πεζῇ *etc.* τοιαύτην ἡτοίμασεν παρασκευὴν ὁ προειρημένος ἀνήρ. *Sequuntur deinde apparatus Archimedis et Marcelli, de quibus noſter libro VIII. nam ea ſaltem pars hodieque ſupereſt. ſed multo plura e deſcriptione eius obſidionis haut dubie deſiderantur. In iis igitur, quae adſcripſimus, Anonymi verbis, multa agnoſco Polybiana. neque vero dubitari de eo poteſt: nam Suidas in* ἀνυστικωτέρα *omnem dubitandi anſam praecidit.*

Echini oppidi obſeſſio per Philippum: de qua Polybius libro IX. ſub finem.

Πόπλιος ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, καὶ Δορίμαχος ὁ τῶν Αἰτωλῶν, τοῦ Φιλίππου πολιορκοῦντος τὴν Ἐχιναιέων πόλιν, καὶ τὰ πρὸς τὸ τεῖχος καλῶς ἀσφαλισαμένου, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν τοῦ στρατοπέδου τάφρῳ καὶ τείχει ὀχυρωσαμένου, παραγενόμενοι αὐτοὶ, ὁ Πόπλιος στόλῳ, ὁ δὲ Δορίμαχος πεζικῇ καὶ ἱππικῇ δυνάμει, καὶ προσβάλλοντες τῷ χάρακι, καὶ ἀποκρουσθέντες, τοῦ Φιλίππου μᾶλλον ἰσχυρῶς ἀγωνισαμένου, οἱ Ἐχιναιεῖς παρέδοσαν ἑαυτοὺς τῷ Φιλίππῳ· οὐ γὰρ οἷοί τε ἦσαν οἱ περὶ τὸν Δορίμαχον τῇ τῶν δαπανημάτων ἐνδείᾳ ἀναγκάζειν τὸν Φίλιππον, ἐκ θαλάσσης ταῦτα πορισζόμενον. *Marcus conſul eſt M. Fuluius Nobilior, qui cum collega Cn. Manlio Volſone honorem illum*

illum gessit circa finem Olympiadis CXLVII. Hic Fuluius cum exercitu in Epirum et Graeciam venit.

Obsidio Ambraciae oppidi Aetolorum per Marcum Fuluium Cos.

Αἰτωλοὶ ὑπὸ τᾶ τῶν Ῥωμαίων ὑπάτα Μάρκα πολιορκάμενοι τῇ προσβολῇ τῶν μηχανημάτων καὶ τῶν κριῶν γενναίως ἀντιπαρετάξαντο. ἔτος γὰρ ἀσφαλισάμενος τὰ κατὰ τὰς στρατοπεδείας, τρία μὲν ἔργα κατὰ τὸ Πύῤῥιον προσῆγεν διὰ τῶν ἐπιπέδων τόπων, διεστῶτα μὲν ἀπ' ἀλλήλων, παράλληλα δὲ· τέταρτον δὲ κατὰ τὸ Ἀσκληπεῖον, πέμπτον δὲ κατὰ τὴν ἀκρόπολιν. Γιγνομένης δὲ τῆς προσαγωγῆς ἐνεργᾶς κατὰ πάντας ἅμα τὰς τόπας· ἐκπληκτικὴν συνέβαινε γίγνεσθαι τοῖς ἔνδον τὴν τᾶ μέλλοντος προσδοκίαν. Τῶν δὲ κριῶν τυπτόντων ἐνεργῶς τὰ τείχη, καὶ τῶν δορυδρεπάνων ἀποσυρόντων τὰς ἐπάλξεις· ἐπειρῶντο μὲν οἱ κατὰ τὴν πόλιν ἀντιμηχανᾶσθαι πρὸς ταῦτα, τοῖς μὲν κριοῖς διὰ κεραιῶν ἐνιέντες σηκώματα μολύβδινα, καὶ λίθας, καὶ στύπη δρύϊνα, τοῖς δὲ δρεπάνοις σιδηρᾶς περιτιθέντες ἀγκύρας, καὶ κατασχόντες ταῦτα ἔσω τᾶ τείχας, ὥστε, ἐπὶ τὴν ἔπαλξιν συντριβέντος τᾶ δόρατος, ἐγκρατεῖς γίνεσθαι τῶν δρεπάνων. τὸ δὲ πλεῖον, ἐπεξιόντες εὐψύχως ἐμάχοντο, ποτὲ μὲν ἐπιτιθέμενοι νύκτωρ τοῖς ἐπικοιτᾶσιν ἐπὶ τῶν ἔργων· ποτὲ δὲ τοῖς ἐφημερεύασι μεθ' ἡμέραν προφανῶς, καὶ τριβὴν ἐνεποίαν τῇ πολιορκίᾳ.

Plane illustris locus, et quem non periisse rei litterariae intersit. Polybii autem haec esse, vtut auctor dissimulet, et mediocriter versati in eius lectione statim agnoscent fatebunturque. Accedit Liuii testimonium, qui more suo historiam hanc e Polybio conuertit. Eum vide initio libri XXXVIII. atque ex illo cognoscimus, oppidum, cuius nomen hic auctor non adiecit, esse Ambraicam. δορυδρέπανα *Liuius vertit*, asseres falcatos ad detergendas pinnas. σηκώματα μολύβδινα, libramenta plumbi. κεραῖαι, tollenones. στύπη δρύϊνα, stipites robustos. *Suidas ex eodem, vt remur, Polybio;* Στύπη. πηγνύντες εἰς τὴν γῆν ὀρθὰ τὰ στύπη, ψαύοντα ἀλλήλων ἐν ἡμικυκλίῳ σχήματι, *vbi perperam editum* στύππη, *est enim a* στύπος. *Pro* καὶ κατασχόντες, *videtur scripsisse Polybius* καὶ ἀνασπῶντες.

EX VARRONIS
LIBRO IV.
De lingua latina.

Lana. Graecum, vt Polybius et Callimachus ſcribunt.

EX CICERONIS LIB. III.
De officiis.

Sed vt laudandus Regulus in conſeruando iureiurando, ſic decem illi, quos poſt Cannenſem pugnam iuratos ad ſenatum miſit Annibal, ſe in caſtra redituros ea, quorum erant potiti Poeni, niſi de redimendis captiuis impetrauiſſent, ſi non redierunt, vituperandi. de quibus non omnes vno modo. nam Polybius, bonus auctor imprimis, ſcribit ex decem nobiliſſimis, qui tum erant miſſi, nouem reuertiſſe, a ſenatu re non impetrata: vnum ex decem, qui paullo poſt, quam egreſſus erat e caſtris, rediſſet, quaſi aliquid eſſet oblitus, Romae remanſiſſe, reditu enim in caſtra liberatum ſe eſſe iureiurando interpretabatur: non recte. fraus enim adſtringit, non diſſoluit periurium. fuit igitur ſtulta calliditas, peruerſe imitata prudentiam. itaque decreuit ſenatus, vt ille veterator et callidus vinctus ad Annibalem duceretur. *Vide Polybium ſub finem libri VI.*

Idem epiſtolarum ad familiares Libro V. ad Lucceium.

Deeſſe mihi nolui, quin te ad monerem, vt cogitares, coniunctene malles cum ceteris rebus noſtra contexere, an, vt multi Graeci fecerunt, Calliſthenes Troicum bellum, Timaeus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis ſuis hiſtoriis ea, quae dixi, bella ſeparauerunt, ita tu quoque item ciuilem coniurationem ab hoſtilibus externisque bellis ſeiungeres.

EX T. LIVIO.

LIBRO XXX.

Morte ſubtractus, ſpectaculo magis hominum, quam triumphantis gloriae Syphax eſt etc. hunc regem in triumpho ductum Polybius hautquaquam ſpernendus auctor tradit.

In praecedentem Liuii locum animaduerſio.

Polybius hautquaquam ſpernendus auctor) *hoc eſt, praecipuae auctoritatis ſcriptor, et praeſtantiſſimus. eſt enim figurata oratio, quam ſic eſſe omnino exponendam, et docent veteres grammatici, et vſus nobiliſſimorum auctorum euincit. Male merentur de Polybio, peius de ipſo Liuio, qui in ſequiorem partem hoc elogium interpretantur. neque audiendus eruditiſſimus Vrſinus, qui frigidam hanc eſſe queritur laudationem, et vituperationi proximam, eoque nomine cum Liuio grauiſſime expoſtulat. Quis mediocriter verſatus in Graecis Latiniſque auctoribus poteſt ignorare, maius aliquid perſaepe hoc loquendi genere ſignificari, quam ſimplici affirmatione? Primus ille ingeniorum parens huiusmodi μειώσεων exemplum dedit.* Ὀδυσσ. ρ' *de Antinoo frater ait*, ὄτι κάκιςος Ἀργείων, non peſſimus, *id eſt*, praeſtantiſſimus inter Argiuos. *ipſe mox explicat*, περὶ δ' ἄλλων φασὶ γενέσθαι, excelluiſſe prae ceteris. Ἰλιαδ. ο *Achilles dicitur bellator* οὐκ ἀφαυρότατος Ἀχαιῶν, *qui inducitur vbique virtute bellica omnium Achaeorum ſine controuerſia primus. Sic iusiurandum, quod eſt fidei firmamentum validiſſimum, et vt literae ſacrae loquuntur*, πάσης ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν, *Euripidi in Hippolyto dicitur* πίςις οὐ μικρὰ fides, *ſiue* fidei argumentum non paruum. *Idem poeta initio Oreſtae, de Apolline loquens, qui Oreſti caedis maternae patrandae fuerat auctor*, πρὸς οὐχ ἅπαντας εὔκλειαν φέρων, nequaquam apud omnes bonum illi nomen concilians; *hoc eſt, deteſtandum et abominabilem apud omnes eum reddens: ſic enim neceſſario exponendum, niſi volumus ineptire. In Polymnia Herodoti, occiſio filii per patrem, dicitur* ἀνεθέλητος συμφορὴ, *et alius item grauiſſimus caſus*, ἄχαρις συμφορὴ *ibidem. quod imitans Dionyſius Halicarnaſſeus, parricidium vocat* ἄχαριν συμφοράν. *idem Romanam hiſtoriam* οὐκ ἐλαχίςην τῶν ὑποθέσεων *dixit,*

xit, quum vellet intelligi omnium nobilissimum argumentum. apud eundem gloriatur Aeneas, se πόλεως ού τῆς ἀφανεστάτης γενέσθαι, *id est, vrbe esse ortum celeberrimi nominis. nam* quis genus Aeneadum, quis Troiae nesciat vrbem? *Sic etiam in sancto Euangelio de vrbe, in qua* ὁ θεάνθρωπος *dominus noster carnem humanam assumsit,* οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ. *Musis eximie charus poeta dicitur Theocrito,* οὐ Μοίσαισιν ἀπεχθής. *Ita accipiendum illud apud historicos frequens dicendi genus,* ἐν οὐδενὶ κόσμῳ ῥίπτειν ὅπλα, nullo cum decore, *id est, per summum dedecus. nam quid apud antiquos probrosius, quam arma abiecisse? Aeneas noster* Ἀχρηστόν ἐστι πλείους εἶναι τὰς ἀχρείους οὔσας εὐρυχωρίας ἐν τῇ πόλει. inutile, *inquit*, est, *imo vero cum primis periculosum, vt statim ipse docet. quis vero Graeci sermonis adeo rudis, quin sciat, facundissimos scriptores,* οὐχ ἥκιστα non minime *cum dicunt, velle intelligi* μάλιστα, maxime. *nam ita eruditissimi quique veterum criticorum exponendum esse docent. Nec vero minus latini scriptores hanc elegantiam adamarunt. Cicero in epistola quadam ad Brutum*, summae industriae virum *Varronem appellat; quem paullo ante dixerat*, non sine industria versari in studiis. *idem libro III. in Verrem de Agyrinensibus*, sunt homines Siculi non contemnendi; *et statim*, Agyrinenses viri fortissimi iudicium se passuros esse dicebant. *Deiotarus eidem dicitur alibi*, homo minime stultus, *id est, cum primis sapiens. Sic Brutus ad Ciceronem;* legiones armo, paro; spero me non pessimum exercitum habiturum ad omnes casus et impetus hominum. *Horatio Pythagoras dicitur*, non sordidus auctor naturae verique *libro primo carminum, prorsus vt in Melpomene Herodoti appellatur idem Pythagoras,* ὁ οὐκ ἀσθενέστατος σοφιστής. *Sed mentem Liuii quis aptior interpretari, quam ipse Liuius? Sciant igitur studiosi, genus hoc dicendi nobilissimo illi historico perquam esse familiare. Ita libro XXII. Poenos, quorum erat agmen late dispersum, Romanis confertim irruentibus expositum*, haud sane impenetrabiles *dixit, hoc est, facillime penetrabiles. nam hoc proprium attenuatae aciei et* βάθος οὐκ ἐχούσης, *vt sciunt Tacticae periti. Libro eodem;* Hannibal id damnum haud aegerrime pati. *ex sequentibus apparet, Hannibalem, qui iam animo praeceperat victoriam Cannensem paullo post insecutam, vehementer laetatum esse, modica hac suorum iactura*, velut inescatam, *vt subiicit Liuius*, temeritatem ferocioris consulis,

ſulis, ac nouorum maxime militum eſſe. *libro XXV.* ſigno dato ad diripienda hoſpitia Romana paſſim diſcurſum eſt, et fuit praedae aliquantum. *imo vero praeda congeſta eſt longe maxima. Polybius, vnde totam hiſtoriam habet Liuius, πολλῶν δὲ καὶ παντοδαπῶν κατασκευασμάτων ἀθροισθέντων ἐκ τῆς διαρπαγῆς, καὶ γενομένης ὠφελείας τοῖς Καρχηδονίοις ἀξίας τῶν προσδοκωμένων ἐλπίδων. Non hoc voluit negare Liuius; ſed ſuam loquendi conſuetudinem tenuit. Sic ſtatim ibidem:* vallo vrbem ab arce interſepire ſtatuit, non ſine vlla etiam ſpe, cum prohibentibus opus Romanis manus poſſe conſeri. *hic,* non ſine vlla etiam ſpe *valet, quod Graeci dicere ſolent, cum cauſſas conſiliorum explicant; σαφῶς γινώσκων ὅτι. Libro XXVII.* Claſſis Romana hautquaquam laeta praeda Naupactum rediit. *id eſt, amiſſa praeda, et detrimentum paſſa, atque a Philippo caeſa, vt ipſe oſtendit. Libro XXXII.* Erat autem non admodum ſimplex habitus animorum inter Achaeos. *Sequentia lege, non dubitabis, quin illa verba* non admodum ſimplex *exponenda ſint, mire varius et anceps. Addam his vnicum exemplum e plurimis, quae poſſem afferre; ſed eiusmodi, vt nullum eo poſſit eſſe illuſtrius. Libro XXXIII.* Collectis reliquiis naufragii, quum res non in eo eſſet, vt Cyprum tentaret, minus opulento agmine, quam profectus erat, Seleuciam rediit. *Loquitur de Antiocho, qui in Aegyptum ingenti claſſe nauigans, tempeſtate cum omnibus ſuis ferme perierat. hic igitur* minus opulento agmine, *Liuiana eſt mioſis, pro, miſerabili et adflictiſſimo agmine. Praecedit enim:* Inde profectum eum ad capita, quae vocant Sari fluminis, foeda tempeſtas oborta prope cum omni claſſe demerſit. multae naues eiectae, multae ita hauſtae mari, vt nemo in terram enauerit. magna vis hominum ibi interiit, non remigum tantum militumque ignotorum, ſed etiam inſignium amicorum.

EX LIBRO XXXIV.

Ingens numerus erat bello Punico captorum, quos Hannibal, quum a ſuis non redimerentur, venundederat. Multitudinis eorum argumentum eſt, quod Polybius ſcribit, centum talentis eam rem Achaeis ſtetiſſe: quum quingenos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, ſtatuiſſent. mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit.

EX

EX LIBRO XXXVI.

Nec praeter quingentos, qui circa regem Antiochum fuerunt, ex toto exercitu quisquam effugit: etiam ex X. millibus militum, quos Polybio auctore traiecisse secum regem in Graeciam scripsimus, exiguus numerus.

EX LIBRO XXXIX.

Hic vitae exitus fuit Hannibalis. Scipionem et Polybius et Rutilius hoc anno mortuum scribunt.

EX LIBRO XLV.

Haec de Prusia nostri scriptores. Polybius eum regem indignum maiestate nominis tanti tradit: pileatum, capite raso, obuiam ire legatis solitum, libertumque se pop. Rom. ferre, et ideo insignia ordinis eius gerere. Romae quoque cum venisset in curiam summisisse se, et osculo limen curiae contigisse, et deos seruatores suos senatum appellasse, aliamque orationem non tam honorificam audientibus, quam sibi deformem habuisse.

EX VELLEI

LIBRO POSTER.

Diuersi imperatoribus mores, diuersa fuere studia: quippe Scipio tam elegans liberalium studiorum, omnisque doctrinae et auctor et admirator fuit, vt Polybium Panaetiumque, praecellentes ingenio viros, domi militiaeque secum habuerit.

EX PLINII

LIBRO III. CAPITE V.

Vltra Siciliam ad Salentinos, Ausonium mare Polybius appellat.

EX LIBRO IV. CAPITE XXII.

In ipso vero capite Baeticae, ab ostio freti pass. LXXV. M. Gadis, longa, vt Polybius scribit, XII. M. pass. lata, III. M.

EX CAPITE XXIII.

Polybius latitudinem Europae ab Italia ad Oceanum ſcripſit vndecies centena mille quinquaginta eſſe; etiam tum incomperta magnitudine eius. *alia lectio*, vicies centena.

EX LIBRO V. CAP. I.

Fuere et Hannonis Carthaginenſium ducis commentarii, Punicis rebus florentiſſimis explorare ambitum Africae iuſſi: quem ſecuti plerique e Graecis noſtrisque, ad alia quaedam fabuloſa, et vrbes multas ab eo conditas, ibi prodidere, quarum nec memoria vlla, nec veſtigium extat. Scipione Aemiliano res in Africa gerente, Polybius annalium conditor, ab eo accepta claſſe, ſcrutandi illius orbis gratia circumuectus, prodidit, a monte eo ad occaſum verſus ſaltus plenos feris, quas generat Africa: ad flumen Anatim CCCCLXXXV. M. paſſ. ab eo ad Lixum, CCV. M. paſſ.

EX CAPITE IV.

Tertius ſinus diuiditur in geminos, duarum Syrtium vadoſo ac reciproco mari diros. ad proximam, quae minor eſt, a Carthagine, CCC. M. paſſ. Polybius tradit. ipſae C. M. paſſ. aditu. CCC. M. ambitu.

EX LIBRO VI. CAPITE XXXI.

Polybius in extrema Mauretania contra montem Atlantem a terra ſtadia VIII. abeſſe prodidit Cernen.

EX LIBRO VIII. CAPITE X.

Magnitudo dentium (de elephantis loquitur) videtur quidem in templis praecipua; ſed tamen in extremis Africae, qua confinis Aethiopiae eſt, poſtium vicem in domiciliis praebere, ſepesque in iis, et pecorum ſtabulis pro palis elephantorum dentibus fieri, Polybius tradit, auctore Guluſſa regulo.

EX CAPITE XVI.

Polybius Aemiliani comes in ſenecta hominem appeti a leonibus refert, quoniam ad perſequendas feras vires non ſuperant. tunc obſidere Africae vrbes: eaque de cauſſa cruci-

cifixos vidiſſe ſe cum Scipione, quia ceteri metu poenae ſimilis abterrerentur eadem noxa.

EX AEMILIO PROBO, SIVE CORNELIO NEPOTE.

Quibus Coſſ. Hannibal interierit, non conuenit namque Atticus M. Claudio Marcello et Q. Fabio Labeone Coſſ. mortuum in annali ſuo ſcriptum reliquit. At Polybius Aemilio Paulo et Cn. Baebio Tamphilo. Sulpicius autem, P. Cornelio Cethego et Baebio Tamphilo.

EX A. GELLII

LIBRO VII. CAPITE XIV.

Erant iſti philoſophi, Carneades ex Academia: Diogenes, Stoicus: Critolaus, Peripateticus. et in ſenatum quidem introducti interprete vſi ſunt C. Acilio ſenatore. Sed ante ipſi ſeorſum quoque quisque oſtentandi cauſſa, magno conuentu hominum diſſertauerunt. tum admirationi fuiſſe aiunt Rutilius et Polybius philoſophorum trium, ſui cuiusque generis facundiam. Violenta inquiunt et rapida Carneades dicebat; ſcita et teretia Critolaus: modeſta Diogenes et ſobria.

EX B. HIERONYMO COMMENTARIO IN DANIELEM

CAPITE XI.

Polybius et Diodorus, qui bibliothecarum ſcribunt hiſtorias, narrant, Antiochum Epiphanem non ſolum contra deum feciſſe Iudaeae; ſed auaritiae facibus accenſum etiam templum Dianae in Elymaide, quod erat ditiſſimum, ſpoliare conatum, oppreſſumque a cuſtodibus templi et vicinis circum gentibus, et quibusdam phantaſiis atque erroribus verſum in amentiam, ac poſtremum morbo interiiſſe. Et hoc ei accidiſſe commemorant, quia templum Dianae violare conatus ſit. *Vide ſupra, quae ex Ioſepho ſunt allata.*

EX PAVLO OROSIO

LIBRO IV. CAPITE XX.

Poſtea Flamininus pro conſule Philippum regem, et cum eo Thracas, Macedones, Illyrios, multasque praeterea gentes, quae in auxilium ei venerant, ſubegit. Victi Macedones caſtra amiſerunt. octo millia hoſtium eodem die caeſa, quinque millia capta Polybius ſcribit.

EX LIBRO V. CAPITE III.

Nam cum Metellus Pr. Achaeos Boeotiosque coniunctos duobus bellis, hoc eſt, primo apud Thermopylas, iterum in Phocaeis deuiciſſet, quorum priore bello occiſa eſſe viginti millia, ſecundo ſeptem millia caeſa, Claudius hiſtoricus refert: Valerius Antias in Achaia pugnatum, et viginti millia Achaeorum cum duce ſuo Diaeo cecidiſſe confirmat. Polybius Achiuus, quamuis tunc in Africa cum Scipione fuerit, tamen quia domeſticam cladem ignorare non potuit, ſemel in Achaia pugnatum Critolão duce aſſerit. Diaeum vero adducentem ex Arcadia milites ab eodem Metello Pr. oppreſſum cum exercitu docet.

EX RODERICO SANTIO

EPISCOPO PALENTINO.

Hiſtoriae Hiſpanicae Parte III. Cap. XVII.

Quum parta victoria contra Abenaye regem Maurorum milites Ramiri de diuidendo ſpolia contenderent, quae pauca admodum erant, Ramirus ſingulis militibus ſingulos nummos argenteos ſolum diſtribuit, dicens, quod apud Q. Curtium Alexandrum in pari caſu dixiſſe fertur: longe melius fore, pauperes domum redire, quam diuites extra eam mori. Sic et Catonem ſeniorem dixiſſe ait Polybius. Nam quum libram argenti militibus ſuis diſtribuiſſet, ait, felicius eſſe, vt multi cum argento, quam pauci cum auro a bello reuerterentur.

CAPITE XXVI.

Qua reuelatione perterritus Fernandus, facto mane canonicis ecclesiae Compostellanae reuelauit: et compertum est ita euenisse. Saepe enim diuino nutu in somnis reuelantur futura, quemadmodum ait Polybius.

PARTE IV. CAPITE XVIII.

Illico Baionam applicuit princeps de Gales, primogenitus regis Angliae, magnis copiis munitus, regi Petro praesidia allaturus: cuius potentiam non parum verebantur barones Henrico fauentes. Sed fertur, Henricum forti animo eos ad bellum confortasse, dixisseque verbum, quod regem Agidem ad Lacedaemonios retulisse Polybius asserit. Cum enim ad Mantineam contra plures hostes pugnaturus esset, ait, eum qui multis vult dominari, opus esse, vt cum multis quoque pugnaret.

Haec Rodericus: quae vt apparet, non ex ipso Polybio sumebat ipse; verum ex aliis illorum temporum scriptoribus, qui Polybium vere an falso, vt erat eius saeculi mos, laudabant, cum omnis eruditio melior ignorabatur, Graecorum autem scriptorum vix nomina oppido pauci norant. Inde est, quod capite XXXIX. Polybius in rebus Traiani Augusti laudatur. Adeo veteris memoriae homines eius aetatis erant rudes. Etiam de fide allatorum e capite XXVI. tertiae partis vehementer dubito. videtur enim narratio de somnio Attilae, quam ibi subiicit, ex illo describi auctore, quem Polybium indigetat. Praeterea Polybii meminisse ad conciliandam insomniis auctoritatem, parum huius nostri genio atque ingenio conuenit.



FRAGMENTA POLYBIANA EX VARIIS AVCTORIBVS PER HENRICVM VALESIVM COLLECTA.

EX LIBRO VI.

Μόνοις δὲ ἐλευθέροις ἐφίησιν ὁ νόμος ἐφηβεύειν. ἐχρῆν δὲ τὸν ἔφηβον ἐν τῇ χλανίδι τὴν δεξιὰν ἔχειν ἐνειλημένην, διὰ τὸ ἀργὴν εἶναι εἰς ἔργα καὶ λόγους εἰς ἐνιαυτὸν, καὶ μὴ προϊέναι τὴν χεῖρα. ἔνδημον δὲ χρῆ εἶναι τὸν ἐφηβεύοντα. ἡ δὲ ἐφηβεία κανὼν ἦν ὀρθοῦ βίου καὶ ὑγιοῦς. *Ex Suida in* ἔφηβος.

Solis autem ingenuis ac libertinis lex tirocinium agere permittit. Tirones porro anni ſpatio dextram toga inuolutam habere oportet, neque manum protendere, vtpote quae ab omni opere et oratione per annum ceſſet. Peregre autem proficiſci non licet tironi. Eratque tirocinium norma vitae recte ac ſancte compoſitae.

Φάβιος Πίκτωρ, συγγραφεὺς Ῥωμαίων, ἔτος λέγει ἄρχοντι Ῥωμαίων μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ σφετερίσασθαι ἐκ τοῦ δημοσίου οὐδοτιοῦν. *ex Suida in* Φάβιος.

Fabius Pictor in annalibus ſuis ait, magiſtratui populi Romani non licere, quidquam ex publico in ſinum ſuum congerere.

EX LIBRO VIII.

Μαθὼν δὲ ἐξ αὐτομόλου διασαφήσαντος, ὅτι ἑορτὴν ἄγουσι πάνδημον, καὶ τοῖς μὲν σιτίοις λιτοῖς χρῶνται διὰ τὴν σπάνιν, τῷ δὲ οἴνῳ δαψιλεῖ, ἐπολιόρκει. *Suidas in* λιτοῖς.

Liuius lib. xxv. in obſidione Syracuſarum haec ſic vertit. Occaſionem obtulit transfuga nuntians, diem feſtum Dianae per triduum agi, et quia alia in obſidione deſint, vino largius epulas celebrari.

Τὰς δὲ Ῥωμαίους θαῤῥεῖν συνέβαινε κρατοῦντας τοῦ περὶ τὰς Ἐπιπολὰς χωρίου. *Suid. in* ἐπιπολαί.

Captis vero Epipolis, animus et audacia accesserat Romanis.

Ὕσκανα, πόλις Ἰλλυρίδος, οὐδετέρως. Πολύβιος η'. *Stephanus.*

Vſcana Illyrici oppidum.

EX LIBRO IX.

Ἀγάθυρνα, πόλις Σικελίας, ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ. *Stephan.*

Agathyrna oppidum Siciliae.

Ὁ δὲ Μάρκος δοὺς πίστεις ὑπὲρ ἀσφαλείας ἔπεισεν αὐτοὺς ἐκχωρεῖν εἰς Ἰταλίαν, ἐφ' ᾧ λαμβάνοντας μέτρημα παρὰ τῶν Ῥηγίνων πορθεῖν τὴν Βρεττιανὴν, κυρίους ὄντας, ὧν ἂν ἐκ τῆς πολεμίας ὠφεληθῶσι. *Suidas in* ἐφ' ᾧ.

M. Valerius Laeuinus, fide ſalutis data, eis perſuaſit, vt in Italiam traiicerent, ea conditione, vt ſtipendio a Rheginis accepto popularentur Brutium agrum, et quaecunque ex hoſtili agro caperent, ea iure dominii retinerent.

Φόρουννα πόλις Θρᾴκης. Πολύβιος ἐννάτῳ. *Stephanus.*

Phorunna vrbs Thraciae.

EX LIBRO XIII.

Ἄρειον πεδίον. ἔστι καὶ Θρᾴκης ἔρημον πεδίον, χαμαιπετῆ δένδρα ἔχον, ὡς Πολύβιος τρισκαιδεκάτῃ. *Stephanus.*

Martis quem vocant campus eſt in Thracia incultus, in quo arbores ſunt humiles ac puſillae.

Λάβαι, ὡς Σάβαι, πόλις Χαττηνίας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ· τὸ ἐθνικὸν, Λαβαῖος, ὡς Σαβαῖος, τῆς αὐτῆς χώρας ἀμφότεραι. ἡ γὰρ Χαττηνία Γεῤῥαίων ἐστὶ χώρα. *Stephanus.*

Labae et Sabae oppida ſunt Chatteniae. eſt autem Chattenia regio in ditione Gerraeorum.

EX LIBRO XIV.

Διαπιστοῦντες δὲ οἱ Πρυτάνεις ἤδη τῷ Φιλίππῳ διὰ τὴν περὶ τὰ Κρητικὰ κακοπραγμοσύνην, καὶ τὸν Ἡρακλείδην ὑπώπτευον ἐγκάθετον εἶναι. *Suidas in* Πρυτάνεις.

Sed Prytanes (ii ſunt magiſtratus Rhodiorum) cum Philippum ob perfidiam, qua in rebus Creticis vſus fuerat, ſuſpectum iam haberent, Heraclidem quoque doloſe ab eo ſubmiſſum eſſe ſuſpicabantur.

EX LIBRO XVI.

Βαβράντιον, τόπος περὶ Χῖον· Πολύβιος ἑκκαιδεκάτῳ.

Babrantium, locus eſt in inſula Chio.

Γίττα, πόλις Παλαιςίνης. Πολύβιος ἑκκαιδεκάτῳ.

Gitta, vrbs Palaeſtinae.

Ἔλλα, χωρίον Ἀσίας, Ἀττάλε βασιλέως ἐμπόριον. Πολύβιος ἑκκαιδεκάτῳ.

Ella, locus in Aſia, emporium regis Attali.

Ἴνσοβροι, ἔθνος Ἰταλικόν. Πολύβιος ις´.

Inſubres, gens in Italia.

Κάνδασα, Φρέριον Καρίας. Πολύβιος ἑκκαιδεκάτῳ. *Stephanus Grammaticus.*

Candaſa, caſtellum Cariae.

EX LIBRO XIX.

Κυνὸς Κεφαλαὶ, λόφος τῆς Θετταλίας. Πολύβιος ἐννεακαιδεκάτῳ. *Stephanus.*

Cynoſcephalae, collis eſt in Theſſalia.

EX LIBRO XX.

Κόραξ, ὄρος μεταξὺ Καλλιπόλεως καὶ Ναυπάκτε. Πολύβιος εἰκοςῷ. *Stephanus.*

Corax, mons eſt inter Callipolim ac Naupactum.

EX LIBRO XXX.

Λεύκιος δὲ Ἀνίκιος Ἰλλυριὲς καταπολεμήσας, καὶ αἰχμάλωτον ἀγαγὼν Γέντιον τὸν τῶν Ἰλλυριῶν βασιλέα σὺν τοῖς τέκνοις, ἀγῶνας ἐπιτελῶν τὲς ἐπινικίες ἐν τῇ Ῥώμῃ, παντὸς γέλωτος ἄξια ἐποίησεν, ὡς Πολύβιος ἱςορεῖ ἐν τῇ τριακοςῇ. μεταπεμψάμενος γὰρ τὲς ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐπιφανεςάτες τεχνίτας, καὶ σκηνὴν κατασκευάσας μεγίςην ἐν τῷ Κίρκῳ, πρώτες εἰσῆγεν αὐλητὲς ἅμα πάντας. ἔτοι δ᾽ ἦσαν Θεόδωρος ὁ Βοιώτιος, Θεόπομπος, Ἕρμιππος καὶ Λυσίμαχος, οἵτινες ἐπιφανέςατοι ἦσαν.

Lucius quoque Anicius, is qui Illyrios debellauit, et Gentium eorum regem cum liberis in triumphum duxit, ludis, quos victoriae cauſſa edidit, maximum riſum concitauit, vt narrat Polybius libro triceſimo. Accitis enim e Graecia clariſſimis artificibus, exſtructaque in circo ampliſſima ſcena, primos induxit tibicines ſimul omnes, Theodorum Boeotum, Theopompum, Hermippum ac Lyſimachum, qui tum totius Graeciae celeberrimi habebantur. Hos cum

ἦσαν. τούτους δὲ στήσας ἐπὶ τὸ προσκήνιον μετὰ τοῦ χοροῦ, αὐλεῖν ἐκέλευσεν ἅμα πάντας. τῶν δὲ διαπορευομένων τὰς κρούσεις κατὰ τῆς ἁρμοζούσης κινήσεως, οὐκ ἔφη καλῶς αὐτοὺς αὐλεῖν· ἀλλ᾽ ἀγωνίζεσθαι μᾶλλον ἐκέλευε. τῶν δὲ διαπορούντων, ὑπέδειξέ τις τῶν ῥαβδούχων ἐπιστρέψαντας ἀπαγαγεῖν ἐπ᾽ αὐτοὺς, καὶ ποιεῖν ὡσανεὶ μάχην. ταχὺ δὲ συννοήσαντες οἱ αὐληταὶ, καὶ λαβόντες οἰκείαν ταῖς ἑαυτῶν ἀσελγείαις, μεγάλην ἐποιήσαντο σύγχυσιν. συνεπιστρέψαντες γὰρ τοὺς μέσους χοροὺς πρὸς τοὺς ἄκρους, οἱ μὲν αὐληταὶ φυσῶντες ἀδιανόητα καὶ διαφέροντες τοὺς αὐλοὺς, ἀπῆγον ἀνὰ μέρος ἐπ᾽ ἀλλήλους. ἅμα δὲ τούτοις ἐπικτυποῦντες οἱ χοροὶ καὶ συνεπεισιόντες τὴν σκηνὴν, ἐπεφέροντο τοῖς ἐναντίοις, καὶ πάλιν ἀνεχώρουν ἐκ μεταβολῆς. ὡς δὲ καὶ περιζωσάμενός τις τῶν χορευτῶν ἐκ τοῦ χοροῦ στραφεὶς ἦρε τὰς χεῖρας ἀπὸ πυγμῆς πρὸς τὸν ἐπιφερόμενον αὐλητὴν, τότ᾽ ἤδη κρότος ἐξαίσιος ἐγένετο, καὶ κραυγὴ τῶν θεωμένων. ἔτι δὲ τούτων ἐκ παρατάξεως ἀγωνιζομένων, ὀρχησταὶ δύο εἰσήγοντο μετὰ συμφωνίας εἰς τὴν ὀρχήστραν. καὶ πύκται τέσσαρες ἀνέβησαν ἐπὶ τὴν σκηνὴν μετὰ σαλπιγκτῶν καὶ βυκανιστῶν. ὁμοῦ δὲ τούτων πάντων ἀγωνιζομένων ἄλεκτον ἦν τὸ συμβαῖνον. περὶ δὲ τῶν τραγῳδῶν ἐὰν ἐπιβάλωμαι λέγειν, δόξω τισὶ διαχλευάζειν. *Ex Athenaeo libro 14.*

Φέρτρον. τότε καὶ τὸν πεφιλημένον ἔχοντα τὸν υἱὸν (*interpres:* tunc et illum dilectum amicum dixit venire cum filio. *Supine satis et quam maxime ridicule. Lege.* τότε καὶ τόν τε Φιλήμενον ἔχοντα τὸν ὗν, *quod potuerat discere a Leopardo lib. V. Emend. c.* 10.) ἐν φέρτρῳ, καὶ Λίβυας ὡσεὶ χι-

λίυς. ὡς δὲ ἤγγισε τῷ τείχει, ἔλεγεν ἀνοίγειν ταχέως, ὅτι βαρύνονται. Φέρυσι γὰρ ὗν ἄγριον. ὁ δὲ Φύλαξ ἀνοίγει θαυμάσας τὴν εὐαγρίαν. *ex l.* VIII. *c.* 24.

Φεψάλῳ. ἀλλ᾽ ἀποσκοτυμένυς ὑπὸ τῆς εἰς αὐτὺς Φερομένης λιγνύος καὶ τῶν Φεψαλύγων, ἔτι δὲ τῆς τῦ καπνῦ πολυπληθείας, ὐκ ὀλίγυς ἀπόλλυσθαι. *ex l.* I. *c.* 48.

Φόρος. τοῖς ἐναντίοις ὁρῶν ἄνεμον καὶ λαμπρὸν καταπνέοντα, σΦίσι δὲ δυσχερῆ, πρὸς ἀντίον ἄνεμον κοίλης καὶ τραχείας ὔσης τῆς θαλάσσης, διηπόρει τί δεῖ χρῆσθαι τοῖς παρῦσι. *Omissum primo est* Φόρον, *quod fecit similitudo vocis* ὁρῶν. *Tum post* δυσχερῆ *interserenda haec:* γινόμενον τὸν ἀνάπλυν. *Nam quam belle scierit ea tantopere defecta velut integra explicare Aemilius Portus, lector ipse euoluat. Polybiana sunt, et sumta ex l.* I. *c.* 60.

Φρεατία. Φρεατίας δὲ εἶχεν ὁ τόπος ἀγνουμένας. *ex l.* X. *cap.* 25.

Χειμασκήσαντα. Διάλειψιν εἶχε τὰ ϛρατόπεδα χειμασκήσαντα βελτίω τὰ πράγματα ὑπελάμβανε γενήσεσθαι. *Interpretem hic nihil moror. Vt sensum aliquem habeas, post* εἶχε *ponenda* ϛιγμὴ, *et pro* πράγματα *legendum* παρ᾽ αὐτῶν *et* διάληψιν *pro* διάλειψιν. *Certe enim descripsit Suidas ex Polybii l.* III. *c.* 70.

Χρήσιμον. οἱ δὲ ὕτω διεΦθάρησαν, ὡς μήτε τῶν ναυαγίων μηδὲν γίνεσθαι χρήσιμον, ἀλλ᾽ ἀχρειωθῆναι αὐτύς. *ex l.* I. *c.* 54.

Ψιλόν. τὰ δὲ θηρία ὕϛερον ἑάλω ψιλὰ τῶν Ἰνδῶν. *ex lib.* XI. *c.* 1.

Ψυχομαχῦντες. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ψυχομαχῦντες σχεδὸν ἢ ιέ ἔτη τῶν κατὰ θάλατταν πραγμάτων ὁλοσχερῶς ἀΦεϛηκότες. *Hoc cum sequenti eiusdem glossae fragmento sumtum ex l.* I. *c.* 59. *Inde corriges.*

Ex Stephano Byzantino.

Ἀπεράντεια, πόλις Θεσσαλίας. Πολύβιος εἰκοϛῷ. *Vide legat.* XXVI.

Βάδιζα, πόλις τῆς Βρετταvίας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. *Sic enim supplendam putaueramus lacunam, quae est in vulgatis, et postea ostensum mihi ab illis, qui multis locis recidiuum Stephanum imputabunt, ita in MSS. legi.*

Γαλά-

Γαλάδραι. πόλις Μακεδονίας ἐν Πιερίᾳ. Πολύβιος δ' ἐν τρίτῳ Γαλαδραϊκόν φησι. *Numerus procul dubio falsus. Forte* τριακοστῷ τρίτῳ.

Λέαια. πόλις Θεσσαλίας τῶν Μηλιέων. Πολύβιος.

Μοτιηνοί. χωρίον Ἰβηρίας, ἄποικον Ῥωμαίων. Πολύβιος τρίτῳ.

Ταμάσεος, πόλις Κύπρου. ἔστι γὰρ καὶ Ταμέση πόλις Ἰταλίας καὶ ποταμός. Πολύβιος δ' ἐν τῷ πρώτῳ Τεμεσίαν τὴν πόλιν καλεῖ. *Nusquam gentium illic, nec potest ibi fuisse. F.* Πολύβιος δ' εἰκοστῷ πρώτῳ.

Ex Arriano περὶ τέχνης τακτικῆς.

Καὶ μὴν καὶ Πανσανίου ἐστὶ συγγράμματα ὑπὲρ τούτων, εὕροις δ' ἂν καὶ Εὐαγγέλου, ἀλλὰ καὶ Πολυβίου τοῦ Ἀρκάδος, ὃς καὶ Σκιπίωνι τῷ Ῥωμαίῳ ξυνεγένετο. πολλοὺς καὶ μεγάλους πολέμους διαπολεμοῦντι ἄλλους τε, καὶ ἐν ᾧ καὶ Καρχηδόνα τὴν ἐν Λιβύῃ εἷλε τε καὶ ἠνδραπόδισεν.



HENRICI VALESII
NOTAE IN FRAGMENTA
AB EODEM COLLECTA.

Pag. 278. Ἐφηβεύειν.) Ea vox proprie ſignificat inter ephebos exerceri, quo ſenſu ſumitur in decreto Athenienſium in honorem Hippocratis Coi: καὶ ἐξεῖναι Κῴων παισὶν ἐφηβεύειν ἐν Ἀθήναις, καθάπερ παισὶν Ἀθηναίων. Itemque apud Heliodorum lib. 1. vbi Cnemon ſic dicit, ἐτύγχανον μὲν ἐφηβεύων ἐν Ἀθήναις. Ego *tirocinium agere* hic verti. Nam Latini τοὺς ἐφήβους vocant tirones, et tirocinium, quam Graeci ἐφηβείαν dicunt.

Ibid. Ἐν τῇ χλανίδι δεξιάν.) De hoc more loquitur Cicero in orat. pro Coelio: *Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga conſtitutus, et vt exercitatione ludoque campeſtri tunicati vteremur.* Hoc ſigno monebantur adoleſcentes, vt ad agendum et loquendum lente accederent, vt hic teſtatur Polybius. Nam praecipuum erat apud antiquos modeſtiae ſignum, manum intra pallium continere, quod εἴσω τὴν χεῖρα ἔχειν Graeci dicebant, vt Philo in lib. de vita contemplat. Eſſenos ſolitos ſcribit. contra manum exerere, (quod ἔξω ἔχειν τὴν χεῖρα dixit Aeſchines contra Timarchum) in adoleſcente immodeſtum habebatur. Libanius in Declam. 36. de procaci iuuene: εἰ γὰρ ἀνέτεινε τὰς ὀφρῦς, ἢ προὔβαλε τοῦ ἱματίου τὴν χεῖρα. Itaque Pericles poſtquam ad rempub. acceſſit, ſemper manum pallio cohibuit, teſte Plutarcho in πολιτικοῖς παραγγέλμ.

Ibid. Ἀργὴν εἰς ἔργα καὶ λόγους.) Tirones anno 14. exeunte togam virilem ſumebant; quintodecimo armis exercebantur in campo Martio, ſextodecimo exeunte ſtipendia mereri incipiebant, vt docet Seruius in lib. 7. Aeneid. Ac in exercitatione quidem praeter tunicam etiam campeſtri vtebantur, ne inferiores corporis partes nudarent, vt teſtis eſt Cicero loco cit. ſic enim intelligere ſoleo ea Ciceronis verba: *Et vt exercitatione ludoque campeſtri tunicati vteremur.* Ceteris aetate prouectioribus campeſtre pro tu-

nica erat aeſtate, vt de Catone ſcribit Aſconius in orat. pro Scauro. Primo autem ſtipendiorum anno iidem iuuenes ſub cuſtodibus agebant, teſte Seruio in loco ſupra indicato. Idem ad illa Virgilii libro 5. *Cuſtodem ad ſeſe comitemque impubis Iuli* ſic notat: *Secundum Tullium, qui dicit, ad militiam euntibus dari ſolitos eſſe cuſtodes, a quibus primo anno regantur.* Intelligit autem Seruius locum Ciceronis in ea pro Coelio, qui illis, quae antea citaui, ſubnectitur. *Eademque ſi ſtatim mereri ſtipendia coeperamus, erat caſtrenſis ratio ac militaris, qua in aetate niſi qui ſe ipſe ſua grauitate et caſtimonia defenderat, quoquo modo a ſuis cuſtoditus eſſet, tamen infamiam veram effugere non poterat.* Ex his intelligitur, quod hic ait Polybius, ephebos anni ſpatio interquieuiſſe ac ceſſaſſe tum ab agendo, tum a loquendo: annus enim XV. erat dicatus nudae meditationi atque exercitationi.

Ibid. Ἔνδημον δὲ χρή.) Lege, ἐχρῆν, ex mſ. biblioth. regiae.

Pag. 279. Ὁ δὲ Μάρκος.) Haec ad M. Valerium Laeuinum Coſ. pertinere non dubium eſt, de quo Liuius lib 26. ſic ſcribit: *Ab Agathyrna inconditam multitudinem ſecum in Italiam transuexit. Quatuor millia hominum erant miſti ex omni colluuione etc. Hos neque relinquere Laeuinus in inſula ſatis tutum ratus eſt, et Rheginis vſui futuri erant ad populandum Brutium agrum.* Iam hunc Polybii locum eſſe ex lib. 9. docet Stephanus in Ἀγάθυρνα. Sic enim ſcribendum eſt, non vt vulgo, Ἀγάθυρσα. Silius lib. 14.

Mille Agathyrna dedit.

Ibid. Ἄρειον πεδίον.) Male Fuluius Vrſinus id fragmentum Polybii retulerat, deceptus a corruptis Stephani codicibus, in quibus ſub voce Ἄρειος πάγος relatum eſt. ſed diſtinguendus eſt ille locus Stephani, et poſt verbum θυγατέρα, ponendum a capite eſt Ἄρειον πεδίον πλησίον τῆς Ῥώμης etc.

Ibid. Διαπιστοῦντες δέ.) Haec ad lib. 13. Polybii pertinuiſſe patet ex reliquiis eius libri T. II. p. 351. vbi ſcribit, Philippum mandaſſe Heraclidi, vt quouis pacto naues Rhodiorum corrumperet. Quod mandatum vt exequeretur Heraclides, flagris ſemetipſe lacerauit. atque ita progreſſus e regia, cum flens ſic ſe a Philippo miſere habitum eſſe diceret, mox ad Rhodios clam confugit, eisque epiſtolas Philippi oſtendit, quibus Philippus Cretenſes ad ſocietatem aduerſus Rhodios hortabatur. Paulloque poſt occaſionem nactus

naualia Rhodiorum incendit, vt refert Polyaenus lib. 5. ex Polybio, vt opinor. Ad hanc historiam haec et sequentia fragmenta referenda esse apparet, et ad lib. 13. pertinere, non 14. vt male in editione nostra excusum est. Qui error cum ceteris nobis, vt spero, condonabitur.

Pag. 282. Ἴσον ἔχον τὸν αὐλίσκον τῇ προβολῇ.) Haec in vertendo omisit Liuius, eo fortasse, quod nimiam difficultatem habebant. Est autem αὐλίσκος, vt videtur, postica pars teli, quae induitur hastili, quam πυθμένα vocat Polybius lib. 6. in descriptione pili Romani. προβολὴ vero est anterior pars teli, quae prominet et in mucronem desinit. Itaque sic verti potest hic locus: *Bipalme spiculum erat, cuius tubus aequalis erat prominenti ferro.* Non potest, vt existimo, magis Latine reddi vox Graeca αὐλίσκος. sic quos organorum tubos vocamus, proprie sunt αὐλίσκοι. et sane vtriusque vocabuli origo fere eadem est. vt enim αὐλίσκος deriuatur, ἀπὸ τοῦ αὐλοῦ, quae est tibia, ita tubus a tuba.

Ibid. Τὸ Ἡράκλειον.) Haec fuse narrat Liuius lib. 44. *a Phila Popilium cum II. millibus armatorum Heracleam mittit.* lege Heracleum ex Polybio. quod et Liuii verba sequentia confirmant. *Abest*, inquit, *a Phila* v. *millia passuum, media regione inter Dium Tempeque in rupe amni imminente positum.*

Pag. 283. Κεραμωτῷ καταῤῥύτῳ.) Sic emendaui, cum vulgo κεράμῳ τῷ καταῤῥύτῳ legatur. Auctor mihi eius emendationis Suidas in κεραμωτὸν, τακτικὴ διάταξις, ὅπερ ἐποίουν Ῥωμαῖοι ἐν παιδιᾶς μέρει. Liuius eo loco: *Fastigatam sicut tecta aedificiorum sunt testudinem faciebant.* Eodem plane modo Apollonius lib. 2. Argon. testudinem militarem imbricato tecto comparat his versibus.

Ὡς δ' ὅτε τις κεράμῳ κατερέψεται ἑρκίον ἀνὴρ,
Δώματος ἀγλαΐην τε καὶ ὑετοῦ ἔμμεναι ἄλκαρ,
Ἄλλῳ δ' ἔμπεδον ἄλλον ὁμῶς ἐπαμοιβὸς ἄρηρεν,
Ὣς οἵ γ' ἀσπίσι νῆα συναρτύναντες ἔρεψαν.

Adde et Plutarchum in Antonio.

Ibid. Ἄκρως τοῖς ἀγωγεῦσι.) Existimaui legendum esse ἄκροις. Porro de hoc pugnae genere Celtiberorum loquitur et Diodorus Siculus lib. 4. διμάχαιροι δὲ ὄντες, ἐπειδὰν ἀπὸ τῶν ἵππων ἀγωνισάμενοι νικήσωσι, καταπηδῶντες καὶ τὴν τῶν πεζῶν τάξιν μεταλαμβάνοντες θαυμαστὰς ποιοῦσι μάχας. quo loco

loco διμάχαι legendum eſt non διμάχαιροι. Qui autem ſint διμάχαι, docet Curtius lib. v. in fine et Heſychius.

Pag. 285. Κημός.) Huius rei meminit Liuius lib. 37. ex Polybio vt ſolet. *Quinque tantum Rhodiae naues effugerunt, terrore flammae micantis via ſibi inter confertas naues facta. Contis enim binis a prora prominentibus trullis ferreis multum conceptum ignem prae ſe portabant.* Appianus quoque in Syriaco ex Polybii fontibus hortos ſuos irrigauit, cum ait, Παυσίμαχος δ', οἰχομένε Λιβίε, πείρας τε πυκνὰς καὶ μελέτας τῶν ἰδίων ἐποιεῖτο, καὶ μηχανὰς ποικίλας συνεπήγνυτο, πυρφόρα τε ἀγγεῖα σιδήρεα ἐξῆπτε κοντῶν μακρῶν αἰωρεῖσθαι τὸ πῦρ ἐς τὸ πέλαγος, ἵνα τῶν μὲν ἰδίων σκαφῶν πολὺ προέχῃ, τοῖς δὲ πολεμίοις προσιέσιν ἐμπίπτῃ. vbi Pauſimachus perperam dicitur pro Pauſiſtrato.

Ibid. Ἐγεφύρωσεν τὸν Σαγγάριον.) Haec ita expreſſit Titus Liuius l. 38. *Transgreſſis ponte perfecto flumen Sangarium, praeter ripam euntibus Galli Matris Magnae a Peſſinunte occurrere cum inſignibus ſuis, vaticinantes fanatico carmine, deam Romanis viam belli et victoriam dare.*

Ibid. Προσηθίδια καὶ τύπες.) Ita emendaui cum in omnibus libris πρὸς τῇ ἰδέᾳ legeretur corrupte. Emendationem vero noſtram confirmat alter locus (Polybii ni fallor) apud Suidam in προσηθ. Ἐξελθόντες Γάλλοι δύο μετὰ τύπων καὶ προσηθιδίων ἐδέοντο, μηδὲν ἀνήκεστον βελεύεσθαι περὶ τῆς πόλεως. ſunt autem προσηθίδια, vt explicat, εἰκόνες μέχρι στήθες, quas Galli matris Idaeae geſtabant, teſte Dionyſio Halicarn. l. 2. μητραγυρτεῦντες ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος, τύπες τε περικείμενοι τοῖς στήθεσι. Vetus auctor apud Suid. in Γάλλοι. Ἀπέστειλε νεανίσκες διασκευάσας εἰς Γάλλες μετ' αὐλητῶν ἐν γυναικείαις στολαῖς, ἔχοντας τύμπανα καὶ τύπες, ἐπὶ τὲς προκαθημένες τῆς χώρας.

Ibid. Ἐναγίζεσι τῷ Ξανθῷ.) Hoc fragmentum pertinet ad luſtrationem illam exercitus Macedonici, quae Demetrio Perſei fratri cauſſam necis praebuit. De ea Liuius l. 40. his verbis: *Forte luſtrandi exercitus venit tempus cuius ſolenne eſt tale.* Et paullo poſt: *Mos erat luſtrationis ſacro peracto exercitum decurrere.* Id ſolenne Ξανθικὰ dicebatur, eo quod ageretur menſe Xanthico ſeu Aprili. Heſychius, Ξανθικὰ, ἑορτὴ Μακεδόνων Ξανθικῦ μηνὸς ἀγομένη. ἔστι δὲ καθάρσιον τῶν στρατευμάτων. Ex quo patet, hic legendum eſſe τῷ Ξανθικῷ μηνὶ, non τῷ Ξανθῷ.

IACOBI GRONOVII NOTAE AD FRAGMENTA AB ISAACO CASAVBONO COLLECTA.

AD PRIMAM PARTEM

Tom. III. p. 236. et sequentibus.

Ad XIV. Sine caussa et male id accipitur de Philopoemenis frugalitate et Polybio adiudicatur. nam est de Valerio Poplicola ac Dionysii Halic. libro v. vt vere monuit Henr. Valesius v. cl. In quo eo magis miror τὸν πάνυ cum Vrsino hallucinatos, quod Suidas idem referat totidem verbis in Πόπλιος Οὐαλέριος, immo et melius: nam omnino debet legi ἄξιος μὲν ὁ ἀνὴρ πολλῶν καὶ ἄλλων ἐπιτηδευμάτων χάριν ἐπαινεῖσθαι etc. aliter imperfectum.

Ad XV. Fucum lectori a Suida factum putaui, cum haec verba Polybio daret. Sed postea in eo nullius auctoris vocabulum comperi, vt male id nobis Casaubonus obtruserit: nam Iosephi sunt, et reperies libro 3. belli Iudaici cap. 6. p. 835.

Ad XIX. Nec hoc Polybii est, sed Diodori Siculi ex legationis eclog. 35.

Ad XX. Saepe hoc vel integrum vel partem eius citat aliis locis, ex quibus vniuersum collegit Valesius. Adde et in Πέλας. Si tamen est Polybii; nam simile certe est in Diodori excerptis p. 341.

Ad XXI. Venia dignus ὁ πάνυ, quia ei praefixit Suidas Polybium: hodie tamen, monente Valesio, legitur apud Appianum in Libycis, quem plenius descripsit Suidas in Μασσανάσσης, vti etiam haec ipsa.

Ad XXIV. In verbo Ἐσπούδαζον Suidas tantum scribit ὅπλων δ' ἠμέλουν. In ὑπερέχων apud eundem legitur τὴν τοῦ βίου χορηγίαν, omissa praepositione; quae tamen seruatur in χόρδρευε, sed ibi male ὑπέχων, et pessime propterea interpretan-

pretantur, *et plerisque talis erat ornatus, qualem ferebant eorum opes et facultates.*

Ad XXXII. Amplius hoc eft in Ἀϛαθμεύτυς: nempe ἀνεπιϛαθμεύτυς, νόμοις χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις, quod omnino eiusdem puto. Sed et ex hoc fragmento aliud de eadem re afferendum videtur Polybio in Ἀφρυρήτυς, vtpote quod videtur praeceffiffe. Θάσιοι εἶπον πρὸς Μητρόδωρον τὸν Φιλίππυ ϛρατηγὸν, παραδῦναι τὴν πόλιν, εἰ διατηρήσει αὐτὺς ἀφρυρήτυς, ἀφορολογήτυς, ἀνεπιϛαθμεύτυς, νόμοις χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις. Ἐπισημηναμένων δὲ μετὰ κραυγῆς πάντα τὰ ῥηθέντα, παρήγαγον τὸν Φίλιππον εἰς τὴν πόλιν. Haec plane fibi refpondent.

Ad XXXVI. In his citandis mutantur quaedam in Ἀνθομολογησόμεθα. ἐν τῇ Ῥώμῃ μετὰ ταῦτα, μηδὲν ἑωρακέναι φοβερώτερον καὶ δεινότερον φάλαγγος τῆς Μακεδονικῆς. Vbi quia male diftinguitur, male quoque interpretantur: *narrabat, fe pofthaec nihil formidabilius etc.* Immo, *narrabat poftea, fe nihil formid.*

Ad XXXVII. Monuit Cl. Valefius id effe ex Iuliani oratione III. In Γελοῖος legitur apud Grammaticum ἀντιπραττόμενον.

Ad XLI. Indigne hic haeretur. Aemilius Portus de Perfis accepit, et vertit: *multae autem ciuitates hominum, in mediterraneis locis habitantium, fe Romanis adiunxerunt, Perfarum copias formidantes.* Cafaubonus de Perfeo Macedone, vt probat ab eo fuperpofitum lemma. Sed nec de Perfis nec de Perfeo tum fomniaffe Polybium, et corrigendum effe Πεζικὰς pro Περσικὰς cognofcet, qui lib. I. cap. 20. infpicere dignabitur. Eodem errore legitur in Τριάριοι apud Suidam ἐπιλέξαντες ἐκ τῶν ϛρατοπέδων Περσικῶν τὰς ἀρίϛας χεῖρας, vbi quem non interpretis vel mifereat? Tu corrige πεζικῶν, vt monuit ex V. C. Vrfinus, et eft in Polybio.

Ad XLVIII. Vide T. III. p. 96. Sequentia, Περσεὺς ἀναθαῤῥῶν etc. Appiani effe indicauit quoque idem, qui multa, Valefius.

AD
SECVNDAM PARTEM.

Ad I. Locus priori fragmento eft in lib. II. cap. 32. et non τὴν τῶν Γαλατῶν ἀθεσίαν, fed τὴν Γαλατικὴν ἀθ. auctor fcripferat, quod fine ratione mutauit Grammaticus.

Ad II. Primam pericopen habes libro XV. cap. II. Secundam lib. III. cap. 70. cui gemina sunt I. 45. βϰλόμενος ἀκεραίοις ἀποχρήσασθαι ταῖς ἑκατέρων ὁρμαῖς.

Ad III. Quod indicium, hoc Polybii esse? Immo et quod apud Suidam praecedit in ἀκραιΦνὲς, et a Casaubono tamquam Polybii vides positum T. III. p. 245. non possum Polybio vindicare, quia omnem Aemilii Pauli historiam verbo tenus integram habemus in libro III. vt omnino alterius auctoris id existimem.

Ad VI. Primi fragminis priorem partem habes quoque infra in καταινέσαντες: posteriorem apud Suidam in Κύβος. Secundum est ex l. XVII. c. 13.

Ad VII. Secundum, de quo etiam ambigit Casaubonus, exstat in Diodori legat. 32.

Ad VIII. Prius est lib. I. cap. 52. fine. Secundi partem habes etiam in Ἀπέλυσεν.

Ad IX. Videbatur quibusdam, vt amat, omissis inuersisque id contextum a Suida ex lib. IV. cap. 2. Συνεχεῖς ποιέμενος ἀναπείρας ἐγύμναζε τὲς Φαλαγγίτας, καὶ συνέθιζε ταῖς εἰρεσίαις. Sed est omne Polybii praeter vnam vocem, et frustra tentat ὁ θαυμάσιος. Nempe in postremo τὸ ἐγύμναζον pannus est Grammatici vel scribae, licet sine sensu, pro quo retinere debuerant χρωμένων. Ita enim haec integra habes lib. X. cap. II.

Ad X. Idem rursus est in Επικρεμάσας. vbi male ἀνατιθεὶς, quo loco timide suspicatur Portus, quod iam in superioribus melius habuerat. Sed nullo loco id dicitur Polybii esse.

Ad XII. Vide T. III. p. 29.

Ad XIII. Vt hoc Polybii esse negare non possum, ita in Diodori ecloga legationum XXIX. et quidem melius, addita copula ἀΦιδρυμάτων καὶ θεῶν (quod et edimus) legi hodie, monstrare possum.

Ad XIV. Posuimus suo loco lib. VIII. cap. 5.

Ad XX. Idem reponitur a Suida in Ἀφυής. Quod dico, vt aduertatur miranda interpretis inconstantia.

Ad XXI. Primo horum fragmento multa Suidas detraxit, vnde et Latinum suum interpretem ad miserae versionis monstra adegit. Integrum exstat. ὅτε τοῖς Ἀποκλήτοις συμμεταδόντες κατὰ τὰς αὐτῶν κρίσεις διαλαβόντες. Ita oportuerat, ita legitur lib IV. cap. 5.

Ad

Ad XXII. Suſpicor, nec omnino vane, hauſtum id a Suida ex Plutarcho in Agide et Cle. Ἄρατος εἰωθὼς παρ' ἐνιαυτὸν ἀεὶ ϛρατηγεῖν, ἀπείπατο τὴν ἀρχὴν καὶ παρῃτήσατο.

Ad XXIV. In ὑπεραλγῆ ſic allegat. ὁ δὲ ἵππος ὑπεραλγὴς ὢν ἐκ τῆς πληγῆς, ῥύδην ἐφέρετο. Quid dicemus?

Ad XXV. Inuenies hoc omne lib. III. c. 102. etſi multis interuerſis, et πελάζοντας pro πολεμίȣς. Et hic quoque eſt, quod condones interpreti.

Ad XXXI. Vide Tom. III. p. 58.

Ad XXVII. Iohannis Antiocheni hoc eſſe, non Polybii, vidit et Valeſius.

Ad XXVIII. Secundum habetur T. III. p. 131.

Ad XXIX. Vltimum legitur in Diodori ecloga 32. de legationibus.

Ad XXXV. Partem prioris leges quoque in Πρεργιαίτερον, quod etiam citauit Fuluius. Ipſam ſententiam refert ὁ πάνυ ad hiſtoriam Demetrii obſidis, Roma fugientis. Alius item vir ſummus nec minoris apud me venerationis, de Scipione dici non dubitat, quippe qui fuerit venationi addictior. Sed haec ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνȣς. Quid intercedit quo minus hoc pacto dicam Ptolemaeum deſcribi, de quo Polybius ita in legat. 37. ὁ πρεσβευτὴς πολλȣ̀ς τινας διετίθετο λόγȣς, ἐγκωμιάζων τὸν Πτολεμαῖον, καὶ τινας ἀποδείξεις προεφέρετο τῆς τε περὶ τὰς κυνηγίας εὐχειρίας καὶ τόλμης. Immo eodem iure et Philopoemeni tribuam, de quo vide T. III. p. 34. Sed nec de Demetrio, nec Scipione, nec Ptolemaeo aut Philopoemene ea ſcripſit Polybius; verum de Philemene Tarentino, futuro ſuae patriae proditore, quod ſciſſe obuium fuit, niſi in legendo Polybio feſtinatum foret. Habes integram periodum lib. VIII. cap. 20. vertebatque hanc ipſam Liuius 25, 8. *Et erat venandi ſtudio inſignis.* Secundum et tertium vide in T. III. p. 89.

Ad XXXVI. Primum vertit Liuius. *Sitam quam opportune ad traiiciendum in Africam*, et ſumtum ex lib. x. cap. 8. de Carthagine Noua. In fine pro ἕως Καλχηδόνος, quod ab Vrſino ſumſit Caſaubonus, non eſt dubium, quin corrigi debeat ἕως Χαλκηδόνος.

Ad XXXIX. Credo inter reliquias libri octaui hoc ponendum, vbi tractabat Polybius res Syracuſanas; de iis autem eſſe probo ex Liuio, qui ita vertit lib. 24. cap. 31.

Et Cretensium quibusdam ad itinera insidenda missis, velut interceptas litteras, quas ipse composuerat, recitat.

Ad XLIV. Secundum nescio cur non integrum ὁ πάνυ adscripserit: nam in Suida legitur Δυσθετούμενοι τοῖς συμβαίνουσιν ἀποδυσπετοῦσι. Sed in Ἀποδυσπετεῖ habet idem: Δυσθετούμενοι τοῖς συμβ. ἀποδυσπετεῖν συμβαίνουσι, sed vt videtur perperam.

Ad XLVII. Posterius sumtum ex lib. I. cap. 49. nisi quod ibi nunc legatur ἐθελοντάς.

Ad LIII. Sciuit et Suidas Νεργόβριγας esse, vt discimus ex hac ipsa voce suo ordine posita, vbi Appianum citat, cuius etiam plura habet in Μετριοπαθεῖν. Ὀρτόβριγα vero rursum agnoscit suo loco, vbi idem fragmentum. Neque vero si Νερτόβριγα legatur, placet accipere de Marcello, qui Nobiliori successit, sed potius de Metello. Florus III, 17. *Metellus ille, cui ex Macedonia cognomen, meruerat et Celtibericus fieri, quum et Contrebiam memorabili cepisset exemplo et Nertobriges.*

Ad LX. Multis hoc ita augeri potest ex v. Βορίανθος. Ὅτι βάρβαροί τινες κτείνουσι Βορίανθον τυραννήσαντα, ταύτῃ προσάγεσθαι τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸν ἡγούμενοι ἐς εὔνοιαν· καὶ δὴ ἀφικόμενοι τῶν τοῦ Βοριάνθου αὐθεντῶν τινες ἆθλα τῶν περὶ τὸν ἄνδρα πεπραγμένων ἠξίουν παρὰ Σκιπίωνος κομίζεσθαι· ὁ δὲ Σκιπίων ἀποκρίνεται, μηδαμῶς εἶναι, etc.

Ad LXV. Prius ex historia de Scipione sumsit. Vide T. III. p. 117. Posterius cum adderet, non dubito quin ante oculos habuerit librum XIV. etiam de Scipione, sed altero, T. II. p. 360. ὁ δὲ Πόπλιος κατὰ μὲν τὴν ἐπίφασιν ἐποίει τὸ παραπλήσιον, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν τὰ μάλιστα περὶ τὰς παρασκευὰς ἦν.

Ad LXVI. Non dicit Suidas hoc Polybii esse. Et sane hodie legitur apud Diodorum in legat. 34.

Ad LXIX. Vt sensum inueniret, admodum haec torsit interpres: *Peculiariter vero ciuilium et efficacium rerum apparatus erat peritus.* Tu reuise T. II. p. 222. et videbis voculam ἰδίως nihil esse, et abiiciendam, nisi Suidas scripserit: Ἐργαστικὸς, ἰδίως. Πολύβιος. τῶν etc. nempe propria et naturali significatione hic accipi.

Ad LXX. Vide T. II. p. 103. Ibi saltem pars est.

Ad LXXI. Idem est in Κυρία, nisi quod φυγεῖν ibi legitur pro ἐρύκειν.

Ad

Ad LXXV. Secundum legitur apud Diodorum in legationum ecloga 32. In vltimo nescio cur ὁ πάνυ omittat sequentia sane pulchra. κατὰ δὲ τῆς Εὐρώπης ἀμυντήριον ὑπάρχειν ἀεὶ τοῖς τῆς Ἀσίας βασιλεῦσιν εὐκαιρότατον.

Ad LXXX. Reperitur hoc omne lib. IV. cap. 29. tantum ibi est συνέθετο.

Ad LXXXI. Decerptum ex libri I. cap. 79.

Ad LXXXV. Hoc iam supra positum T. III. p. 238.

Ad LXXXVI. An composuit haec Grammaticus ex legat. 25. πρὸς τὸ μήτ' ἐπιθυμεῖν μηδενὸς παρὰ τὸ δέον, μήτ' ἀξιῦν πέρα τῦ καθήκοντος.

Ad XC. Sine caussa ὁ πάνυ omisit ἐγένετο ὑποχείριος. Est autem totum ex lib. I. cap. 47.

Ad CIV. Hoc fragmentum si suo loco apud Polybium legi animaduersum fuisset, non ederetur apud Suidam ὐδ' ἠνείχετο ἀποφαινόμενος ταῦτα, nec corrigerent Casaubonus hoc loco et apud Suidam Portus ἀποφαινομένῳ, sed ὐδ' ἀνείχετο ἀποφαινομένων ταῦτα. Non item ὐχ οἷον ὐ, sed omissa posteriori negatione, quod millies ita a Polybio adhiberi facile monstrare possem, et Latini imitati sunt. Euolue lib. III. cap. 82. vt emendes Suidam.

Ad CIX. Vide Peiresciana T. III. p. 118.

Ad CXI. Vertit Aemilius. *Nec se de rupe praecipitem dedit, quamuis vehementer affectus esset.* Sic singula ἀποσπασμάτια faciunt γνώμην. Sed et corrigit ἔρριψε. Omnia pessimo more. Vide modo libri VIII. cap. 15.

Ad CXVIII. Secundum citatur in ἐσφαλκέναι hoc modo: ὥστε τὸν ἴδιον οἶκον τὸ καθ' αὑτὸν ἐσφ. Quod rectius, vt patet ex T. III. p. 19.

Ad CXX. Hoc melius iudico, quam πρὸς τρόπον, vt legitur apud Polybium et Suidam: quomodo apud eundem in alio fragmento legitur πρὸς θυμῦ εἶναι. Habet autem Polybius lib. VIII. cap. 14.

Ad CXXI. Simile saltem habes in legat. 114.

Ad CXXVI. Secundum exemplum est ex libro III. cap. 87.

Ad

Ad CXXXI. Gemina ſaepe apud noſtrum occurrunt: hoc autem deſcriptum puto, ex lib. XI. cap. 2. vbi legitur, καὶ ταῦτα διὰ τῶν πρὸ τοῦ συντάξεων δεδηλώκαμεν.

Ad CXXXIII. Secundum quoque habetur in Βακχεύων, ſed ibi Polybii nomen non additur.

AD
TERTIAM PARTEM.

Ad III. Hoc Polybii eſſe Caſaubono valida coniectura perſuadet; nondum mihi. Sane ex Aeliano citat Suidas: Ῥωμαῖοι δ' οὔτε εὐπραγίαν παράνομον, οὔτε νίκην τελεσθεῖσαν, ἧς ὁ ἄρχων μὴ ἐκοινώνησεν, ἠσπάζοντο, ἵνα μὴ ΑΥΤΟΣΧΕΔΙΑΖΩΣΙΝ ἐν ταῖς πράξεσιν οἱ ὑπήκοοι.

Ad V. Putes de duce agi, qui vigilias circuit et portas caſtrorum viſit. Sed pro ἐπήει, ſcribe ἐποιεῖτο, eſtque purum putum Polybii lib. VIII. cap. 20.

Ad VI. Ex voce Κνέφας poteſt augeri ita: πρωτοπορείαν, κνέφατος ἄρτι γινομένου. Inſpice libri eiusdem cap. 21. nec validis coniecturis opus eſſe putabis.

Ad VII. Cauſſam non video, quare Caſaubonus haec verba huc reiecerit, cum ipſe ſciuerit, vbi apud Polybium legantur, et a Suida quoque ſit praefixum Polybii nomen, idemque Grammaticus habeat in Βοῦλις, vbi recte legitur Βοῦλιν.



EIVS-

EIVSDEM NOTAE
AD COLLECTA
PER
VALESIVM.

Pag. 286. Ἐξ ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν.) Quid praeſtat gladius ad caeſim vtraque manu feriendum aptus eum, qui dextra tantum regi poteſt? Sane gladius ſiniſtram efficaciorem efficere non poteſt. Omnino ſcribe: ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν. Vult enim ab vtroque latere acutum fuiſſe, cum etiam hodie quidam ab altera parte craſſitiem habeant. Hoc autem fragmentum Polybii eſſe olim iam ſuſpicatus eſt Lipſius lib. III. Milit.

Ad II. Prius deſumtum ex lib. V. cap. 110.

Ad III. Habet et Suidas in Βλάνων. Nuſquam autem ex Polybio ſe hauſiſſe ait, vt neceſſe fuerit hic allini.

Ad IX. Totum eſt libro XI. cap. 10.

Ad X. Ex lib. III. cap. 106. Non dubito autem, quin conſulto omiſerit id Caſaubonus, quum in praefatione eum locum tractaſſet.

Ad XI. Prius eſt libri XIV. cap. 1.

Ad XVIII. Habes lib. IV. cap. 57. Ceterum male apud Suidam legitur ῥαδίως, cum legendum ſit ῥαθύμως, quae perpetua Polybii vox eſt, et in eadem quidem materia vſurpat lib. I. cap. 19. ῥαθυμότερον ταῖς φυλακαῖς χρησαμένων. Et ſecuti Latini. Liuius 23, 37. *In ſtationibus ſolute et negligenter agentes.*

Ad XX. Omne eſt lib. I. cap. 18. Et habet Vrſinus, ſed Caſaubonus cum videret id in Polybio exſtare, recte induxit, et ſine ratione omni ac temere nuper repetitum eſt.

Ad XXIII. Male hoc loco vltima duo verba ponuntur velut pars fragmenti, cum κατὰ πρόσωπον καταβαίνειν explicet ἐξ ὁμολόγου καταβαίνειν. Idem committitur ab interprete Grammatici. Manum mihi promittet, quisquis conſuluerit lib. III. cap. 90. vbi omnia verbotenus.

Ad

Ad XXIV. Sumtum ex libri III. cap. 118.

Ad XXVII. Corruptiſſima periodus. Itaque interpretatio Aemili Porti hoc loco Augiae ſtabulum eſt. Πόπλιον εὐδοκεῖν τὴν εἰρήνην, quod produxit primus Vrſinus ex V. C. paullo melius quam ὀ δοκεῖν? Sed vix Polybianum. Quid autem eſt διαφέρεσθαι καὶ φάναι διαφέρειν? Sed moror te lector, quem ſtatim remittere debebam ad lib. XIV. cap. 2. Quod (vt exiſtimo) cum obſeruauiſſet Caſaubonus, ex ſua recenſione omiſit, et plane cauſſa non fuit, cur hic repeteretur.

Ad XXX. Mirus eſt interpres Grammatici, dum ἁρμόδιος, quae vox eſt explicatio gloſſematis εὖ πεφυκὼς, velut nomen proprium accipit. Vide libri X. cap. 14.

Ad XXXII. Senſu aliquid ſimile, verbis nihil habet locus, ad quem remittimur. Affinior videtur ex libro I. cap. 17. τὸ γὰρ πρόσιμον παρ' αὐτοῖς θάνατός ἐστι τῷ προεμένῳ τὸν τόπον. Quamuis et hic deſit gloſſa, quam interpretandam ſumſit Suidas. Ne ipſe quidem ſibi conſtat: nam in πρόσιμον aduocat τῆς ἐφεδρείας λιπόντι τὴν τάξιν, quod fragmentum Fuluius quoque notauit.

Ad XXXVI. Scribendum μὴ τοιαύτην ποιεῖσθαι σπουδὴν, niſi cum Porto malis τίθεσθαι, quod facile probo, et ſic corruptum puto Polybium in diſſertatione de proditoribus T. III. p. 71. Δῆλον γὰρ, ὡς οὔτε τοὺς ἐξ ἀκεραίου συμπειθομένους τῶν ἀνδρῶν πρός τινας βασιλεῖς ἢ δυνάστας κοινωνεῖν πραγμάτων, εὐθέως προδότας νομιστέον. At vir doctiſſimus teſtatur in MS. legi κοινωνίαν, et ita video Suidam quoque adducere tum in προδότης, tum in ἐξ ἀκεραίου. Itaque emendabam συντιθεμένους κοινωνίαν. Certe συμπειθομένους κοινωνεῖν hoc loco ſine ſenſu reor.

Ad XXXVII. Exſtirpandum hinc illud δυστυχημάτων, a Grammatico vel librario potius male ad ſupplendam ſententiam, quaſi praelio decretum fuiſſet, inoculatum. Vide libri III. cap. 103.

Ad XXXIX. Prius integrum habemus lib. III. cap. 55. principio.

Ad XLI. In Suida legitur, πλήθους κατ' ἄνδρα κατὰ ζυγόν. Quare id diſſimulatum? lege κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ ζυγόν. Sic inuenies lib. I. cap. 45. vnde haec deſumta. Similiter vero lib. III. cap. 81. ἐπὶ τῶν κατ' ἄνδρα καὶ ζυγὸν ἀγωνισμάτων.

Ad

Ad XLII. Illa *πρὸς ἕνα* nulla ſunt: ideo nec Aemilius interpretari potuit. Lege *καθ᾽ ἕνα*, et inuenies omnia lib. x. cap. 18.

Ad XLIV. Habes integrum lib. I. cap. 46.

Ad XLV. Suſpicor, vtinam vere, hoc fragmentum ponendum eſſe ante libri XII. cap. 8. quod incipit illis verbis tribus, in quae fragmentum deſinit, et quod ad ſenſum, videtur cohuenire.

Ad LI. Reformandum: *σχεδὸν ἅπασι τοῖς ἵπποις* etc. *ὁ λεγόμενος λιμόψωρος*. Ex lib. III. cap. 87.

Ad LII. Vide Tom. III. p. 54.

Ad LVI. Haec Polybii eſſe, iam ſe quoque vix dubitaſſe Caſaubonus ſcribit. Ceterum poteſt hoc locupletari tali acceſſione: *Ἁπλῶς δὲ ὐδὲν εἶδος τῶν μελλόντων ἔγνωσαν. ἐξ αὐτῆς δὲ τῆς τῶν πρεσβέων ἐμφάσεως ὀττευόμενοι καὶ γηρυόμενοι, εἰς παντοδαπὰς* etc. Vide Suidam in Ἁπλῶς.

Ad LVIII. Deſcriptum ex lib. XVII. cap. 15. et tum poterit Aemilio de eo liquere.

Ad LX. Ex lib. V. cap. 7.

Ad LXI. Videndum, ne compoſitum ſit ex libro VI. cap. 23

Ad LXVI. Ex libro III. cap. 104.

Ad LXIX. Ex l. I. c. 26.

Ad LXXII. Hoc Polybii eſſe primus vidit Caſaubonus, et monuit. vt videre eſt Tom. III. p. 262. vt *ἀκρίτως* hic inculcetur.

Ad LXXVIII. Ex libro III. cap. 70.



IACOBI PALMERII

NOTAE AD EXCERPTA

DE

VIRTVTIBVS ET VITIIS.*

Pag. 12. lin. 40. Ὅτι Γοργὸς ὁ Μεσσήνιος ὐδενὸς ἦν δεύτερος Μεσσηνίων πλὕτῳ καὶ γένει. Hic Gorgus Messenius fuit Eucleti filius et quinquertio celebris, vt ait Pausanias in Messenicis.

42. 13. Καὶ τὰς ἐν Φλιαῖς τῶν νεῶν προξενίας ἐξευρηκώς. Interpres ἐν ταῖς Φλιαῖς interpretatur, *apud Phliasios.* Et quidem inuitus et cogente veritate discedo a tam docti viri sententia: ignoscat igitur mihi, si aliter puto vertendum. Nam dixisset Polybius ἐν Φλιῦντι, si de Phliasiis intellexisset. Tum quid in eo noui? nonne iure hospitalitatis vtebantur ab antiquo omnes Graeciae ciuitates? Verto, *in postibus templorum:* nam Φλιαὶ sunt antes vel postes, et quaedam templorum ornamenta et additamenta, vbi publice hospites excipere excogitauit primus ille, de quo loquitur.

58. 31. Παρὰ τὸ Πολιάσιον ἕως ἐπὶ τὺς καθ' ἕλλας ἀφίκετο τόπυς. Haec facilius est damnare, vt corrupta, quam emendare, et veram lectionem diuinare, et quod ad vocem ἕλλας, subtiliter et optime meo iudicio collegit ex sequentibus doctissimus Valesius, debere legi Σελλασίαν, quae tamen saepius per λ simplex solet scribi. Sed in voce πολιάσιον haeret aqua: tentabam legere, κομπάσιον, de quo Polybius Tom. II. pag. 611. et ex ductu litterarum ex κομπάσιον, voce semideleta forte et litteris fugientibus, potuerunt exscriptores facere πολιάσιον, hoc modo, ⁙ COM ⁙ άσιον. Sed est mera coniectura.

83. 3.

* Hae notae, quae vulgo inscribuntur *in fragmenta a Valesio collecta*, per errorem huc dilatae sunt.

83. 3. Πλέων ἐπὶ τινὰς πράξεις πρὸς τὰ ἔσχατα τῆς Βοιωτίας πρὸς Λαβρύνναν. Hic locus in voce Λαβρύνναν mihi videtur mendum olere, et in πρὸς etiam primo loco positum. Nam illud non est Polybianae elegantiae πρὸς τὰ ἔσχατα - - - πρὸς Λαβρύνναν, et male sonat ea praepositionis πρὸς iteratio. Tum ex sequentibus patet, Antigonum non nauigasse πρὸς Βοιωτίαν, quod de eo dicitur, qui ad aliquem locum itineris vel nauigationis finem tendit. At in Asiam vela faciebat Antigonus per Boeotiae mare et littora. Ergo παρὰ τὰ ἔσχατα τῆς Βοιωτίας scripserat Polybius, non πρὸς τὰ ἔσχατα, *per extrema Boeotiae*, non *ad extrema*. Tum Λαβρύννα vox est non amplius audita, et de ea vrbe vel portu vel promontorio Boeotiae, nec Strabo, qui eam Graeciae partem curiose exequitur, nec Pausanias in Boeoticis, nec Plutarchus, qui de sua Boeotia vbique loquitur, nec alius denique antiquorum mentionem fecit, licet de locis maritimis, qui sunt ἐν παράπλῳ, pluries meminerint antiqui. Ergo suspicor legendum, παρὰ τὰ ἔσχατα τῆς Βοιωτίας καὶ Λάρυμναν· fuit enim Larymna in finibus extremis Boeotiae et Locridis ad Euripum.

101. 13. Κατὰ τὸν Λωὸν ποταμόν. Rursus et hoc loco rescribe Ἄωον.

129. 2. Μετὰ τὸ παρελθεῖν πρὸς τὸ Πέργαμον. Ex sequentibus patet Prusiam non ingressum fuisse Pergamum, quando infra ait: Οὐδὲν δὲ πράττειν δυνάμενος διὰ τὸ Σώσανδρον τὸν βασιλέως σύντροφον εἰσεληλυθότα μετὰ στρατιωτῶν εἴργειν αὐτοῦ τὰς εἰσβολάς. *Cum autem nihil agere posset, eo quod Sosander regis nutricius cum militibus vrbem ingressus impetus eius coercebat.* Ergo vertendum erat, *postquam ad Pergamum accessisset*, non vero, *Pergamum ingressus.*



De codicibus MSS. quorum in recenſendo Polybio fuit Iſ. Caſaubono copia.

IN PRIMA PARTE.

Vſi ſumus libro regiae bibliothecae elegantiſſime deſcripto, ſed manus recentiſſimae, cui parilem dono dedit nobis olim vir nobilis, Antonius Verderius Lugdunenſis; ſed in quo tres poſtremi libri deerant. his duobus vetuſtior eſt ſaeculo vno vel altero, quem nacti ſumus e bibliotheca ſereniſſimi principis, Bauariae ducis.

IN SECVNDA PARTE.

Vſi ſumus libro mſ. regiae bibliothecae non admodum bonae notae. item vetuſtiſſimis membranis epitomen con tinentibus librorum XVII. primorum, e bibliotheca ſere niſſimi principis, Vrbini ducis. Suggeſſit et V. CL. atqu praeſtantiſſimus Franciſcus Pithaeus exemplar huius parti ms. quod deprehendimus eſſe illud ipſum, vnde Baſilienſi editio fuerat deſumta. acceſſit poſtea aliud e libraria vir ampliſſimi, Io. Iacobi Memmii Henrici F. libellorum ſup plicum in regia magiſtri. His duobus ſimile eſt tertium quod nuper edito iam Polybio ſuggeſſit vltro e ditiſſima ſu bibliotheca illuſtriſſimus cardinalis D. Ioyeuſius, Rotho magenſis archiepiſcopus.

IN TERTIA PARTE.

Multa emendauimus nec pauca ſuppleuimus e codic ms. *περὶ πρεσβειῶν* viri eruditiſſimi Andreae Schottì, qu etiam fragmenta quaedam e Theodoſii Parui excerptis de ſcripta ad nos miſit, quae tamen vulgata prius fuerant verum aliis locis; quaedam etiam in II. parte. Eorumpſ excerptorum tomum primum inuenimus in ſplendidiſſim librorum ſupellectile viri genere illuſtris, dignitate am pliſſimi, virtute, doctrina et ſapientia maximi, Iacobi Au guſti Thuani, in ſuprema regni curia Praeſidis. Certe i prima fronte eius libri erant haec verba, etſi diuerſae ma nus, *ὁ ἐρανίσας τὸ παρὸν, Θεοδόσιός ἐστιν ὁ μικρός.* de quo plu ra in commentariis.

VARIA

VARIAE LECTIONES
IN POLYBIVM
EX MS. CODICE PEIRESCIANO.

Tom. I. pag. 232. Οὐ μόνον ψεῦδος ἤνεγκε τὸ ὅλον. ms. εἰσήνεγκε.

-- -- 233. ms. τὴν εἰς τὴν πατρίδα παρανομίαν.

-- -- 234. Ὅν γε (καὶ) κατ' αὐτὴν τὴν εἰρήνην. Opt. vulgo καὶ deest.

-- -- 236. ms. ὑπομείναντας πόλεμον ὑπὲρ Φίλων καὶ συμμάχων. Opt. vulgo πόλεμον deest magno sententiae damno.

-- -- -- Δοθείσης ἀνελπίστως καὶ παραδόξως αὐτοῖς ἐξουσίας.

-- -- -- ἢ γέγονεν ἢ γένοιτο.

-- -- 238. ms. εἰς τὸν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐνέβαινον πόλεμον, non ἀνέβαινον.

-- -- -- Τήν τε χώραν τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν. Opt.

-- -- 457. ms. Λύσων et Λυσιάται.

-- -- 460. ms. ἐν τοῖς ἤθεσι καὶ βίοις.

-- -- 551. ms. ἅμα ποιούμενος τὴν πορείαν. quod tamen non probo.

-- -- -- Ἐπήρατον Φαρέα.

-- -- 552. Διελέγετο δυνατὸς εἶναι ἐπαγγέλλεσθαι.

-- -- -- Πλασάμενος τὴν διαβολὴν, non πλάσας.

-- -- 553. Κατ' ἰδίαν λαμβάνοντας ἐπιτρέψαι τὸν ἄνθρωπον λέγειν, ὡς. Optime.

-- -- 555. ms. ἐπισταθῆναι δι' αὐτοῦ τοῖς ἐν Πελοποννήσῳ πράγμασι.

-- -- 571. ms. νικήσας μάχῃ Κλεομένην τὸν βασιλέα τῶν Λακεδαιμονίων. Opt. absque Φυγαδεύσας, quod est barbarum.

-- -- 573. Μήδ' ἀκούσιον ἁμάρτημα γίνεσθαι.

-- -- 575. ms. καὶ μὴν τό γε νικῆσαι. rectius.

-- -- 636. ms. τοὺς καλουμένους ἀδειγάνας, non δειγάνας.

-- II. 3. ms. Regius εἰς τοὐναντίον, non τἀναντία.

-- -- 4. Καί τοι οὐδ' ὡς μόνας. ms. ἀλλ' οὐδ' ὡς μόνας. rectius.

-- -- 5. θεοὺς σέβεσθαι ms. σέβειν.

Tom. II. p. 5. παρὰ δὲ ῷ. ms. παρ' ὃ πάτριον. leg. παρ' ῷ δέ.
-- -- 6. Καὶ μὲν ταύτης. ms. καὶ μὴν ταύτης.
-- -- - ms. πότε καὶ πȣ͂, καὶ πῶς.
-- -- 7. Φημὶ Φύεσθαι τὰς πολιτείας πρῶτον. ms. Φημὶ τὰς πολ. πρ. συνίςασθαι.
-- -- - ms. συμφθειρομένων τρόπων τῶν ἐπιτηδευμ. vulgo πάντων.
-- -- - ὅταν αὐτῶν περιλειφθ. vulgo ἐκ τῶν.
-- -- - κατὰ τȣ́των εἰς τὸ ὁμοφ. non κατὰ τȣ͂το.
-- -- 110. ms. ἐπανείλατο φαρμάκῳ.
-- -- 111. Ἔτυχε πρεπάσης τιμῆς καὶ τῇ Περσίδι.
-- -- 200. ms. ταυτομάτῳ κατορθȣ͂ντα.
-- -- -- Παραπλησίαν ἔχε φύσιν.
-- -- 201. ms. τολμῶντας περιβαλέσθαι.
-- -- 226. ms. ἀνδοβάλλȣ τȣ͂ τῶν λεγγητῶν βασιλέως, non ἰλεργητῶν.
-- -- 228. ms. καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχήν.
-- -- 286. ms. ἐγκατέλειπε πίςιν. rectius.
-- -- 333. ms. Πᾶς ἐσκοτισμένος.
-- -- -- τȣ̀ς τὰ γεγονότα γρ.
-- -- 352. ms. καὶ τολμηρότατος.
-- -- 354. ms. τῶν πολιτικῶν ἀνακαλέσαιτο.
-- -- 409. ms. ὑπὸ δ' ἐκείνȣ παρακαλȣ́μενοι καὶ διαγελώμενοι, rectius. male vulgo διαλεγόμενοι.
-- -- -- Λόγον προΐεσθαι, non recte.
-- -- -- ὅτε γὰρ ὁ πρεσβευτής.
-- -- -- Ἐπεὶ προσελθὼν, rectius.
-- -- 410. εἰς τοιαύτην ἄγνοιαν.
-- -- 475. ms. καί τοί γε νέος ἦν κομιδῇ, non καί τοι καί. recte fine dubio.
-- -- 508. Καὶ βίον ἀσυρῆ, leg. ex ms. et Suida in Πολυκράτης, βίον ἀπρεπῆ.
-- -- -- Παρακολȣθήσοντα ταῖς ἐξȣσίαις αὐτῶν ἀπρεπῆ. dele ἀπρεπῆ auctore ms.



ISAACI

ISAACI CASAVBONI
IN
HISTORIAE POLYBIANAE
SYNOPSIN CHRONOLOGICAM
AD
candidum et Φιλοπολύβιον lectorem
PRAEFATIO.

Quum ſine accurata temporum adnotatione omnis rerum geſtarum narratio ſit caeca et fabulae non diſſimilis: diligenter huic parti proſpexiſſe, non poſtrema eorum, qui hiſtorias ſcribunt aut interpretantur, laus iure cenſeatur. Eſt vero eius rei obſeruatio eo difficilior, quo latius ſuſceptae ad enarrandum materiae argumentum patet. Nam qui aliquod ſingulare geſtum deſcribunt, aut priuati alicuius hominis vitam commemorant, aut ciuitatis vnius anguſte dominantis res explicant, ſemel prehenſo narrationis principio, atque eo certis notis inſignito, in reliquis ordine ſubtexendis, prout quaeque acciderunt, non multum ſane laborant. At qui plurium diuerſorum populorum aut magni imperii res geſtas ſtilo peragere inſtituerunt, hi cautione duplici opus habent. prior ad ſingulas propoſiti operis partes pertinet, quo nimirum ſic omnia explicent, ne in hiſtoria eadem ὕϛερα πρότερα *committant. altera ad partium diuerſarum connexum et comparationem ſpectat, vt, quae tempore eodem apud varias gentes contigerint, ſimul ac loco eodem, quoad eius fieri poterit, commemorentur. Quemadmodum enim, qui canones chronologicos compingunt, diuerſarum gentium tempora colligentes, ea inter ſe comparant, et annos annis opponunt, qui dicitur illis* συγχρονισμὸς: *ſic qui legitimas hiſtorias componunt, atque eas de multis ſimul populis, aut etiam de vniuerſis, paullo qui ſint nobiliores, (quae appellatur* καθολικὴ ἱϛορία *aut* κοινὴ) *curam*

 vel

vel, praecipuam τῦ ὁμοχρονεῖν, *et congruentia temporibus inter ſe coniungendi, debent habere. Praeclare Lucianus in eruditiſſimo libello, quo hiſtoriae ſcriptorem praeceptis neceſſariis inſtruit,* πρὸς πάντα, *inquit,* σπευδέτω, καὶ ὡς δυνατὸν ὁμοχρονείτω, καὶ μεταπετέσθω ἀπ' Ἀρμενίας μὲν εἰς Μηδίαν, ἐκεῖθεν καὶ ῥοιζήματι ἑνὶ εἰς Ἰβηρίαν, εἶτα εἰς Ἰταλίαν, ὡς μηδενὸς καιρῦ ἀπολείποιτο. *Ex quibus verbis obſeruationis huius neceſſitas pariter et difficultas poteſt intelligi. Non enim temere exceptionem illam adiicit Lucianus,* quantum fieri poterit: *quoniam aliquando cauſſae interueniunt, cur aliter ſit faciendum. Propterea magni interdum ſcriptores in ſuis annalibus res diuerſorum annorum in alienum tempus coniicere ſatius ducunt, quam poſteriora a prioribus ſeparare. cauſſam affert Tacitus in XII. annalium:* ne diuiſa haud perinde ad memoriam ſui valeant. *Quae etiam ratio eſt, cur e veteribus nonnulli, vt fere Herodotus, et aperte magis Suetonius, hiſtoriam per ſpecies, quam per tempora tractare maluerint. Sed neſcit legitima hiſtoria, hoc eſt, ea quam Graeci* διεξοδικὴν *aut* πραγματικὴν, *Latini fere annales nominant, aliam methodum, praeter ipſam temporum ſeriem et conſequentiam, cum ea tamen, quam paullo ante dicebamus, exceptione. In temporum autem ratione non omnes, qui reipub. Romanae res poſteris tradiderunt, aut vniuerſales hiſtorias ſcripſerunt, eandem ſecuti ſunt viam. Salluſt. T. Liu. C. Tacit et ceteri Romani, ad faſtos conſulares omnem ſuam temporum obſeruationem retulerunt, neque vllam aliam ad deſignanda temporis interualla epocham aut notam, niſi conſulum anni cuiusque nomina, adhibuerunt. Nulla apud eos, ne in externis quidem Graecorum aliorumue populorum rebus exponendis, aut Olympiadum aut vllorum magiſtratuum, niſi admodum rara, in eum finem mentio. Ipſos quinetiam annos vrbis, quod ſaepe ſubiit mirari, vix attingunt; plerique etiam in totum omittunt. At non ita Graeci homines, qui, vt in omni genere doctrinarum, ſic etiam in hac parte maiore ſe litterarum vſu praeditos probarunt. Horum igitur diligentiſſimi quique Romanos conſules quum non praetermitterent, hoc amplius Romana tempora cum aliorum gentium temporibus comparare non mediocriter ſtuduerunt. Sic Halicarnaſſenſis Dionyſius cum Faſtis Romanis annos Olympiadum et Athenienſium* ἄρχοντας *ſiue praetores ſemper componit. Polybius vero et Diodorus Siculus, qui non vnius*

vnius populi Romani, sed omnium toto orbe tunc cognito historiam scribendam susceperant, etiam praecipuorum regnorum successiones in suis scriptis pari diligentia adnotarunt: ea autem erant, Macedonum in Europa, Syromacedonum in Syria et superioribus Asiae partibus, Ptolemaeorum in Aegypto, item Pergamenorum, Bithynorum, Cappadocum et Armeniorum in reliqua cis Taurum Asia. Est etiam exorta temporibus illis Arsacidarum Parthorum in Perside dominatio: de qua, vt de ceteris omnibus siue Europae, siue Asiae regnis, aut rebuspublicis insignioribus, Polybius et Diodorus in suis vniuersalibus historiis egerunt, et cum facta memorabilia, tum praecipue dominantium τὰς διαδοχὰς *exposuerunt, quae est chronologiae politicae atque historicae anima, sicut* τῆς ἀκριβεστέρας καὶ ἐπισημονικωτέρας *motus coelestes, et siderum defectiones. Sed Diodori quidem simplex et semper sibi similis in temporibus designandis ratio est: singulos enim annos Olympiadicos perpetua serie adnotans, reliquas omnes temporum obseruationes ad Olympiades refert atque illis accommodat. In Polybii vero ingenti olim opere, vt scopi illius possunt varii animaduerti, quod alibi ostendimus, sic etiam, quae ad temporum rationem attinent, varie ab eo esse tractata, licet obseruare. In praeparationis libris, hoc est primo et secundo, quum res diuersae commemorentur, nulla fere inter se connexione iunctae, inchoata libro primo series annorum in secundo non continuatur, sed noua rursus ab alio principio instituitur, in ea vtique parte, quae est de rebus a Gallis in Italia gestis, itemque in illis, quae de republica Achaeorum scribuntur. Ita euenit, vt vetustiora posterius, recentiora prius narrentur: pleraque enim libro priore apparatus contenta, multis, quae libro eius altero narrantur, sunt recentiora. Ne in legitima quidem historia, quae praeparationem excipit,* οἰκονομία *vbique eadem. Non quia res Graecorum et Asiaticorum tertio primum anno Olympiadis CXL. Romanis et Punicis coeperunt misceri: non ante finem eius Olympiadis per annos singulos historiam suam distinguere Polybius instituit. Consilium hoc suum ipse aperte, et rationem eius explicat, cum alibi, tum istis verbis luculente T. I. p. 602.* Πρὸς τὸ εὐπαρακολούθητον καὶ σαφῆ γίνεσθαι τὴν διήγησιν οὐδὲν ἀναγκαιότερον ἐπὶ ταύτης τῆς Ὀλυμπιάδος ἡγούμεθα εἶναι, τοῦ μὴ συμπλέκειν ἀλλήλαις τὰς πράξεις· ἀλλὰ χωρίζειν καὶ διαιρεῖν αὐτὰς, καθόσον ἐστὶ δυνατὸν, μέχρις ἂν ἐπὶ

τὰς ἑξῆς Ὀλυμπιάδας ἐλθόντες, κατ' ἔτος ἀρξώμεθα γράφειν τὰς κατ' ἄλληλα γινομένας πράξεις. *Haec ille in quinta historia. Sextus liber non rerum geſtarum hiſtoriam, ſed politicam digreſſionem longe grauiſſimam, et auctoris inſtituto neceſſariam complectitur, eſtque adeo liber ille* πολιτικὴ διατριβὴ *verius, quam* ἱςορικὴ πράξεων συγγραφή. *Quare ante librum ſeptimum narratio Polybiana* κατ' ἔτος *diſtincta non fuit. Ab eo libro, quae deinceps ſequebantur ad finem quadrageſimi, omnia fuiſſe annuatim deſcripta, ſerie continua more faſtorum et annalium, nullum eſt dubium. propterea Plinius Polybium* annalium conditorem *in quinto appellat. Neque tamen ita rigide geſtorum ordinem in ſingulis partibus ſuae narrationis auctor prudentiſſimus ſeruauerat, vt perſpicuitatis et* τῦ πρέποντος *non potiorem ſemper rationem duceret. Quare illa, cuius ante mentionem fecimus, cautione quum neceſſario ſaepe vteretur: in tot tantarumque rerum adeo ſibi inuicem permixtarum explicatione,* ὕςερα πρότερα *non raro commiſerat, rebusque ita poſtulantibus, conſiliorum exitus interdum prius quam initia expoſuerat. Nam verbi gratia Romanas res tractans huius aut illius anni principio, reſponſa, legatis populorum Graeciae aut regum data, prius aliquando retulerat, quam de eorundem legatorum miſſione egiſſet. qua ex re ne aliquid obſcuritatis oriretur, ſolitus eſt in longiorum ſermonum* ἀποθέσεσιν, *et tranſitionibus ab vno anno ad alium, eorum, quae alieno loco dicta videri poterant, lectorem diligenter admonere, atque vt ipſe alicubi loquitur,* τὰς ἑκάςων ἀρχὰς καὶ συντελείας παρυπομιμνήσκειν καὶ ὁποίους ἐγένοντο καιρούς. *In legationum ecloga LXXX. de hac re ſic ſcribitur.* Quos ſermones apud ſenatum iſti legati habuerint, quae a patribus reſponſa tulerint, et quomodo omne genus humanitatis et comitatis experti redierint, in expoſitione rerum Italicarum iam diximus. Et vero lector nobis ſaepe huius admonendus, ſicut etiam ſtudioſe facimus, quod non raro orationes habitas a legatis, et data illis reſponſa, cogimur prius exponere, quam de ipſorum legatione decreta et de miſſione verba fecerimus. Quoniam enim per annos ſingulos res geſtas, quae temporibus inter ſe congruunt, ſcribentes, quae apud quamque gentem ſunt facta, ſummatim vno tempore conamur referre, perſpicuum eſt, id ſcriptioni noſtrae neceſſario euenire. *Vides magni eruditique hominis circa*

hanc

hanc partem studium ac diligentiam. Vides operis vniuersi χειρισμὸν καὶ οἰκονομίαν, vt eius pater non semel appellat. Sed haec olim fuere, benigne lector: nam in hodiernis reliquiis adeo pristina facies operis integri est corrupta, vt videri possint, qui secundae ac tertiae partis eclogas excerpserunt, praecipue autem secundae, id egisse de industria, ne vlla nisi oppido tenuia superessent eius diligentiae vestigia, qua scriptor exactissimus in temporum adnotatione, et rerum variis in partibus τῆς οἰκουμένης gestarum συγχρονισμοῖς, vsus erat vel maxima. Omissi sunt anni Olympiadici, omissae regum successiones, consulum item Rom. plerorumque nomina, et praetorum ciuitatium Graeciae. nihil denique ab eclogariis in ea, quae restant excerpta, secundae praesertim partis, est relatum, quod magnam τῶν συγχρονισμῶν rationem ipsos habuisse demonstret. Nam quod Olympiades aliquot repeiuntur indicatae, et quorundam etiam magistratuum nomina, quid refert? quum neque Olympiadici anni cum annis Coss. comparentur, neque vel illarum Olympiadum anni sint appositi. Politica nimirum documenta colligere, vt alio loco ostendimus, non autem Polybianae historiae accuratam epitomen conficere, qui ista excerpserunt, in animo habebant. Nos igitur, quibus erat propositum, nihil quicquam eorum praetermittere, quae ad illustrationem auctoris optimi posse desiderari iudicabamus, postquam singulis eclogis sua argumenta praefixissemus, quo illa pertinerent indicantia, ad maiorem lucem tam partis primae, quae integra quidem ad nos peruenit, sed variam et parum apertam notationem temporum habet, vt docuimus, quam duarum insequentium, quae librorum amissorum excerpta continent, Synopsin hanc chronologicam vniuersae historiae Polybianae concinnauimus. Cuius opellae necessitatem omnes intelligere necesse est, qui ad lectionem seriam operis huius aliquando se accinxerint. vtilitatem vero tirones, minus in historiis antiquis exercitati, quibus potissimum ire consultum voluimus, longe maximam vtendo experientur. Nam historia quaeuis, maxime autem vniuersalis, luce temporum destituta, quid aliud censeri debet, nisi domus vastae, quae nullum penitus lumen admittit, imago quaedam? Hinc illud est, quod in superioribus Polybii editionibus rerum diuersissimarum eclogae in secunda parte, ceu historia eadem nihil interrupta, absurde et ridicule continuabantur: non enim intelligebant illi critici, quam diuerso-

uerſorum temporum narrationes in vnum deformem cinnum compingerent. nunc per hanc Synopſin, et ea, quae adiecimus argumenta, quo fere ſingula ſint referenda, etiam pueri nullo labore intelligent. Iam quae de repub. Achaeorum adnotauimus, tot viris magnis illuſtri, quae item de Polybii vita, parum adhuc in vulgus nota, cui non erit gratum cognoſcere? Porro in iſta Synopſi contexenda quum id vnum ſpectauerimus, vt Polybianae hiſtoriae facem praeferremus: noſtrarum omnino fuit partium, ſiue in principalium ſucceſſionum temporibus deſignandis, ſiue in anno cuiusque geſti, non quid eſſet per ſe verum, ſed quid Polybius tradidiſſet, inquirere, vt mirari nemo debeat, in nonnullis rationes noſtras cum obſeruationibus doctiſſimorum chronologorum, ſiue antiquorum, ſiue neotericorum, non plane congruere. Ac quoniam huiusmodi diuerſitatum cauſſas in commentariis diligenter expoſuimus: petimus ab lectore, vt conſilium noſtrum in talibus ne prius damnet, quam rationes noſtras cognouerit atque expenderit. In plerisque enim, aut Polybii aliusue alicuius probi ſcriptoris auctoritate diſertis verbis expreſſa ſumus ducti, aut valida coniectura, ſiue neceſſaria conſequentia. Poſtremo cogitent velim, qui haec legent, aliud eſſe tumultuariam annorum collectionem certo fine concinnare, vt nos fecimus; aliud doctrinam temporum ex artis χρονολογικῆς praeceptis ex profeſſo tradere, quod nos hoc loco non profitemur.



HISTO-

HISTORIAE VNIVERSAE POLYBII SYNOPSIS CHRONOLOGICA IN TEMPORA QVATVOR TRIBVTA.

TEMPVS PRIMVM.

ΤΑ ΠΡΟ ΤΗΣ ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ SIVE

Antiquiora tempora praeparatione Polybiana, quorum obiter Polybius meminit.

Ab anno conditi mundi circiter MMMCC. ante quartam et vltimam captiuitatem Iudaicam, quando Nabuchodonosorus rex Babylonis Sedekiam abduxit, templum incendit, et cum vniuersa vrbe diruit, CLXII. ante natum Dominum nostrum Iesum Christum DCCL aut DCCLI.

Olympiades VII.	*Athenarum Archontes*	*Vrbis Romae anni.*
I		
II		1 Romam hoc secundo septimae Olympiadis anno fuisse conditam, scripserat Polybius, vt est auctor Dionys. Halic. lib. I. Palilia igitur Romae Polybiana incidunt in annum Iphiti siue Olympiadic. XXVII. aut XXVI. currentem, duobus mensibus ante initium τȣ XXVII. At Palilia Catoniana XXIV. anno Iphiti congruunt. Varroniana XXIII.

Olymp.

Olymp.	*Arch. Athen.*	*V. R.*	
III			
IV			
LXVIII			
ΤΑ ΤΗΣ ΠΡΑΓΜΑΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ.

SIVE

Historiae Polybianae altera pars posterius adiecta: res gestas continens a principio belli Celtiberici, ad finem Punici III. et Achaici a Mummio gesti. Vide Tom. I. pag. 251.

III	26	7	600	Q. Fuluius Nobilior, T. Annius Luscus. His Coss. bellum Celtibericum est inchoatum, et Cos. Fuluius aduersus eos est missus. Appianus in Ibericis.
IV	27	8	601	M. Claudius Marcellus III. L. Valerius Flaccus. Cos. Claudio prouincia Celtiberia euenit. Celtiberi inducias pacti cum Claudio, Romam legatos mittunt. Cos. in Lusitaniam arma transfert.
CLVII				
I	28	9	602	L. Licinius Lucullus, A. Postumius Albinus. L. Licinius Cos. in Hispaniam ad Celtibericum bellum mittitur.

Olymp.

Olymp.	*Aeg.*	*Syr.*	*V.R.*	
				Atque his Coſſ. accidit illa Rom. pubis conſternatio, de qua Polybius Legat. Ecl. 141. qui tamen ad ſuperiorem annum refert; niſi eſt aliquis error admiſſus. Vide Liu. lib. XLVIII. et Appianum, qui Licinium Coſ. legato vſum ſcribit P. Cornelio Aemiliano Africano, qui poſtea Carthaginem et Numantiam deleuit.
II	*29*	*10*	*603*	L. Quintius Flaminius, M. Acilius Balbus. His Coſſ. bellum Punicum III. eſt inchoatum: de cuius initiis Polybius ecloga CXLII. Praetor Achaeorum Menalcidas. Pauſanias in Achaicis. Hic Oropios in contentione illa cum Athenienſibus iuuit, quam ex Polybio attingit A. Gellius l. VII. c. 14. plura Plutarchus in Catone Cenſorio. Hoc anno euocatis ex Achaia conceditur a ſenatu libertas abeundi quo vellent, in gratiam maxime Polybii. Plutarchus et Pauſanias.
III	*30*	*11*	*604*	L. Marcius Cenſorinus, M? Manilius Nepos. Andriſcus, qui et Pſeudophilippus, Roma aufugit, et venit in Macedoniam, regnum ſibi vindicans, vt Perſei filio. Bellum Macedonicum III. Praetor Achaeorum Diaeus. Huius improbitate bellum conflatur inter Achaeos et Lacedaemonios. Pauſanias.

Olymp.

Olymp. Aeg. Syr. V.R.

IV *31* *12* *605* Sp. Poſtumius Albinus, L. Calpurnius Piſo.

Metellus praetor bellum gerit in Macedonia, et legatos inde mittit ad res Peloponneſi inſpiciendas, Pauſ. tangit Polybius. III, 5.

Poſt Demetrium regnat in Syria

ALEXAND. BALA. Alexander ὁ Βαλᾶ, vel Balles. nam varie effertur hoc cognomen, vt et regni tempus incertum. Ioſephus ait, annos V. lib. XIII. c. 8. Euſebius X. cum menſibus VII. Scaligeriana excerpta pag. 55. ita. Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Βαλᾶ, υἱὸς Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς, Δημήτριον τὸν Σελεύκου καθελὼν, ἔτη ε· οἱ δὲ ἔτη θ. at pag. 57. eorundem, tribuuntur huic anni X.

Praetor Achaeorum Damocritus.

CLVIII

I *32* *1* *606* P. Cornelius Scipio Africanus, C. Liuius Druſus.

Scipio in Africam mittitur ad bellum Punicum conficiendum: qui Polybium comitem ſibi adiunxit.

Metellus per legatos bello Achaeorum et Lacedaemoniorum finem imponit; quod tamen mox ſcelere Diaei et Menalcidae recrudeſcit. Pauſanias. de Metelli victoria, Achaeorum clade, Velleius Paterc.

Praetor Achaeorum Diaeus II.

Mittuntur Roma cum alii, tum Aurelius Oreſtes, de quo in eclo-

Olymp.

Olymp. *Aeg.* *Syr.* *V.R.*

ga CXLIII. et CXLIV. ad disceptandum controuersiam inter Achaeos et Lacedaemonios. habetur concilium Corinthi: vbi legati Rom. violantur. ibidem, et Pausanias. Thearidae et Sexti legationes. CXLIV.

II *33* *2* *607* Cn. Cornelius Lentulus, L. Mummius Achaicus.

Anni huius initio aut superioris fine, Carthago a Scipione est capta, praesente et adiuuante Polybio. Ammianus l. XXIV. de Iuliano, *Legerat Aemilianum Scipionem cum historiarum conditore Polybio Megalopolitano Arcade, et triginta millibus, portam Carthaginis impetu simili subfodisse. Sed fides recepta scriptorum veterum, recens factum defendit. Aemilianus enim testudine lapidea tectam successerat portam; sub qua tutus et latens, dum moles saxeas detegunt hostes, vrbem nudatam irrupit.*

Praetor Achaeorum Critolaus.

Quum e Macedonia in Graeciam Metellus venisset, vt res Achaeorum, Lacedaemoniorum et Thebanorum componeret, Critolaus cum eo dimicat acie, et clade magna Achaei afficiuntur. Hoc gestum initio consulatus Mummii; qui mox cum exercitu in Graeciam venit. Paus.

III *34* *3* *608* Q. Fabius Maximus Aemilianus, L. Hostilius Mancinus.

Praetor Achaeorum Diaeus III.

Olymp.

Olymp. Aeg. Syr. V.R.

Hic cum Mummio congressus, victus fugatusque Achaeorum et vniuersae Graeciae calamitatem consummauit, vt ait Polybius III. et Pausanias.

Mummius tertio post victoriam die Corinthum ingreditur, eam diripit, et incendio consumit. Huius calamitatis Polybium fuisse spectatorem, ex ipso refert Strabo in fragmentis T. III. p. 223. itaque fallitur Orosius, qui negat fuisse tunc in Graecia Polybium, quando cum Mummio pugnauit Diaeus.

IV 35 4 609 Ser. Sulpitius Galba, L. Aurelius Cotta.

Hoc anno videtur finem habuisse bellum Achaicum: nam post Corinthi excidium, nihil memorabile gestum legitur. tempus autem reliquum in ordinando statu Achaiae, hoc est vniuersae Graeciae, quae ab illo tempore Achaia dicta, est consumtum. Appianus tamen belli huius finem coniicit in Olympiadem LX. et expressius Pausanias: *ὁ πόλεμος ἔσχεν ἔτους τέλος, Ἀντιθέου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, Ὀλυμπιάδι δὲ ἑξηκοστῇ πρὸς ταῖς ἑκατὸν, ἣν ἐνίκα Διόδωρος Σικυώνιος.* quod permirum mihi quum videatur, amplius de eo peritis cogitandum.

In Achaici belli fine desiisse historiam Polybii testis ipse. III. 5.

Descripserat Polybius et bellum Numantinum, sed opere separato a perpetua sua historia, vt diserte M. Tullius testatur, in epistola ad Lucceium. Id bellum

Olymp. Aeg. Syr. V.R.

per multos tractum annos, excidio Numantiae, quam deleuit Scipio, (qui et Carthaginem) eſt terminatum, anno proximo poſt conſulatum ipſius, V. C. DCXX. Coſſ. P. Mutio Scaeuola, L. Calpurnio Piſone Frugi. Olympiadis CLXI. anno altero. Quum autem oſtenderimus, natum Polybium circa annum V. C. DL. quia conſtat teſtimonio Luciani, ad octuageſimum ſecundum vitam illum produxiſſe; liquet inde obiiſſe ipſum circa annum a primis Romae Palilibus DCXXXII. cui congruit ex ſuperiore deſcriptione primus Olympiadis CLXIV. ante natum regem Meſſiam, circiter CXX. priusquam M. Tullius naſceretur annis XVII. Obiit autem Polybius, cum e praedio ſuo vrbem Megalopolim repeteret, equo delapſus. quo mortis genere cum alii magni viri vitam finierunt, tum etiam Leopoldus, dux Auſtriae, princeps clariſſimus, anno Domini cIↄ cxxiii.



AINEIOY

ΑΙΝΕΙΟΥ

ΤΑΚΤΙΚΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΟΛΙΟΡΚΗΤΙΚΟΝ

ΥΠΟΜΝΗΜΑ,

ΠΕΡΙ ΤΟΥ

ΠΩΣ ΧΡΗ ΠΟΛΙΟΡΚΟΥΜΕΝΟΝ ΑΝΤΕΧΕΙΝ.

AENEAE

VETVSTISSIMI SCRIPTORIS

COMMENTARIVS

TACTICVS ET OBSIDIONALIS

QVOMODO OBSESSVM RESISTERE OPORTEAT.

ISAACVS CASAVBONVS

RECENSVIT PVBLICAVIT ET NOTIS ILLVSTRAVIT.

POLYBIVS LIBRO X.

Αἰνείας βουληθεὶς διορθώσασθαι τὴν τοιαύτην ἀπορίαν, ὁ τὰ περὶ τῶν στρατηγικῶν ὑπομνήματα συντεταγμένος, βραχύ τι προεβίβασε.

Aeneas quum hunc errorem emendare instituisset, is, qui de rebus ad officium imperatoris pertinentibus commentarios vulgo notos composuit, aliquantum promouit.

AELIANVS DE INSTRVENDA ACIE

CAPITE PRIMO.

Ἐξειργάσαντο δὲ τὴν θεωρίαν τὴν Τακτικὴν Αἰνείας τε διὰ πλειόνων, ὁ Στρατηγικὰ βιβλία ἱκανῶς συνταξάμενος· ὧν ἐπιτομὴν ὁ Θετταλὸς Κινέας ἐποίησε.

Tacticum argumentum perpoliuit pluribus scriptis Aeneas, is, qui libros de officio imperatoris non paucos composuit, quorum epitomen Thessalus Cineas confecit.

EX SVIDA.

Αἰνείας· οὗτος ἔγραψε περὶ πυρσῶν, ὥς φησι Πολύβιος· καὶ περὶ στρατηγημάτων ὑπόμνημα.

Aeneas. hic scripsit de facibus pyrseutarum, vt ait Polybius. scripsit et commentarium de stratagematis. Fallitur Suidas: vide Notas.



PRAEFATIO.

Quum in omnibus, paullo ſaltem inſtructioribus et nobilioribus, Europae bibliothecis, multa hodieque Graecorum, qui de re militari aut machinis bellicis ſcripſerunt, extent monumenta: nullum e cunctis minus eſt in vulgus notum, quam iſtud hactenus fuit, quod in ditiſſima chriſtianiſſimi regis libraria inuentum deſcripſimus, et in generoſae pariter atque eruditae iuuentutis gratiam vulgauimus. Nam Athenaei quidem, Heronis Apollodori, Philonis, Iulii Africani, item Mauricii Leonisque Auguſtorum, nec non aliorum, qui adhuc ſuperſunt eius generis ſcriptores, ad hanc diem inediti, docti viri non pauci mentionem in ſcriptis ſuis fecerunt, eorumque libros ſibi lectos oſtenderunt. Aeneae vero huius qui meminiſſet, neotericorum inueni prorſus neminem, niſi quod Conradi Geſneri indicio didicimus, huius libri exemplar in Vaticana Romae ſeruari. Quod ſi me non fallit coniectura, e Romano codex regius manauit, quamquam is non Romae fuit deſcriptus, ſed in hac ipſa vrbe, manu Angeli Bergicii, hominis Graeci, qui ante annos dumtaxat ſexaginta ex alio exemplari, allato ex Italia, quod neſcimus cuius fuerit, regium charactere elegantiſſimo depinxit, et inter ceteros libros bibliothecae Graecos dedicauit, quos Franciſcus Magnus, parens ille muſarum, ac diſciplina-

rum instaurator, et Henricus II. Fr. F. in Italia sibi et Graecia conquiri vel describi iusserunt. Porro hic scriptor, non illos solum vniuersos, quos modo nominaui, vetustate longe superat; verum etiam Graecorum omnium, qui de rei militaris scientia aliquid serio scripserunt, pene fuit primus. Nam Aelianus, homo eruditissimus, qui Traiani et Hadriani temporibus viuebat, quum ab vltima antiquitate disciplinae Tacticae auctores repeteret, secundum Homerum et eos, qui Homeri Τακτικὴν exposuerant, ΑΕΝΕΑΜ ante omnes recenset. Et addit Aelianus, Thessalum Cineam, prudentissimum illum Pyrrhi regis amicum et consiliarium, Aeneae commentarios Στρατηγικὸς, siue, de iis, quae ad imperatoris officium pertinent, in compendium redegisse. Id operis non solum apud Graecos, sed etiam apud Romanos, in magno quondam pretio fuisse comperior. Nam Romani proceres, quos alibi dicebamus rei bellicae scientiam ex historiarum maxime et Tacticorum lectione, quo tempore in prouincias cum imperio proficiscebantur, solitos fuisse sibi comparare, ad Κύρȣ παιδείαν Xenophonteam Tactica scripta Aeneae, siue Cineae epitomen, adiungebant, eamque diligentissime legebant. Cicero in epistola quadam ad Papirium Paetum: *Summum me ducem literae tuae reddidere. plane nesciebam, te tam peritum esse rei militaris. Pyrrhi te libros et Cineae video lectitasse. itaque obtemperare cogito praeceptis tuis.* et mox: *Nescis quo cum imperatore tibi negotium sit.* Κύρȣ παιδείαν, *quam contriueram legendo, totam in hoc imperio explicaui.* Ex iis, quae diximus, de summa huius scriptoris vetustate potest constare: nam Cineas Epicurum Athenis docentem audiuit, vt significat M. Tullii de senectute liber. Epicurus autem Athenas commigrauit circa finem Olympiadis CXVIII. Idem Cineas anno altero Olympiadis CXXV. legatus Romam, missu Pyrrhi, venit. Aeneam vero, e cuius scriptis vberri-

vberrimis epitomen ſuam Cineas confecit, ipſo Cinea vetuſtiorem aliquot ſaltem annis fuiſſe, nemo, opinor, negauerit, vt non abs re poſſit dubitari, ſitne hic ille Aeneas Stymphalius, Arcadum imperator, qui, ſicut teſtatur Xenophon in ſeptimo Ἑλληνικῶν, circa tempora pugnae ad Mantineam, hoc eſt, anno Olympiadis XIV. viuebat, et res Arcadum, non ſine laude fortitudinis et prudentiae, adminiſtrabat. Idioma ſane Peloponneſiorum, ac nominatim Arcadum, probe ſibi notum fuiſſe, capite XXVII. de voce πάνειον agens, oſtendit. Equidem, vt pro vero affirmare hoc non auſim, ita de eo nullus dubito, Aeneam noſtrum, aut aequalem illorum temporum fuiſſe, aut non longo certe interuallo ab illis abfuiſſe. Argumento ſit etiam illud, quod machinas obſidionales commemorans, quae Ariſtotelis aetate, vt ipſe ſcribit, frequentius paullo vſurpari a Graecis hominibus incipiebant, arietis quidem et ἀντικριῦ, nec non catapultae et teſtudinis, ſaltem leuiter meminit; helepoleos vero et πετροβόλων manganorum, ac ſimilium, quae poſterius ſunt inuenta, nullam facit mentionem. Iam quum ſoleat auctor iſte praecepta ſua, illarum rerum, quae antea contigiſſent, exemplis illuſtrare: non temere vllum toto libro geſtum reperias, quod decima ſupra centeſimam Olympiade non ſit prius atque antiquius. Quoniam autem Aeneae nomen non hodie atque heri, vt initio dicebamus, ſed ab aliquot retro ſaeculis vulgo ignorabatur; librarius, qui regium codicem deſcripſit, ſiue potius Critici illi, qui vetuſtiora regio exemplaria recenſuerant, titulum libro ancipitem praeſcripſerant, ΑΙΝΕΙΟΥ Η ΑΙΛΙΑΝΟΥ. Nos ſine cunctatione vocem vitio adiectam ſuſtulimus. Nam verum germanumque Aeneae opus hoc eſſe, non Aeliani, certa atque indubitata etiam Polybii auctoritate poſſumus confirmare. Scribit Polybius libro X. de ſignis differens, per ſublatas fa-

ces dari olim ſolitis, (πυρσὺς et φρυκτὺς Graeci vocant,) Aeneam in ſuis de re militari commentariis ſuper eo argumento multa obſeruaſſe. idem prorſus hic quoque ſcriptor de ſe teſtatur, qui propterea rationem attollendi faces in hoc ſcripto praetermittere ſe ait, quia alio in opere multis ea de re tractarit, ad quod lectorem reiicit, ne, vt ait, bis idem ſcribere cogatur. Verba illius ſunt capite VII. ὡς δὲ δεῖ τῦτο γίνεσθαι, καὶ ὡς αἴρειν τὺς φρυκτὺς, ἐν τῇ Παρασκευαςικῇ βίβλῳ πλειόνως εἴρηται· ὅθεν δεῖ τὴν μάθησιν λαμβάνειν, ἵνα μὴ δὶς περὶ τῶν αὐτῶν γράφειν συμβῇ. Quod autem ait Polybius, ſcripſiſſe Aeneam ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΩΝ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ, *de iis, quae ad imperatoriam artem pertinent, commentarios*, is fuit generalis titulus omnium librorum, quos de vniuerſa re militari Aeneas compoſuerat. Aelianus appellat ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΑ ΒΙΒΛΙΑ. Operis vero ſingulae partes inſcriptiones ſibi proprias habuerunt. Nam verbi gratia, pars haec, quae de toleranda obſidione agit, Πολιορκητικὸν ὑπόμνημα inſcribitur. Sic illa pars, quae erat de bellorum apparatibus, Παρασκευαςικὸν ὑπόμνημα indicem fuit nacta. auctor ipſe Παρασκευαςικὴν βίβλον nominat, vt capite VII. et VIII. interdum Παρασκευαςικὸν ſimpliciter, omiſſa voce ὑπόμνημα, vt capite XX. alibi Ποριςικὴν βίβλον, vt capite XIV. neque enim aliter accipiendum. Simillime pars illa, in qua Aeneas de re caſtrenſi tractauerat, Στρατοπεδικὴ βίβλος fuit inſcripta, quod e capite XXI. diſcimus. idem de reliquis etiam partibus eſt cenſendum. Auctor eſt Suidas, ſcripſiſſe Aeneam περὶ τῶν ςρατηγημάτων ὑπόμνημα. ſed eſt illius grammatici μνημονικὸν peccatum. locum enim Polybii, quem in animo habebat, corrumpit, et Strategica confundit cum Stratagematis, quae non parum diuerſa eſſe argumenta, norunt, qui litteras Graecas vel ſummatim et ἀκροθιγῶς attigerunt. Vide Iulii Frontini praefationem in librum quartum ſuorum.

ſuorum. Alium praeterea librum ſcripſerat Aeneas, exempla continentem diuerſorum euentorum, maxime autem, vt arbitror, rerum bellicarum, cui titulum indiderat ΑΚΟΥΣΜΑΤΑ, de quo dicturi ſumus ad caput XXXVIII. Atque haec ſunt, quae de Aenea et eius ſcriptis habemus comperta. Cui viro tantum vetuſtas tribuit, vt pleraque illius in ſua ſcripta ad verbum transferrent, qui poſt ipſum de re militari aliquid componebant. Exemplo erit Iulius Africanus, doctus cum primis et antiquus ſcriptor, quem ex hoc ipſo commentario multa capita ἔπος πρὸς ἔπος deſcripſiſſe, iisque vſum pro ſuis in libro de bellorum apparatibus, ſuis locis infra probabimus. Poſtremo lectores monitos volumus, regium codicem, quo vno ſumus vſi, fideliter a nobis in hac editione fuiſſe expreſſum, niſi quod mendas leuiores, de quibus dubitari non poterat, prope infinitas ſuſtulimus. Qui meliora exemplaria nacti fuerint, ii vel conatus noſtros adiuuent, vel certe, quod nos optauimus, ipſi perficiant, atque vt boni patres familias, publicam rem literarum candido animo augeant. Omnino merebatur pulcherrimus hic liber, vel propter auctoris vetuſtatem, vt Latina eum veſte donaremus, atque vberiore commentario explicaremus: quod hoc tempore praeſtare quum per varias curas et occupationes nobis non licuerit, breues ſaltem hasce notas, velut pignus nauandae σὺν Θεῷ operae, raptim exarauimus. Periti rerum, quorum eſt de huiusmodi ſcriptis ferre ſententiam, ſi hunc Aeneae commentariolum legerint, non dubitabunt, ſcio, pronuntiare, ab auctore profectum, qui earum rerum, quibus de ſcribebat, magnum vſum habebat, et iudicio non mediocri valebat.



Τάδε περιέχει τὸ πολιορκητικὸν ὑπόμνημα τοῦ Αἰνείου.	Index capitum, quae in Aeneae commentario de toleranda obſidione continentur
Προοίμιον.	*Praefatio.*
α' Περὶ τῆς τῶν σωμάτων συντάξεως.	1. *Hominum ordinatio, et obſeſſorum in varias manus tributio.*
β' Περὶ τῶν τῆς πόλεως εὐρυχωρειῶν, καὶ πῶς δεῖ τυφλοῦν αὐτάς.	2. *De areis in vrbe vacuis, et quomodo ſint obſtruendae.*
γ' Ἐν προσφάτῳ φόβῳ ἐν τῇ πόλει, τί δεῖ ποιεῖν.	3. *Vbi metus repentinus oppidanos inuaſit, quid opus facto.*
δ' Περὶ συσσήμων.	4. *De ſignis.*
ε' Περὶ πυλωρῶν.	5. *De portarum cuſtodibus.*
ς' Περὶ ἡμεροσκόπων.	6. *De diurnis ſpeculatoribus.*
ζ' Πῶς δεῖ τοὺς ἔξω τῆς πόλεως ἀθροίζειν εἰς τὴν πόλιν.	7. *Quomodo cogendi ſint in vrbem, qui extra vrbem ſunt in agris.*
η' Πῶς δεῖ τὴν χώραν δυσείσβολον κατασκευάζειν.	8. *Qua ratione aditus in regionem difficiles et impeditos reddere oporteat.*
θ' Τί δεῖ ποιεῖν θρασυνομένων τῶν πολεμίων.	9. *Si hoſtis ſeſe inferat audacius, quid opus facto.*
ι' Παραγγέλματα πρὸς φυλακὴν πόλεως.	10. *Praecepta ad vrbis cuſtodiam pertinentia.*
ια' Ἐπιβουλαί.	11. *De inſidiis.*
ιβ' Περὶ συμμάχων ἃ δεῖ προνοεῖν.	12. *De ſociis, et quae ſint in ea parte proſpicienda.*
ιγ' Ξενοτροφία.	13. *Mercenarii militis alendi ratio.*
ιδ' Ὑπόδειξις εἰς ὁμόνοιαν.	14. *Ad conſeruandam inter obſeſſos concordiam.*

ιε'. Πῶς

λβ' Ἀν-

λβ´ Ἀντιμηχανήματα.	*32. Machinae machinis oppositae.*
λγ´ Ἐμπρήσεις.	*33. Incendium machinarum hostilium.*
λδ´ Πυρὸς σβεστήρια.	*34. Quae ad restinguendum ignem valent.*
λε´ Πυρὸς σκευασίαι.	*35. Ignem arte excitare.*
λϛ´ Κλιμάκων προσθέσεσι κωλύματα.	*36. Ratio impediendi, ne admoueantur scalae.*
λζ´ Ὑπορυσσόντων γνῶσις καὶ κώλυσις.	*37. Cognoscere et impedire eos, qui cuniculos fodiunt.*
λη´ Ἐπιχειρήματα.	*38. Ad hostem arcendum.*
λθ´ Δολεύματα.	*39. Doli in hostem parandi.*
μ´ Φυλακὴ πόλεως δι᾽ ὀλίγων.	*40. Vrbis per paucos custodiendae rationes variae.*
μα´ Περὶ ναυτικῆς τάξεως.	*41. Classis ordinatio.*

ΛΕΙΠΕΙ Desunt multa.





ΑΙΝΕΙΟΥ
ΤΑΚΤΙΚΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΟΛΙΟΡΚΗΤΙΚΟΝ
ΥΠΟΜΝΗΜΑ
ΠΕΡΙ ΤΟΥ
ΠΩΣ ΧΡΗ ΠΟΛΙΟΡΚΟΥΜΕΝΟΝ ΑΝΤΕΧΕΙΝ.

Ὅσοις τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῆς αὐτῶν ὁρμωμένοις χώρας ὑπερόριοί τε ἀγῶνες καὶ κίνδυνοι συμβαίνουσιν, ἄν τι σφάλμα γένηται κατὰ γῆν ἢ θάλασσαν, ὑπολείπεται τοῖς περιγενομένοις αὐτῶν οἰκεία τε χώρα καὶ πόλις, ὥστε οὐκ ἂν ἄρδην πάντες ἀναιρεθείησαν· τοῖς δὲ ὑπὲρ τῶν μεγίστων μέλλουσι κινδυνεύειν, ἱερῶν, καὶ πατρίδος, καὶ γονέων, καὶ τέκνων, καὶ τῶν ἄλλων, οὐκ ἴσος οὐδ᾽ ὅμοιος ἀγών ἐστιν, ἀλλὰ σωθεῖσι μὲν, καὶ καλῶς ἀμυναμένοις τοὺς πολεμίους, φοβεροὺς τοῖς ἐναντίοις καὶ δυσεπιθέτους εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον εἶναι, κακῶς δὲ προσενεχθεῖσι πρὸς τοὺς κινδύνους, οὐδεμία ἐλπὶς σωτηρίας ὑπάρξει. Τοὺς οὖν ὑπὲρ τοσούτων καὶ τοιούτων μέλλοντας ἀγωνίζεσθαι,

Quoties aliqui mortalium, relicta patria, certamina et pericula extra fines suos subeunt, ii si quam terra mariue fortunam aduersam fuerint experti, superstitibus illorum propria regio atque vrbs manent saluae, vt perire cuncti funditus non queant: iis vero, qui de rebus omnium maximis sunt periclitaturi, sacris, patria, parentibus, liberis atque aliis, nec par nec simile propositum est certamen. nam hi si salui euaserint, et hostes fortiter repulerint, terribiles aduersariis euadent, vt nemo facile in posterum moliri aliquid aduersus eos velit: sin autem ignauos in defendendis periculis sese praebuerint, nulla de cetero spes salutis restat reliqua. De talibus igitur tantisque rebus decertaturos, neque in belli apparatibus, neque in alacritate animo-

οὐδεμιᾶς

ὐδεμιᾶς παρασκευῆς καὶ προθυμίας ἐλλιπεῖς εἶναι δεῖ, ἀλλὰ πολλῶν καὶ παντοίων ἔργων πρόνοιαν ἐκτέον, ὅπως διά γε αὐτὺς μηδὲν φανῶσι σφαλέντες· εἰδ' ἄρα τι σύμπτωμα γένηται, ἀλλ' οἵ γε λοιποὶ τὰ ὑπάρχοντα εἰς ταυτό ποτε καταστήσαιεν, καθάπερ τινὲς τῶν Ἑλλήνων, εἰς τὸ ἔσχατον ἀφικόμενοι, πάλιν ἀνέλαβον ἑαυτύς.

1. Τὴν ὖν τῶν σωμάτων σύνταξιν σκεψαμένυς πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πόλεως, καὶ τὴν διάθεσιν τῦ ἄστεος, καὶ τῶν φυλάκων τὰς καταστάσεις, καὶ περιοδίας, καὶ ὅσα ἄλλα σώμασι κατὰ τὴν πόλιν χρηστέον, πρὸς ταῦτα τὺς μερισμὺς ποιητέον. τὺς μὲν γὰρ ἐκπορευομένυς δεῖ συντετάχθαι πρὸς τὺς ἐν τῇ πορείᾳ τόπυς, ὡς χρὴ πορεύεσθαι, παρά τε τὰ ἐπικίνδυνα χωρία καὶ ἐρυμνὰ, καὶ στενόπορα, καὶ πεδινὰ, καὶ ὑπερδέξια, καὶ ἐνεδρευτικὰ, καὶ τὰς τῶν πολεμίων διαβάσεις, καὶ τὰς ἐκ τῶν τοιύτων παρατάξεις. τὰ δὲ τειχήρη καὶ * πολιτοφυλακῆς ὄντα πρὸς μὲν τὰ τοιαῦτα ὐδὲν δεῖ συντετάχθαι· πρὸς δὲ τὺς ἐν τῇ πόλει τόπυς καὶ τὸν παρόντα κίνδυνον. Πρῶτον μὲν ὖν αὐτὸν ἀπονεῖμαι δεῖ τὺς φρονιμωτάτυς τε καὶ ἐμπείρυς μάλιστα πολέμυ, οἱ περὶ τὺς ἄρχοντας ἔσονται· ἔπειτα λοιπὸν ἀπολέγειν σώματα δυνησόμενα

rum, fas eſt quicquam praetermittere: quin potius multis, atque adeo omne genus rebus eſt eis proſpiciendum, quo ne culpa ſaltem ſuamet ipſorum detrimentum vllum accipiant: aut ſi caſus aliquis interuenerit, ceteri tamen, quibus fortuna pepercerit, vt res lapſas in priſtinum locum reſtituant, ſicut Graecorum non nulli, quum ad vltima perueniſſent malorum, e calamitatibus tamen emerſerunt.

1. In corporum ordinatione conſiderandum eſt, vt pro magnitudine ciuitatis, pro ſitu et conditione oppidi, pro eo vigilum numero, qui eſt conſtituendus, pro aliis item miniſteriis, quae in vrbe obſeſſa a certis corporibus obiri debent, partitio eorum inſtituatur. Et illi quidem, qui extra muros proficiſcuntur, ſecundum naturam locorum debent ornari, ad quae mittuntur, et per quae transeundum, periculis puta expoſita aut munita, anguſtiis arctata, aut plana, edita in altum, aut inſidiis locandis nata, item, in quibus hoſtes ſint amnem traiecturi, aut vbi ex tali aliqua occaſione acie ſit dimicandum. in illis vero inſtruendis copiis, quae intra muros remanſurae ſunt, cuſtodiae vrbis deputatae, non ea, quae modo diximus, ſunt ſpectanda; ſed eorum potius locorum, quae in vrbe ſunt, ac praeſentis periculi haberi ratio debet. Primum igitur prudentiſſimos quosque et rei bellicae peritiſſimos eximere oportet, qui magiſtratibus praeſto ſemper ſint futuri:

μάλιστα

μάλιστα πονεῖν, καὶ μερίσαντα λοχίσαι, ἵνα εἴς τε τὰς ἐξόδους καὶ τὰς κατὰ πόλιν περιοδίας, καὶ τὰς τῶν πονουμένων βοηθείας, ἢ εἴς τινα ἄλλην ὁμότροπον ταύταις λειτουργίαν ὑπάρχωσιν ἕτοιμοι προστεταγμένοι τε καὶ δυνατοὶ ὄντες ὑπηρετεῖν. εἶναι δὲ αὐτοὺς εὔνους τε, καὶ τοῖς καθεστηκόσι πράγμασιν ἀρεσκομένους. μέγα γὰρ πρὸς τὰς τῶν ἄλλων ἐπιβουλὰς τοῦτο ἀθρόον ὑπάρχον ἀντ' ἀκροπόλεως· Φόβος γαρ ἂν εἴη τοῖς ἐναντία θέλουσιν ἐν τῇ πόλει. ἡγεμὼν δὲ καὶ ὁ ἐπιμελητὴς αὐτῶν ἔστω τά τε ἄλλα Φρόνιμος καὶ εὔρωστος, καὶ ᾧ ἂν πλεῖστοι κίνδυνοι ὦσιν μεταβολῆς γενομένης· τῶν δὲ λοιπῶν τοὺς ῥωμαλεωτάτους ἡλικίᾳ καὶ νεότητι ἐκλέξαντα ἐπὶ τὰς Φυλακὰς καθιστάναι καὶ τὰ τείχη. Τὸ δὲ περιὸν πλῆθος μερίσαντα πρὸς τὸ μῆκος τῶν νυκτῶν καὶ τῶν Φυλακῶν, τὸ πλῆθος κατανεῖμαι. Τῶν δὲ ὄχλων τοὺς μὲν εἰς τὴν ἀγορὰν, τοὺς δὲ εἰς τὸ θέατρον, τοὺς δὲ ἄλλους εἰς τὰς οὔσας ἐν τῇ πόλει εὐρυχωρίας, ἵνα μηδὲν ἔρημον ᾖ εἰς δύναμιν τῆς πόλεως.

2. Ἄχρηστον δὲ, εἶναι τὰς ἀχρείους οὔσας εὐρυχωρίας ἐν τῇ πόλει, ἵνα μὴ σωμάτων εἰς αὐτὰς δέῃ τυφλοῦν ταφρεύοντα, καὶ ὡς μάλιστα ἀβάτους ποιοῦντα τοῖς νεωτερίζειν βουλομένοις καὶ προκαταλαμβάνειν αὐτάς. Δα-

tum autem e ceteris corpora seligenda sunt, laboris patientissima, atque ex his certae militum manus conscribendae, qui ad erumpendum in hostem, ad circuitiones vrbanarum vigiliarum, ad submittenda pressis auxilia, et similia his alia ministeria destinati, iis muneribus exsequendis futuri sint pares. Porro istos bene in ciuitatem esse animatos, et in praesente rerum statu acquiescere oportet. nam aduersus clandestinas aliorum molitiones, corpus hoc congregatum, instar arcis cuiusdam, magno fuerit praesidio: metu enim continebitur factio contraria, si qua in vrbe fuerit. Ducatus vero et cura horum viro tradatur, cum cetera prudenti et robusto, tum etiam, quem ex mutatione rerum plurima pericula maneant. e reliquis valentissimi quique statura corporis et iuuenta eligendi, qui in excubiis atque moenibus collocentur. iam quae superest multitudo, pro longitudine noctium et modo vigiliarum, in plures paucioresue manipulos debet describi. e plebis vero turba, alii in foro, alii in theatro collocantor; alii in vacuis areis, si quae sunt in vrbe; ne qua penitus illius pars defensoribus sit nudata.

Enimuero plures in vrbe areas esse inutiles, nihil quicquam iuuat, ne, si qui forte res nouare voluerint, et in illis occupandis aliorum conatus anteuertere, diuersis opus sit militum agminibus, qui fossis cauatis eas obstruant, et quam

κεδαν-

κεδαιμόνιοι δὲ, Θηβαίων ἐμβαλόντων, ἔκ τε τῶν ἐγγυτάτω οἰκιῶν διαλύοντες, καὶ ἐκ τῶν αἱμασιῶν καὶ τειχῶν ἄλλοι κατ' ἄλλους τόπους Φορμοὺς γῆς καὶ λίθων πληροῦντες, Φασὶ δὲ καὶ τοῖς ἐκ τῶν ἱερῶν χαλκοῖς τρίποσιν, ὄντων πολλῶν καὶ μεγάλων, χρησάμενοι, καὶ τούτοις προαποπληρώσαντες τάς τε εἰσβολὰς, καὶ τὰς διόδους, καὶ τὰ εὐρύχωρα τοῦ πολίσματος, ἐκώλυσαν τοὺς εἰσβάλλειν ἐπιχειροῦντας εἰς αὐτὸ τὸ πόλισμα. Πλαταιεῖς δὲ, ἐπεὶ ᾔσθοντο νυκτὸς ἐν τῇ πόλει Θηβαίους ὄντας, κατανοήσαντες οὐ πολλοὺς αὐτοὺς ὄντας, οὐδὲ ἔργων τῶν προσηκόντων ἀπτομένους, οἰομένους γε μέντοι κατέχειν τὴν πόλιν, ἐνόμισαν, ἐπιθέμενοι ῥᾳδίως κρατήσειν. τεχνάζουσιν οὖν εὐθέως τοιόνδε. Τῶν ἀρχόντων οἱ μὲν ὁμολογίας ἐποιοῦντο τοῖς Θηβαίοις ἐν τῇ ἀγορᾷ· οἱ δὲ παρήγγελλον κρύφα τοῖς ἄλλοις πολίταις, σποράδην μὲν ἐκ τῶν οἰκιῶν μὴ ἐξιέναι, καθ' ἕνα δὲ καὶ δύο τοὺς κοινοὺς τοίχους διορύττοντας, λαθραίως παρ' ἀλλήλους ἀθροίζεσθαι. ἑτοιμασθέντος δὲ πλήθους ἀξιομάχου, τὰς μὲν διόδους καὶ τὰς ῥύμας ἐτύφλωσαν ἁμάξαις ἄνευ ὑποζυγίων· ὑπὸ δὲ σημείου ἀθροισθέντες, ἐΦέροντο ἐπὶ τοὺς Θηβαίους. ἅμα δὲ τούτοις τὰ γύναια καὶ οἱ οἰκέται ἦσαν ἐπὶ ταῖς κεράμοις. ὥστε βου-

maxime fieri poteſt reddant imperuias, ſi qui forte res nouas moliri, atque illas occupare voluerint. Lacedaemonii, quum in eorum agrum Thebani irrupiſſent, proximas ſibi quisque aedes demoliendo, et e maceriis murisque alii alibi ſaccos terra et lapidibus opplendo, atque, vt aiunt, ſacris ex aere tripodibus, qui penes eos erant multi et magni, in eam rem vtendo, quum hisce omnibus aditus tranſitusque oppidi ſui, et vacuas omnes areas, obturare occupaſſent, hoſtem perrumpere intra muros conantem, repreſſerunt. Plataeenſes, quum Thebanos ſilentio noctis vrbem ſuam eſſe ingreſſos didiciſſent, animaduerſa paucitate illorum, cognito etiam, ipſos nihil earum rerum curare, quibus attendere debebant, qui tamen in ſua iam poteſtate vrbem eſſe ſibi perſuadebant, exiſtimarunt, ſi hoſtem adorirentur, non difficilem ſibi fore victoriam. dolum igitur e veſtigio hunc comminiſcuntur. Magiſtratuum alii in foro de pactorum conditionibus cum Thebanis agunt, alii ceteris ciuibus clam praecipiunt, vt ſeparatim quidem e domibus ſuis ne egrederentur; ſed ſinguli aut bini ſimul, parietibus intergerinis perfoſſis, occulte alii apud alios congregarentur. vbi idonea multitudo conuenit, *vias* vrbis et vicos plauſtris absque iumentis obſtruxerunt; deinde ad datum ſignum manu facta, in Thebanos irruerunt. ſimul et mulierculae et famuli in tectis ſtabant.

λομένων

λομένων τῶν Θηβαίων πράσσειν καὶ ἀμύνασθαι ἐν σκότει, ὀυκ ἐλάττω ὑπὸ τῶν ἁμαξῶν βλάβην, ἢ ὑπὸ τῶν προσκειμένων αὐτοῖς ἀνθρώπων γενέσθαι. οἱ μὲν γὰρ ἄπειροι ὄντες, ᾗ χρὴ σωθῆναι διὰ τὰς φράξεις τῶν ἁμαξῶν, οἱ δὲ ἐμπείρως διώκοντες, ταχὺ πολλοὺς ἔφθειραν. Ἐξοιστέον δὲ καὶ τὰ ὑπεναντία τούτοις, ὡς, μιᾶς μὲν οὔσης εὐρυχωρίας, κίνδυνον εἶναι τοῖς ἐν τῇ πόλει, ἂν προκαταλαμβάνωσιν οἱ ἐπιβουλεύοντες. κοινοῦ γὰρ καὶ ἑνὸς ὄντος τόπου τοιούτου, τῶν φθασάντων ἂν εἴη τὸ ἔργον. δύο δὲ ἢ τριῶν ὄντων τοιῶνδε τόπων, τάδε ἂν εἴη τὰ ἀγαθά. εἰ μὲν ἕνα ἢ δύο καταλαμβάνοιεν τόπους, τὸν λοιπὸν ἂν τοῖς ἐναντίοις ὑπάρχειν· εἰ δὲ πάντας, χωρισθέντες ἂν καὶ μερισθέντες ἀσθενεστέρως διακέοιντο πρὸς τοὺς ὑπεναντίους ἀθρόους ὄντας, εἰ μὴ ἐν ἑκάστῳ μέρει ὑπάρχοιεν τῶν ἐν τῇ πόλει. ὡς δ' αὔτως καὶ κατὰ τῶν ἄλλων πάντων θελημάτων χρὴ τὰ ἐνόντα ὑπεναντία τοῖς προγεγραμμένοις ὑπονοεῖν, ἵνα μὴ ἀπερισκέπτως τι ἕτερον αἱρῆσαι.

ex quo euenit, vt, Thebanis per tenebras rem gerere volentibus et defendere sese, non minus damni plaustra afferrent, quam qui ipsos vrgebant Plataeenses. nam illi quidem, vtpote qua euadendum esset ignari. propter plaustrorum sepimenta haerebant; hi vero contra, cum certa scientia hostem persequentes, cito multos eorum occiderunt. Sed et rationes his contrariae in medium sunt adducendae. quippe si vna dumtaxat sit area vacua, atque eam coniurati sibi asserere anteuerterint, magno in periculo oppidani versentur. nam vbi vnicus tantum est locus eiusmodi, omnibus communis, in praeoccupantium diligentia posita est palma: sin autem loca eiusmodi fuerint duo aut tria, haec sequentur commoda. si factio contraria vnum alterumue eorum ceperit, reliquus saltem diuersa sentientibus restat; sin omnia loca conspirati occuparint, separati hoc pacto et diuisi infirmiores erunt ad resistendum aduersariis, in vnum conglobatis, vtpote qui per singulas vrbis partes diuisi non erunt. atque ita etiam in ceteris deliberationibus, quae insunt contraria doctrinae iam scriptae, suspicari et cogitare oportet, ne quid forte secius inconsiderate eligas.

3. Ἐκ προσφάτου δὲ ἐγγινομένου φόβου ἀσυντάκτῳ πόλει, τάχιστ' ἄν τις εἰς σύνταξιν καὶ φυλακὴν τῆς πόλεως τοὺς πολίτας καταστήσοι, εἰ ἑκάστῃ φυλῇ

3. Si fuerit vrbs inordinata, atque eam subitus terror inuaserit, facile aliquis ciues ordinauerit, et in opportunis ad tuitionem oppidi locis collocauerit, si vnicuique tribuum cer-

μέρος τι τοῦ τείχους κλήρῳ ἀποδεῖξειν, ἐφ' ὧ ἐλθοῦσαι εὐθὺς αἱ φυλαὶ φυλάξουσι. κατὰ πολυπληθίαν δὲ φυλῆς ἑκάστης τὸ μέγεθος τοῦ τείχους φυλαττόντων. ἔπειτα οὕτως ἐφ' ἑκάστης φυλῆς τοὺς δυναμένους τοῖς σώμασι πονέσαι ἀπολέγειν εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ τὰς περιοδίας, καὶ ἔτι ἄλλο δεῖ χρῆσθαι τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις. ὁμοτρόπως δὲ καὶ φρουρίου ὑπὸ συμμάχων φρουρουμένου, μέρος τι τοῦ τείχους τῶν συμμάχων ἑκάστῳ ἀποδιδόσθω φυλάττειν. ἐὰν δὲ πολῖται ἐν ὑποψίᾳ πρὸς ἀλλήλους ὦσι, κατὰ ἀνάβασιν ἑκάστην τοῦ τείχους δεῖ ἐπιστῆσαι ἄνδρας πιστοὺς, οἳ κωλυταὶ ἔσονται, ἄν τις ἐπιχειρῇ ἄλλος ἀναβαίνειν. Ἐν εἰρήνῃ δὲ καὶ ὧδε χρὴ συντετάχθαι τοὺς πολίτας. Πρῶτον μὲν ῥύμης ἑκάστης ἀποδεῖξαι ῥυμάρχην ἄνδρα τὸν ἐπιεικέστατόν τε καὶ φρονιμώτατον, πρὸς ὃν, ἐάν τι ἀπροσδοκήτως νυκτὸς γένηται, συναθροισθήσονται. χρὴ δὲ τὰς ἐγγυτάτας ῥύμας τῆς ἀγορᾶς εἰς τὴν ἀγορὰν ἄγειν τοὺς ῥυμάρχας, τοῦ δὲ θεάτρου τὰς ἐγγυτάτω ῥύμας εἰς τὸ θέατρον, εἴς τε τὰς ἄλλας ἑκάστους ἐγγύτατα εὐρυχωρίας ἀθροίζεσθαι τοὺς ῥυμάρχας μετὰ τῶν ἐξενεγκαμένων παρ' αὐτοὺς τὰ ὅπλα. οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ἔς τε τοὺς προσήκοντας ἕκαστοι τόπους ἀφίκοιντο, καὶ ἐγγυτάτω τῶν σφετέρων οἴκων εἶεν, διαπέμποιέν τε ἂν οἰκονομοῦντες πρὸς τοὺς κατ' οἶκον,

tam murorum partem forte attribuerit, ad cuius defensionem earum singulae, simulatque aliquid increpuerit, sese conferant. pro multitudine autem ciuium, qui in quaque tribu censentur, partem murorum custodiunto. his ita constitutis, e quaque tribu eos, qui firmissimo sunt ad labores corpore, seligere conuenit, ad stationem in foro habendam, aut aut circuitiones, aut si quid est aliud, in quo talium hominum opera sit necessaria. Similiter vbi munitio aliqua sociorum praesidio tenetur, singulis *gentibus* pars certa murorum custodienda attribuitor. Si ciues inter se mutuis suspicionibus laborent, ad loca singula, vnde in muros ascenditur, fidos homines collocare oportet, qui, si quis alius conetur conscendere, sint impedituri. Pacis tempore ita ordinandi ciues sunt. Ante omnia vnicuique vicorum rhymarcha siue vicanus praefectus est praeponendus, vir moderatissimus et prudentissimus, ad quem, si quid noctu ex inopinato contigerit, sint conuenturi: et proximos quidem foro vicos, in forum deducent praefecti; theatro vero proximos, in theatrum; et ita singuli praefecti cum iis, qui arma domo attulerint, ad proximas sibi areas conuenient. hoc namque pacto fiet, vt et citissime, et ad conuenientia sibi loca, quique perueniant, vtque domibus suis proximi, missitando ad domesticos, liberos atque

τέκνα

τέκνα καὶ γυναῖκας, οὐ πρόσω αὐτῶν διατελοῦντες. τῶν τε ἀρχόντων δεῖ προκεκληρῶσθαι, εἰς ὃν ἕκαστοι τόπον ἐλθόντες τῶν συλλεγέντων ἐπὶ τὰ τείχη ἀποστελοῦσι, καὶ τῶν λοιπῶν ἕνεκα ἐπιμελείας ἡγεμόνες ἔσονται, ἄνπερ εὐθὺς ἡγεμονεύσωσιν ὧδε.

4. Εὐθύτατα δὲ αὐτοῖς πεποιῆσθαι σύσσημα, ἀφ' ὧν μὴ ἀγνοήσουσι τοὺς προσιόντας αὐτοῖς· ἤδη γὰρ τοιόνδε συνέβη. Χαλκὶς ἡ ἐν Εὐρίπῳ κατελήφθη ὑπὸ φυγάδος ὁρμωμένου ἐξ Ἐρετρείας, τῶν ἐν τῇ πόλει τινὸς τεχνασαμένου τοιόνδε. κατὰ τὸ ἐρημότατον τῆς πόλεως, καὶ πύλας οὐκ ἀνοιγομένας ἔχον, ἔφερεν πῦρ ἐν γαστρήνῃ, φυλάσσων τὰς ἡμέρας καὶ τὰς νύκτας· ἔλαθεν νυκτὸς τὸν μοχλὸν διαπρίσας, καὶ δειξάμενος ταῦτα τοῖς στρατιώταις. ἀθροισθέντων δ' ἐν τῇ ἀγορᾷ ὡς δισχιλίων ἀνδρῶν, ἐσημάνθη τὸ πολεμικὸν σπουδῇ, πολλοὶ δὲ τῶν Χαλκιδέων δι' ἄγνοιαν ἀπόλλυνται· οἱ γὰρ ἐκφοβηθέντες ἐτίθεντο φέροντες τὰ ὅπλα πρὸς τοὺς πολεμίους, ὡς πρὸς φίλους αὐτοὺς ἕκαστος δοκῶν ὕστερον παραγίνεσθαι. οὕτως οὖν καθ' ἕνα καὶ δύο οἱ πλεῖστοι ἀπώλλυντο, μέχρι χρόνῳ ὕστερον ἔγνωσαν τὸ συμβαῖνον, τῆς πόλεως ἤδη κατεχομένης. Πολεμοῦντα οὖν χρὴ, καὶ ἐγγὺς ὄντων τῶν πολεμίων, πρῶτον μὲν

vxores, propria negotia curent, non longo a suis interuallo dissiti. Iam ipsos quoque magistratus sorte loca vrbis diuisisse prius inter se oportet, vt sciant, quo quisque profectus, partem copiarum, quae coierint, ad muros mittent: qui etiam ad cetera munia cum cura obeunda duces aliis se praebebunt, si statim isto pacto ciuibus praeiuerint.

4. Omnium vero primum signa obsessos instituisse oportet, per quae eos dignoscere, qui ad se accedent, poterunt: iam enim ante tale quid euenit. Chalcis vrbs est ad Euripum. hanc quidam exul, Eretria profectus, occupauit, quum ciuium aliquis huiusmodi stratagemate esset vsus. In parte vrbis omnium maxime deserta, et cuius portae non aperiebantur, siue ad excubias, siue ad vigilias iret, ignem in testa deferebat. atque is portarum obicem quum nemine animaduertente serra noctu secuisset, eo patefacto aditu milites admisit. postquam in forum ad duo millia hominum conuenissent clafsicum sonari acriter coepit. ibi tum multi Chalcidensium per ignorantiam interierunt, quippe qui metu perculsi arma sumunt, et hostibus se adiungunt, quum vnusquisque illorum serius ad eos, ceu ad amicos, peruenisse se arbitraretur. ita plurimi eorum, modo singuli, modo bini, interficiebantur, donec tandem vrbe iam capta, quid rei gestum esset, cognouerunt. Qui igitur bellum gerunt, et quidem

τὰ ἀποστελλόμενα ἐκ τῆς πόλεως κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλατταν ἐπί τινα πρᾶξιν πρὸς τοὺς ὑπομένοντας μετὰ συσσήμων ἀποστέλλεσθαι, καὶ ἡμερινῶν καὶ νυκτερινῶν, ἵνα μὴ ἀγνοῶσι, πολεμίων αὐτοῖς ἐπιφαινομένων, εἰ φίλιοι ἢ πολέμιοι εἰσίν· ἐπὶ δὲ πρᾶξιν πορευθέντων, καὶ πέμπειν τινὰς γνωσομένους, ἵνα καὶ τὰ τοιαῦτα ὡς ἐκ πλείστου τῶν ἀπόντων οἱ ὑπομένοντες ἴδωσι. μέγα γὰρ ἂν φέροι πρὸς τὸ μέλλον ἐκ πλείονος παρασκευάζεσθαι. τοῖς δὲ μὴ οὕτω πράττουσιν, ἃ συμβέβηκεν ἐμφανισθήσεται ἐκ τῶν ἤδη γενομένων, ἵνα ἐπὶ παραδείγματος καὶ μαρτυρίου καθαροῦ παραλέγηται. Πεισιστράτῳ γὰρ, Ἀθηναίων στρατηγοῦντι, ἐξηγγέλθη, ὅτι οἱ ἐκ Μεγάρων οἱ ἐπιχειροῖεν ἀφικόμενοι πλοίοις, ἐπιθέσθαι νυκτὸς ταῖς Ἀθηναίων γυναιξὶ, Θεσμοφόρια ἀγούσαις ἐν Ἐλευσῖνι. ὁ δὲ Πεισίστρατος ἀκούσας, προσενέδρευσεν. ἐπεὶ δὲ οἱ ἐκ τῶν Μεγάρων ὡς λεληθότες ἀπέβησαν, καὶ ἀπὸ τῆς θαλάττης ἐγένοντο, ἐξαναστὰς ὁ Πεισίστρατος τῶν ἐνεδρευόντων τε ἀνδρῶν ἐκράτησε, καὶ διέφθειρε τοὺς πλείστους, καὶ τῶν πλοίων, οἷς ἀφίκοντο, ἐγκρατὴς ἐγένετο. ἔπειτα παραχρῆμα τοῖς ἑαυτοῦ στρατιώταις πληρώσας τὰ πλοῖα, ἔλαβε τῶν γυναικῶν τὰς ἐπιτηδειοτάτας συμπλεῦσαι, καὶ κατήγετο εἰς τὰ Μέγαρα ὀψὲ ἀπωτέρω τῆς πόλεως. κατ-

propinquo hoste, ante omnia eos oportet, si quos terra marive ad facinus aliquod perpetrandum vrbe emittant, sic mittere, vt signa composita habeant, qua diurna, qua nocturna, per quae, sicunde hostis apparuerit, dignoscere valeant, amicine sint an inimici. atque vbi rei gerendae caussa fuerint quidam profecti, mittendi etiam sunt, qui omnia significent, vt et eiusmodi expeditionum casus, qui in vrbe remanent, vel a longissimo interuallo et quam primum, notos habeant. multum namque iuuerit, temporis amplius habuisse, quo te aduersus imminens periculum praepares. Quae porro iis acciderint, qui hoc non obseruant, ante gestorum narratione declarabitur: vt ad rectum consilium diligendum sit exempli et liquidi testimonii copia. Pisistrato, Atheniensium imperatori, nuntiatum est, decreuisse Megarenses, vbi ad littus Atticum appulissent, coniugibus Atheniensium, Thesmophoria Eleusine celebrantibus, noctu insidias parare. eo cognito, Pisistratus praeuertit, et Megarensibus dolum struit. qui vt egressi in littus sunt, quasi nemo eos animaduertisset, et a mari aliquanto longius processerunt, exurgens Pisistratus insidiatoribus superior extitit, plurimosque adeo illorum occidit, et naues, quibus fuerant delati, cepit. deinde nauigiis e vegistio milite completis, mulieres Atticas, quae commodissime nauigare simul poterant, secum assumsit,

ἰδόντες

ἰδόντες οὖν τὰ πλοῖα προσπλέοντα, ἀπήντων πολλοὶ τῶν Μεγαρέων, αἵ τε συναρχίαι, καὶ οἱ ἄλλοι, θεώμενοι ὡς εἰκὸς αἰχμαλώτους ἀγομένας ὡς πλείστας, καὶ μετ' ἐγχειριδίων ἀποβάντες, τοὺς μὲν καταβαλεῖν, ὅσους δ' ἂν δύναιντο τῶν ἐπιφανεστάτων συναρπάζειν εἰς τὰ πλοῖα· καὶ οὕτως ἐπράχθη. δῆλον οὖν, ὅτι μετὰ συσσήμων καὶ μὴ ἀγνοουμένων πρὸς ἀλλήλους τὰς ἀθροίσεις καὶ τὰς πέμψεις δεῖ ποιεῖσθαι.

et Megara ſub veſperam paullo ab vrbe longius naues appulit. Multi igitur Megarenſium, vt vident naues aduentare, prodeunt obuiam, cum omnes ſimul magiſtratus, tum ceteri, quo videlicet captiuarum mulierum quam plurimarum ſpectaculo fruerentur. Athenienſes, eſcenſione facta, partim conficere Megarenſes iubentur, partim vt quam poſſent plurimos ex illuſtriſſimis ciuium in naues corriperent. et ita factum eſt. ex quo poteſt intelligi, ſiue cogendus ſit miles, ſiue ad res gerendas mittendus, ſignis compoſitis, vt ſe inuicem ignorare nequeant, id eſſe faciendum.

5. Ἔπειτα πυλωροὺς καθιστάναι μὴ τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ φρονίμους καὶ ἀγχίνους, καὶ μὴ ὑπονοεῖν δυναμένους ἀεί τι τῶν εἰσκομιζομένων. ἔτι δὲ καὶ εὐπόρους, καὶ οἷς ἐνέχυρα ἐν τῇ πόλει ὑπάρχει, τέκνα καὶ γυναῖκας λέγω· ἀλλὰ μὴ οἵτινες δι' ἔνδειαν, ἢ συναλλαγμάτων ἀνάγκην, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἀπορίαν, πεισθεῖεν ὑπό τινων, ἢ αὐτοὶ παρακελεύσαιεν ἄν τινας ἐπὶ νεωτερισμῷ. Λεύκων δὲ, ὁ Βοσπόρου τύραννος, καὶ τῶν φρουρῶν τοὺς χρεωφειλέτας διὰ κυβείαν, ἢ δι' ἄλλας ἀκολασίας ἀπομίσθους ἐποίει.

5. Secundum haec cuſtodes portarum conſtituere oportet, non temere quosuis; ſed viros prudentes ac ſollertes, quique omnia, quae in vrbem inferentur, valeant ſuſpectare: ad haec, in re lauta verſantes, et quibus praeſto ſint in vrbe fidei pignora, liberos dico et coniugia, non autem eos, qui propter egeſtatem, aut aliquam neceſſitatem, quam contrahendo ſibi impoſuerint, aut ob aliud inopiae genus, ſituri ſint ſe a nonnullis impelli, aut ipſi alios impulſuri ad res nouandas. Leuco vero Boſpori tyrannus, etiam milites praeſidiarios, qui propter aleam, aut aliud intemperantiae genus aes alienum contraxiſſent, aere dirutos faciebat.

6. Χρὴ δὲ καὶ ἡμεροσκόπους πρὸ τῆς πόλεως καθιστάναι ἐπὶ τόπῳ ὑψηλῷ καὶ ὡς ἐκ πλείστου φαινομένῳ· ἡμεροσκοπεῖν δὲ ἐφ'

6. Praeterea oportet hemeroſcopos (*ii ſunt diurni ſpeculatores*) in loco edito, et qui e longiſſimo interuallo ſit conſpicuus, collocare. in ſingulis

ἑκάστῳ χωρίῳ τρεῖς τοὐλάχιστον, μὴ τοὺς τυχόντας, ἀλλ᾽ ἐμπείρους πολέμου, ὅπως μὴ δι᾽ ἄγνοιαν δοξάζον τι ὁ σκοπὸς σημάνῃ ἢ διαγγείλῃ εἰς τὴν πόλιν, καὶ ματαίως ὀχλῇ τοῖς ἀνθρώποις. πάσχουσι δὲ ταῦτα οἱ ἄπειροι τάξεων καὶ πολέμου, ἀγνοοῦντες τὰς τῶν πολεμίων ἐργασίας καὶ πράξεις, εἴτε ἐκ παρασκευῆς πράσσεται, εἴτε καὶ παρὰ ταυτομάτου. ὁ δὲ ἔμπειρος, γνοὺς τὴν τῶν πολεμίων παρασκευὴν, καὶ πλῆθος καὶ πορείας καὶ τὴν ἄλλην κίνησιν τοῦ στρατεύματος, οὕτω τὴν ἀλήθειαν ἐμφανιεῖ. ἐὰν δὲ μὴ ὑπάρχωσι τοιοίδε τόποι, ὥς τε καὶ εἰς τὴν πόλιν ἀπ᾽ αὐτῶν φαίνεσθαι τὰ σημεῖα· ἄλλους ἐπ᾽ ἄλλοις τόποις διαδεκτῆρας εἶναι τῶν αἰρομένων σημείων, οἳ σημαίνουσιν εἰς τὴν πόλιν. εἶναι δὲ τοὺς ἡμεροσκόπους καὶ ποδώκεις, οἵ, ὅσα μὴ οἷά τε διὰ τῶν σημείων δηλοῦν, ἀλλ᾽ αὐτῶν τιν᾽ ἂν δέῃ ἐξ ἀνάγκης ἀγγέλλειν, δύνωνται ταχὺ ἀφικνεῖσθαι, καὶ ὡς ἐκ πλείστου ἀγγέλλωσιν. ἄριστον δὲ, ἱππασίμων ὄντων τῶν τόπων, καὶ ὑπαρχόντων ἵππων, ἱππέας συνείρειν, ἵνα διὰ τῶνδε θᾶσσον ἀγγέλληται. πέμπειν δ᾽ ἐκ τῆς πόλεως τοὺς ἡμεροσκόπους ὄρθρου, ἢ νυκτὸς, ἵνα τοῖς τῶν πολεμίων σκοποῖς μὴ κατάδηλοι ὦσιν ἡμέρας πορευόμενοι ἐπὶ τὰ ἡμεροσκοπεῖα. Σύνθημα δὲ ἔχειν αὐτοὺς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ, ὅπως μήτε ἑκόντες, μή-

autem ſpecularum locis tres minimum hemeroſcopos ſtationem agere, neceſſe, atque eos, non quos caſus fortuitus obiecerit, ſed belli peritos, ne ſpeculator, prae imperitia aliquid opinatus, det eius rei ſignum, aut nuntium in vrbem deferat, et ſine cauſſa negotium oppidanis faceſſat. Solet hoc euenire eis, qui rationes diſponendae aciei, aut gerendi belli quum ignorent, quoties aliquid hoſtes faciunt aut agunt, vtrum deſtinato conſilio, an caſu aliquo ea gerantur, non intelligunt. at peritus, quem hoſtilis apparatus non fugit, non multitudo, non iter, et ſi qui alii ſunt exercituum motus, is demum veritatem renuntiabit. Si loca eiusmodi non reperiantur, e quibus data ſigna videri in vrbe queant: alios aliis in locis collocabis, qui ſublata in altum ſigna ſuſcipient, atque ea porro in oppidum transmittent. hoc amplius hemeroſcopi pedum celeritate pollentes ſunto, vt, ſi qua inciderint, quae ſignis declarari nequeant, ſcitu tamen neceſſaria, celeriter aduenire poſſint, et, quoad eius fieri queat, e longinquo interuallo nuntium deferant. Optimum vero fuerit, ſi equitationi apta ſint loca, et equi ſuppeditent, equites ceteris ſpeculatoribus adiungere, vt per illos eo citius omnia nuncientur. Emittendi autem ſunt vrbe hemeroſcopi, mane ſummo, aut noctu, ne ſpeculatores hoſtium eos ad ſuas ſpeculas euntes deprehendant. Teſſeram hemeroſcopi

τε ἄκοντες, ἐὰν συλληφθῶσιν ὑπὸ τῶν πολεμίων, εἰπεῖν ἔχωσι τὸ τῶν ἐν τῇ πόλει σύνθημα. Παραγγέλλεσθαι δὲ τοῖς ἡμεροσκόποις αἴρειν τὰ σύσσημα ἐνίοτε, καθάπερ οἱ πυρσευταὶ τοὺς πυρσούς.

7. Ὅταν δὲ ἡ χώρα ἔγκαρπος διάκειται, μὴ πόῤῥω ὄντων τῶν πολεμίων, εἰκὸς, πολλοὺς τῶν ἐν τῇ πόλει περὶ τὰς ἐγγὺς χώρους διατελεῖν, γλιχομένους τοῦ καρποῦ. τούτους δ' οὖν εἰς τὴν πόλιν ἀθροίζειν ὧδε χρή. πρῶτον μὲν τοῖς ἔξω ἅμα ἡλίῳ δύνοντι σημαίνειν ἀπιέναι εἰς τὴν πόλιν· ἐὰν δὲ καὶ ἐπὶ πλέον τῆς χώρας ἐσκεδασμένοι ὦσιν, ὑπὸ διαδεκτήρων σημαίνεσθαι, ὅπως πάντες, ἢ οἱ πλεῖστοι, παραγίνωνται εἰς πόλιν. ἐπειδὰν δὲ τούτοις σημανθῇ, ἀπιέναι οὕτως, τοῖς ἐν τῇ πόλει, δειπνοποιεῖσθαι· τὸ δὲ τρίτον σημαίνειν εἰς φυλακὴν ἰέναι καὶ καθιστάναι. ὡς δὲ δεῖ τοῦτο γίνεσθαι, καὶ ὡς αἴρειν τοὺς φρυκτοὺς, ἐν τῇ Παρασκευαστικῇ βίβλῳ πλειόνως εἴρηται, ὅθεν δεῖ τὴν μάθησιν λαμβάνειν, ἵνα μὴ δὶς περὶ τῶν αὐτῶν γράφειν συμβῇ.

8. Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὴν χώραν προσδεχόμενον πλείω καὶ μείζω δύναμιν πολεμίων, πρῶτον μὲν τὴν χώραν * δυσεπικατασκευάζειν, καὶ τοὺς ποταμοὺς δυσδιαβάτους καὶ πλείους, πρός τε τὰς ἀποβάσεις τῶν πολεμίων εἰς τὰ ψαμμώδη καὶ στα-

vnam atque eandem habento, *ab urbana diuersam*: ne, si forte ab hoste capiantur, aut volentes aut nolentes, oppidanorum tesseram possint prodere. Monentor etiam hemeroscopi, vt signa interdum ita attollant, sicut pyrseutae solent faces, quas πυρσοὺς Graeci dicunt.

7. Quoties, vicino hoste, sunt in agris fruges fructusque, verisimile fit, eorum cupiditate multos oppidanorum rure versari. hos igitur cogere in vrbem isto pacto oportet. Primo sub occasum solis detur signum iis, qui extra muros sunt, abeundi in vrbem: qui si per plures agri partes fuerint dissipati, per alios signorum susceptores significetur eis, vt vel omnes vel quam plurimi in oppidum veniant. Vbi signum istis datum fuerit concedendi intra muros, oppidani coenam sumere alio signo iubentor. tertium deinceps esto, vt ad constituendas vigilias eatur. quomodo autem haec fieri debeant, et quo pacto faces a pyrseutis attollendae sint, in libro de rei bellicae apparatibus vberius est dictum. inde petatur eius rei scientia, ne bis de iisdem scribere nobis contingat.

8. His prouisis, vbi plures maioresque hostium copiae exspectantur, regionem primo ita concinnare oportet, vt quam difficillimus sit in illam aditus; item fluuios, vt traiici aegre queant; atque ii vt sint plures efficere. praeterea hostibus, qui siue in sabuleta

ρεὰ ὅσα καὶ οἷα χρὴ κατασκευάζεσθαι δολώματα τοῖς ἀποβαίνουσι, τοῖς τε ἐν τῇ χώρᾳ καὶ τῇ πόλει λιμέσιν, οἷα εἰς τούτους δεῖ Φράγματα παρασκευάζεσθαι πρὸς τὸ μὴ εἰσπλεῖν, ἢ τὰ εἰσπλεύσαντα μὴ δύνασθαι ἐκπλεῦσαι· τά τε καταλιμπανόμενα ἑκουσίως, εἰς χρείαν δὲ Φέροντα τοῖς ἐναντίοις, οἷον πρός τε τειχοποιΐαν, ἢ σκηνοποιΐαν, ἢ ἄλλην τινὰ πρᾶξιν, ὡς δεῖ ἀχρεῖα ποιεῖν, ἢ Φθείροντα ἀΦανίζειν τά τε βρωτὰ καὶ ποτὰ, καὶ τὰ κατ' ἀγροὺς ἔγκαρπα, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ τὴν χώραν στάσιμα ὕδατα ὡς ἄποτα δεῖ ποιεῖν· περὶ μὲν οὖν τούτων πάντων ὧδε μὲν νῦν παραλείπεται, ὡς δεῖ ἕκαστον τούτων γίνεσθαι, ἵνα μὴ καὶ ταῦτα λίαν πολλὰ δηλοῦται. γέγραπται δὲ τελέως περὶ αὐτῶν ἐν τῇ Παρασκευαστικῇ βίβλῳ.

9. Ἂν δὲ θρασύνεσθαί τι ἐπιχειρῶσιν οἱ ἐπιόντες πρός σε, τάδε ποιητέον. Πρῶτον μὲν χρὴ σώμασι τόπους τινὰς τῆς οἰκείας χώρας καταλαβεῖν· ἔπειτα ἐκκλησιάσαντα τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας ἢ πολίτας, ἄλλα τε προειπεῖν αὐτοῖς, ὡς ὑπαρχούσης τινὸς αὐτοῖς πράξεως εἰς τοὺς πολεμίους, καὶ ὅταν νυκτὸς σημάνῃ τῇ σάλπιγγι, ἑτοίμους εἶναι τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ, ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα καὶ ἀθροισθέντας εἰς χωρίον ῥητὸν, ἕπεσθαι τῷ

siue in terram firmam applicuerint, quae et quantae, dum appellunt, fraudes sint struendae, nec non portus, qui in vrbe ditioneue fuerint, qua arte consepiendi sint, vt ne illos quisquam ingrediatur, aut si quid fuerit ingressum, ne egredi inde valeat; tum autem ea, quae relinquere ipse quidem volueris, hostibus tamen alicui possint esse vsui, (puta ad muros aedificandos, aut tabernacula facienda, aut rem vllam aliam:) quomodo haec reddenda sint inutilia, aut qua ratione corrumpenda et penitus perdenda, siue ea sint esculenta, siue potulenta, aut fruges fructusue, qui in agris reperiuntur, aut res aliae; item aquae regionis non fluentes, quo pacto ad bibendum inhabiles reddi queant, omnium, inquam, istorum efficiendi rationes hic quidem praetermittuntur, ne, si illa declararentur, cresceret in immensum hoc volumen; at in libro de rei bellicae apparatibus de iis perfecte est actum.

9. Si ii, qui te inuadunt, maiore audacia aduersus te ferantur, ita agendum. Omnium primo loca quaedam regionis tuae per eam, quae fuit ordinata, militiam debes occupare: deinde militibus tuis aut ciuibus in concionem vocatis, cum alia praedicere illis conuenit, quasi dolus quidam in hostes a te paretur; tum vt per noctem, simul ac tuba cecinerit, omnes militaris aetatis iuuenes armis induti, et certo in loco congregati, ducem suum

τῷ ἡγεμένῳ. διαγγελθέντων ἐν τέτων εἰς τὸ ςρατόπεδον τῶν πολεμίων, ἢ τὴν πόλιν, δύνανται ἀποτρέψαι, ὧν ἐπιχειρῶσι πράττειν. τέτων δὲ ἕτω πραχθέντων, τοῖς μὲν Φιλίοις θάρσος ἐμποιήσειας, ἐπιχειρῶν τι, ἀλλ' ἐ δεδιώς· τοῖς δὲ πολεμίοις Φόβον ἐμπαρασκευάσεις ἐπὶ τῆς αὐτῶν ἠρεμῶν.

10. Δεῖ δὲ καὶ τάδε παρηγγέλθαι τῶν πολιτῶν τοῖς κεκτημένοις ζεύγη, ἢ ἀνδράποδα, ὑπεκτίθεσθαι εἰς τὲς προσοίκες, ὡς ἐκ εἰσαξόντων εἰς τὴν πόλιν. οἷς δ' ἂν μὴ ὑπάρξῃ ξενία, παρ' ὓς θήσονται, πρὸς τὲς ἄρχοντας δημοσίᾳ παρατίθεσθαι τοῖς προσοίκοις, παρασκευάζοντας δι' ὧν σωθήσεται τὰ ὑπεκτιθέμενα. Ἔπειτα κηρύγματα ποιεῖσθαι τοιάδε διὰ τινος χρόνε, Φόβε καὶ ἀποτροπῆς τῶν ἐπιβελευόντων ἕνεκεν, κατακομίζειν τὰ ἐλεύθερα σώματα καὶ τὲς καρπὲς ἐν τῇ πόλει, τε δὲ ἀνηκοεντος, ἐξεσίαν εἶναι τῷ βελομένῳ ἀζημίᾳ ἄγειν καὶ Φέρειν τὰ ἐκ τῆς χώρας. τάς τε ἑορτὰς κατὰ πόλιν ἄγειν, συλλόγες τε ἰδίες μηδαμε μήτε ἡμέρας μήτε νυκτὸς γίνεσθαι· τὲς δὲ ἀναγκαίες ἢ ἐν πρυτανείῳ, ἢ ἐν βελῇ, ἢ ἐν ἄλλῳ Φανερῷ τόπῳ: μηδὲ θύεσθαι μάντιν ἰδίᾳ καὶ ἄνευ τε ἄρχοντος· μηδὲ δειπνεῖν κατὰ συσσιτίας, ἀλλ' ἐν ταῖς αὐτῶν οἰκίαις ἑκάςες, ἔξω γάμε καὶ περιδείπνε, καὶ ταῦτα προαπαγγείλαντας τοῖς ἄρχεσιν. ἐὰν

sequantur. cuius rei nuntius ad castra oppidumue hostium perlatus, idoneus est auertere eos a suis inceptis. atque haec ita si gesseris, amicis animum addideris, vt qui tentare aliquid audeas, neque metuas: hostibus vero terrorem incusseris; vt propterea in suis finibus quieti sese contineant.

10. Dandum insuper est hoc quoque praeceptum, vt ciues, qui iumenta possidebunt, vel mancipia, ad vicinos populos ea furtim traducant: quippe qui in oppidum illa non sint introducturi. quibus hospitii ius cum nemine intercedit, vt apud eum sua deponant, hi, prouiso vnde alentur corpora subducenda, apud finitimos populos magistratibus ea commendent. Deinde autem per certa temporis interualla praeconis voce edicendum, terrendi gratia inimicos insidiantes, et ab inceptis suis auertendi, vt liberae personae, et fructus vniuersi intra muros conuehantur: si quis non paruerit, ius fasque esse volentibus, agere ferre omnia, quae fuerint cumque in agris reperta. Dies festi in vrbe agitentur. Conuentus priuati nulli vsquam, neque interdiu, neque noctu coguntor: necessarii publicis de rebus, aut in Prytaneo, aut in curia, aut in alio omnibus conspicuo loco habentor. Ne quis vates priuatim, et sine magistratu sacrificato. Nulla item vna coenantium conuiuia agitantor; sed vnusquisque in suis aedibus coenato, praeterquam

suorum desiderauit, aut quia vulnera multa accepit, vel propter defectionem sociorum, aut propter alium aliquem casum, animis conciderit, atque ad humilitatem fuerit redactus, ac propterea in periculo res versetur, vicino hoste: omnia quidem obseruanda sunt, quae de vigiliis et circuitionibus antea scripsimus. et circuitiones tali tempore saepius repetendae sunt: sed caue id agas de industria, vt aliquos inuenias e custodibus aut procustodibus, qui propter somnum aut lassitudinem ex labore negligentius officio fungantur. non enim expedit, sic misere iam affecto exercitui animos magis adhuc frangere; quod quidem futurum sit verisimile, si turpis aliquid admisisse fuerit deprehensus. quin danda tibi potius opera est, vt res afflictis procures, curando corpori et viribus reficiendis necessarias, et vt circitores eiusmodi temporibus, quando ad vigiles accedunt, e longioris interualli loco fiant manifesti, voce aliqua procul edita, vt princeps custodum si dormiat excitetur, et ad respondendum, quod fuerit interrogatus, sese comparet. Optimum vero fuerit talibus temporibus, vnumquemque ducum diligenter cum selectorum suorum manu circumire. quando autem contrario modo affectus est exercitus, impensiore studio et seueritate a vigilibus disciplina est exigenda. Dux vero numquam hora eadem circuire debet; sed priuatim

τες

τες σαφῶς ἐκ πολλοῦ χρόνου τὴν ἄφιξιν τοῦ στρατηγοῦ οἱ στρατιῶται, ταύτην μάλιστα τὴν ὥραν φυλάσσωσιν. ἀποδέχονται δέ τινα καὶ τάδε· ἐπαγγελλομένων τινῶν, καὶ κελευόντων τὸν πολίταρχον, ἐὰν μὴ θέλῃ περιοδεύειν διὰ φόβον τινα, ἢ ἀῤῥωστίαν, θέλῃ δὲ εἰδέναι τὸν μὴ φυλάσσοντα καθ' ἑκάστην φυλακὴν, τάδε ποιεῖν χρή. Λαμπτῆρας εἶναι προσυγκείμενον πᾶσι τοῖς ἐπὶ τῷ τείχει φύλαξιν, καὶ πρὸς ὃν πάντες ἀνταίρωσιν οἱ προφύλακες. ἀειρέσθω δὲ ἐκ τόπου, ὅθεν πάντες ὄψονται οἱ ἐπὶ τοῦ τείχους φύλακες. ἐὰν δὲ μὴ ὑπάρχῃ ὁ τοιοῦτος τόπος, παρασκευασθήτω ἔκ τινων ὕψος ὡς μέγιστον· ἔπειτα ἀπὸ τούτου αἰρέσθω λαμπτὴρ, καὶ πρὸς τοῦτον ἀνταίρεσθαι τοὺς ἄλλους καθ' ἕνα ἕκαστον ἀφ' ἑκάστου φυλακείου. ἔπειτα ἀριθμεῖσθαι, καὶ οὕτως εἰδέναι, εἰ πάντες ἦραν οἱ προφύλακες, ἢ ἐκλείπει τις τῶν φυλάκων.

27. Τοὺς δὲ περὶ πόλιν ἢ στρατόπεδα ἐξαίφνης θορύβους καὶ φόβους γενομένους νυκτὸς ἢ μεθ' ἡμέραν, ἅπερ ὑπό τινων καλεῖται πάνεια, ἔστι δὲ τὸ ὄνομα Πελοποννήσιον, καὶ μάλιστα Ἀρκαδικὸν, τοῦτο ἄν τινες κελεύουσι καταπαύειν, θέλοντες αὐτοὺς προσυγκεῖσθαι τοῖς ἐν τῇ πόλει, σημεῖα διδόντες· γνώσονται δὲ ὅτι ἐστὶ

per ſe tempus ſumere, ne milites multo ante notum habentes ducis aduentum, ea potiſſimum hora intente cuſtodiant. Sunt et qui monita huiusmodi probent. Praefecto enim vrbi praeceptum datur a nonnullis, ſi propter metum aliquem aut morbum nolit ipſe circuire, ſcire tamen velit is, qui vigilum per ſingulas ſtationes officio non fungantur, hoc eſſe faciendum. Omnes, qui in muro vigilias agunt, de hoc prius oportet conueniſſe, vt laternas cuncti habeant, et vt vna ex illis ſit, ad quam principes vigilum omnes ſuas attollent: ea vero laterna e loco attollitor, vnde omnes, qui ſuper muris ſunt, vigiles ipſam ſunt viſuri. ſi nullus in oppido extet locus eiusmodi, exſtruatur e nonnullis rebus moles quantae maxime poterit altitudinis, inde illa vnica laterna attollitor, et ad hanc e ſingulis ſtationibus vigiliarum ſuas quisque attollunto. numerus deinde ineatur: ita ſcietur, vtrum omnes vigilum principes ſuſtulerint; an vigilum numero aliquis defuerit.

27. Solent cum in vrbe tum in caſtris tumultus et timores repentini, qua noctu, qua interdiu excitari, qui a nonnullis Pania, *ſiue Panica* dicuntur. eſt autem id nomen Peloponneſiorum proprium, maxime Arcadum. Eos igitur, qui huiusmodi tumultus ſedare voluerint, iubent quidam ex compacto conſtituta cum oppidanis habere ſigna, quibus editis in-

πάνειον· ἔσω δέ. αἰσθήσονται πυρός τι προσυγκείμενον ἐπὶ χώρα ἐκ κατόπτου πᾶσιν εἰς δύναμιν τοῖς ἐν τῇ πόλει. ἄριστον δὲ προπαρηγγέλθαι, καθ' ἃς ἂν τῶν στρατιωτῶν γένηται φόβος, κατὰ χώραν ἠρεμεῖν, καὶ ἀναβοᾷν Παιᾶνα, ἢ ὅτι εἴη πάνειον, καὶ τὸν ἀκούοντα ἀεὶ τῷ πλησίον παραγγέλλειν· καθ' ἃς ἂν τοῦ στρατεύματος μὴ ἀντιπαιανίζωσιν, εἰδέναι κατὰ τούτους τὸν φόβον ὄντα. ἐὰν δέ τι φοβερὸν ὁ στρατηγὸς αἴσθηται, τῇ σάλπιγγι σημαίνειν. Τοῦτο δ' ἔσω γνωστὸν, ὅτι εἴη τὸ πολέμιον· μάχης δὲ γενομένης, καὶ νικηθέντων, ὡς τὰ πολλὰ γίνονται φόβοι, ἐνίοτε μὲν καὶ ἡμέρας, καὶ νυκτὸς δὲ καὶ πάνυ. ὥστε ἧσσόν τι τοιοῦτο γενέσθαι χρὴ, εἰ τὴν νύκτα παρήγγελται τοῖς στρατιώταις πᾶσι, κατὰ τὰ ὅπλα εἶναι ὡς μάλιστα, ὡς ἐσόμενόν τι περὶ αὐτούς. προειδότας οὖν εἰκός ἐστιν, ἐάν τι γένηται, μὴ ἀπροσδοκήτοις προσπεσεῖν, μηδὲ ὑπὸ φόβων ἐξαπιναίων ταράσσεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι. Εὐφράτας δὲ, ὁ Λακώνων ἁρμοστὴς ἐπὶ Θρᾴκης, ἐπεὶ αὐτῷ πυκνὰ ἐγίνοντο ἐν τῷ στρατεύματι τὰς νύκτας φόβοι, καὶ οὐκ ἠδύναντο ἄλλῳ τρόπῳ παῦσαι, τοιόνδε παρήγγειλεν. εἰς νύκτα ὅταν τις θόρυβος γίνηται, ἀνακαθίζειν αὐτοὺς εὐθὺς πρὸς τὰ ὅπλα ἐν τῇ εὐνῇ, ἀνίστασθαι δὲ μη-

telligent, Panicum esse terrorem. Sunto autem, exempli gratia: ignis signum aliquod, de quo prius conuenerit, animaduertent in loco edi, qui omnibus in vrbe, quoad eius fieri poterit, est conspicuus. Optimum vero sit praemonitos esse omnes milites, vt ii, apud quos pauoris initium fuerit exortum, quieti in loco se contineant, alii PAEANA inclament, aut terrorem esse Panicum, quam vocem vt quisque audiuerit, ad proximum transmittet. in qua igitur parte Paeanis acclamatio non fuerit reddita, scire licet apud eos metum versari. at si quid praetor metuendum esse intellexerit, tuba dare signum debet. esto autem notum omnibus, eo signo hostem designari. Die pugnae, cum accepta est clades, vt plurimum timor homines occupat; interdum quidem et de die; noctu vero vel maxime. hunc minorem aliquanto contingere necesse est, si omnibus militibus fuerit praeceptum, vt, quoad eius fieri poterit, perpetem noctem *in stationibus* apud arma se teneant: fore enim vt aliquid ipsis accidat. fit igitur verisimile, vbi hoc milites cognouerint, non ex inopinato euenturum ipsis, si quid euenerit, neque ipsos subitis terroribus turbatum perditumque iri. Euphratas, Lacedaemoniorum harmosta in Thracia, quum in eius exercitu frequentes timores nocturni exorirentur, quia sedare eos aliter non poterat, hoc mandatum dedit. quando

δένα ὀρθόν· ἂν δέ τις ἴδῃ τινὰ ὀρθόν, παρήγγειλεν ἐν πᾶσιν, ὥσπερ πολεμίῳ τῷ ἐπαναστάντι χρῆσθαι· διὰ γὰρ τὸν φόβον τοῦ παραγγελθέντος οὐδένα ᾤετο ἂν ἀμνημονήσειν. πρὸς δὲ τούτοις, ὅπως ἀληθὲς τὸ παράγγελμα, μετὰ φόβου ἡγεμόνος τινὸς θορύβου ἐπλήγη τις τῶν σπουδαιοτέρων ἀνδρῶν, οὐχὶ θανατηφόρως· τῶν δὲ φαύλων τινες, ὥστε καὶ ἀποθανεῖν. συμβάντος δὲ τούτου, ὑπήκουσάν τε οἱ ἄνθρωποι, καὶ εὐλαβούμενοι ἐπαύσαντο τῶν τε θορύβων, καὶ τοῦ περιδεῶς ἐξανίστασθαι ὑπὸ τῶν κοιτῶν. ἐπαύθη δὲ καὶ τοιῷδε τρόπῳ. Στρατοπέδῳ θορυβουμένῳ νυκτὸς κηρύξας σιγὴν ὁ κήρυξ ἀνήγγειλε, τὸν μηνύσαντα, τὸν ἀφεθέντα ἵππον διώκειν θορυβηθῆναι. χρὴ δ', ἄν τι τοιοῦτον ἐν ταῖς νυξὶ πάσχῃ στράτευμα, καθ' ἑκάστην φυλακὴν καθεστάναι ἑκάστου λόχου ἢ τάξεως ἐπὶ τοῖς κέρασιν, ὅπως, ἐάν τινα αἰσθάνωνται ἐκ τοῦ ὕπνου ἢ ἄλλων ἐρχόμενον θόρυβον, εὐθὺ παρὼν καθέξει, καὶ κωλύσει αὐτίκα. τοῦ δὲ ἄλλου πλήθους ἀπὸ συσσιτίου ἑκάστου ἄνδρα παραφυλάσσειν· ὅπως, ἐάν τις φόβος γένηται, οὗτοι δὲ εἰδότες τοὺς ματαίους φόβους, καταπαύσωσι τοὺς παρ' αὐτῷ ἕκαστος. αὐτὸ δὲ θορυβεῖν

aliquis nocturnus tumultus extiterit, vt ilico milites ad arma in ſtragulis reſiderent; exurgeret ſtaretue rectus nemo: ſi quis ſtantem rectum aliquem vidiſſet, imperauit omnibus, vt pro hoſte haberent, quicumque ſurrexiſſet. ſic enim cogitabat Euphratas, propter metum, quem hoc praeceptum afferret, neminem eius obliturum. ad haec, vt ſerio iſtud eſſe mandatum intelligeretur, et vt terror iniiceretur, orto tumultu vulneratus eſt e melioribus et honeſtioribus aliquis; at non letaliter: e vilioribus vero nonnulli ſic, vt mors etiam ſequeretur. quo facto paruere homines, et prae metu deſiere tumultuari, atque e cubilibus praetrepide exurgere. Etiam hoc modo Panicus terror eſt ſedatus. Tumultus nocturnus caſtra occupauerat: praeco facta audientia pronuntiat, *ſi quis nomen eius detulerit, qui equum admiſſum primus fuerit perſecutus, per quem turbatus eſt exercitus.* Oportet autem, ſi quid in exercitu ſimile noctu contigerit, per ſingulas vigilias cuique locho, *ſiue* cohorti, aut ordini, *centurionem vnum aut alterum* in cornibus apponi, qui ſi aliquem e ſomno aut alia de cauſſa exorientem tumultum praeſentiat, praeſto confeſtim eſt futurus, et *militem* continebit, ac coercebit. quod ad ceteram multitudinem, cuique contubernio vnus ad cuſtodiendum apponatur, vt, ſi qua exiſtat perturbatio, hi, qui vanos metus eſſe cognoſcent, tu-

βεῖν τὸ τῶν ἐναντίων στράτευμα, δαμάλεις τὰς ἀγελαίας μετὰ κωδώνων ἀφιέντες εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ ἄλλα ὑποζύγια οἴνου ποτίσας. Γενομένης δὲ ἡμέρας χρὴ τοὺς φύλακας εὐθὺ ἀφιέναι ἐκ τῶν φυλακείων, πρὶν ἢ τὰ ἔξω προερευνηθέντα ἐμφανισθῇ καὶ καθαρὰ εἶναι πολεμίων· καὶ οὕτω ἀπιέναι τοὺς ἀπὸ τῶν φυλακείων μὴ ἅπαντας, ἀλλὰ κατὰ μέρη, ὅπως ἀεί τινες ἐπὶ τοῖς φυλακείοις διατελῶσιν.

28. Προνοεῖσθαι δὲ καὶ τάδε, ἐν φόβῳ οὔσης πόλεως· πύλας τὰς μὲν ἄλλας κεκλεῖσθαι, μίαν δ' ἀνεῶχθαι, ἣ ἂν δυσπροσοδώτατον ᾖ τῆς πόλεως, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀπ' αὐτῶν μέλλουσιν ὁρᾶσθαι οἱ προσιόντες, καὶ ἐν ταύτῃ ἐκτομάδα, ἵνα σώματα μὲν ἀνθρώπων κατὰ τὴν ἐκτομάδα πυλίδα ἐξίῃ καὶ εἰσίῃ καθ' ἕνα· οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστά τις λανθάνῃ αὐτομολῶν, ἢ κατάσκοπος εἰσιών, ἐάν πέρ γε ᾖ ὁ πυλωρὸς - - πᾶν δὲ ἀνοίγεσθαι ὑποζυγίων ἕνεκεν καὶ ἁμαξῶν καὶ ἀγωγίμων ἐπισφαλές. καὶ ἐάν τι δέῃ εἰσενέγκασθαι σίτου, ἢ ἐλαίου, ἢ οἴνου, ἐν τάχει, ἢ τῶν ὁμοτρόπων τούτοις, ἁμάξαις ἢ σωμάτων πλήθει ταῦτα χρὴ κατὰ τὰς ἐγγυτάτας πύλας κομίζειν, καὶ ὡς ἂν τάχιστα καὶ ῥᾷστα εἰσκομισθῆναι· τὸ δ' ὅλον μὴ ἀνοίγεσθαι πρωῒ τὰς πύλας ἀπροσκέπτως,

multum apud se quisque eorum componat. Contra si in hostili exercitu velis ipse tumultum ciere: immitte in eorum castra vaccas armentales cum tintinnabulis, et iumenta, quae prius vino potaueris. Die orto vigiles e stationibus non statim dimittendi, prius quam, inquisitione habita, extra muros omnia esse tuta ab hostibus significatum fuerit, tum demum recedunto vigiles e stationibus; non tamen omnes *simul*, sed per partes, ne custodibus stationes vmquam nudentur.

28. Huic quoque rei, quando in metu ciuitas versatur, prouidendum: vt ceterae omnes portae sint clausae, vna dumtaxat aperta, qua difficillime vrbs aditur, et vnde videri e spatio quam longissimo poterunt, qui appropinquauerint. in hac porta esto portula sectitia, vt corpora dumtaxat hominum, et quidem singula, per eam ingrediantur atque egrediantur. nam hoc pacto, (adsit modo custos prudens) minime fallet aliquis, siue transfuga exeat, siue explorator introeat. totam portam iumentorum caussa et plaustrorum aperiri, atque eorum, quae vaenum afferuntur, periculosum. Si quid frumenti, aut olei, aut vini si forte, similiumue rerum, vel plaustris, vel multitudine baiulantium inferendum sit in vrbem: ad proximas portas eae res conuehi debent, ac celeriter et facile, quoad eius fieri poterit, intra muros recipi. Omnino vero cauendum, ne primo mane portae inconside-

σκέπτως, ἀλλ' ὀψιαίτερον. ἔξω τε μηδένα ἀφίεσθαι, πρὶν ἢ ἐξερευνήσῃ τὰ περὶ τὴν πόλιν. ἔτι τε μήτε πλοῖα κατὰ ταύτας ὁρμίζεσθαι, ἀλλ' ἀπωτέρω· ὡς ἤδη γε καὶ πολλαὶ πράξεις ἀνοιχθεισῶν ἀμφοτέρων πυλῶν γεγόνασι, ἐπιτεχνασμάτων καὶ προφάσεων τοιῶνδε, ἐφ' ἑνὸς ἔργου πολλὰ παραπλησίως τούτῳ πραχθέντα. Πύθων μὲν ὁ Κλαζομένιος καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει τινῶν συνελθόντων, τηρήσας τελέως τὸ ἡσυχότατον τῆς ἡμέρας, ἁμάξαις ἐκ παρασκευῆς πίθους εἰσαγαγούσαις κατέλαβε Κλαζομενὰς ἐν ταῖς πύλαις τῶν ἁμαξῶν, καθ' ἃς ξένων προϋπαρχόντων κρυφαίως οὐ πόῤῥω τῆς πόλεως, τοὺς μὲν τῶν πολιτῶν λαθόντες, τοὺς δὲ φθάσαντες, τινὰς δὲ τῶν ἔσω συνεργοὺς ἔχοντες, κατέχον τὴν πόλιν. Ἰφιδιάδης τε Ἀβυδηνὸς, κατὰ Ἑλλήσποντον καταλαμβάνων Πάριον, ἄλλα τε περὶ τὴν ἀνάβασιν νυκτὸς ἐπὶ τοῦ τείχους λάθρα παρεσκευάσατο, καὶ ἁμάξας πληρώσας φρυγάνων καὶ βάτων, παρέπεμψε πρὸς τὸ τεῖχος, ἤδη τῶν πυλῶν κεκλεισμένων, ὡς τῶν Παριανῶν οὔσας τὰς ἁμάξας. ἔτι ἐγγὺς ἐλθοῦσαι πρὸς τὰς πύλας, ηὐλίζοντο, ὡς φοβούμεναι πολεμίους ἃς ἔδει ἐν καιρῷ τινὶ ὑφαφθῆναι, ἵνα αἱ πύλαι ἐμπρησθῶσι, καὶ πρὸς τὸ σβεννύειν τῶν Παριανῶν ὁρμησάντων, αὐτὸς κα-

ranter aperiantur; verum aliquanto serius. nemo item est emittendus, nisi prius expl ratis locis circa vrbem. Cauendum etiam, ne prope eas portas, quae aperientur, naues appellant; sed aliquanto longius. nam apertis ambabus portis *maiore minoreque*, multae iam antea molitiones clandestin e sunt patratae, fraudibus atque occasionibus huiusmodi: vnum enim exemplum afferam, vnde multa, quae similiter gesta sunt, poterunt intelligi. Py ho Clazomenius, et qui in vrbe se illi adiunxerant, obseruata diei parte, qua maxima erat omnium quies, plaustris de industria praeparatis, quae dolia inuehebant, Clazomenas occupauit: plaustris in ea porta subsistentibus, e regione cuius milites mercenarii non procul oppido clam locati, quum alios ciuium fefellissent, alios anteuertissent, nonnulli etiam illorum intra moenia inceptum adiuuissent, vrbem ceperunt. Iphidiades Abydenus Parium ad Hellespontum occupare volens, cum alia ad conscendendos noctu muros clam praeparauit, tum etiam plaustra virgultis spinisque impleuit, et portis iam clausis accedere ad muros iussit; tamquam ciuium Parianorum essent illa plaustra. quae postquam portae sese admouerunt, noctem ibi sub dio, quasi hostes metuerent, egerunt. iussi autem erant, qui plaustra agebant, tempore constituto illa succendere, quo portae fores cremarentur, vt, postquam ad

τὰ ἄλλον τόπον εἰσέλθῃ. δοκεῖ δέ μοι συναγαγόντα δηλωτεὸν, ἵνα δὴ Φυλάσσησθε, καὶ ἐν οἷς καιροῖς ἕκαστα, ἵνα * τις μηδὲν εὐήθως ἀποδέχητε.

29. Περὶ δὲ τῶν εἰσκομιζομένων εἰς τὴν πόλιν ἀγγείων τε καὶ Φορημάτων, ἐν οἷς ἄν τι κρυΦαῖον ἐνείη, οἷς ἤδη πόλις καὶ ἡ ἀκρόπολις κατελήΦθη, νῦν δηλωθήσεται· ἅπερ εὐλαβεῖσθαι δεῖ, καὶ μὴ ἀΦροντίστως αὐτῶν ἔχειν, καὶ μάλιστα τὸν πυλωρὸν ἐν τισι καιροῖς, ὅταν ἔξωθέν τι ἢ ἔσω δεῖ. Παραδείγματος ἕνεκεν ἐπὶ πράξει γεγενημένα· κατελήΦθη γὰρ πόλις, ἔσωθέν τινων συνθελόντων ἐν ἑορτῇ πανδήμῳ, τρόπῳ τοιῷδε. Πρῶτον μὲν τοῖς προενδημήσασι ξένοις ἐπὶ τὸ μέλλον, καὶ τῶν πολιτῶν τοῖς ἀνόπλοις τε καὶ συνεργοῖς ἐσομένοις εἰσεκομίσθησαν θώρακες λινοῖ, καὶ στολίδια, καὶ περικεΦαλαῖα, ὅπλα, κνημῖδες, μάχαιραι, τόξα, τοξεύματα ἐν κιβωτοῖς ὡς Φορταγωγοῖς κατεσκευασμένα, ὡς ἱματίων ἐνόντων καὶ ἄλλων ἀγωγίμων· ἅπερ οἱ ἐλλιμενισταὶ ἀνοίξαντες, καὶ ἰδόντες, ὡς ἱμάτια μόνον, κατεσημήναντο, μέχρι τιμήσονται οἱ εἰσαγαγόντες. καὶ ταῦτα μὲν ἐτέθη ἐγγὺς τῆς ἀγορᾶς,

reſtinguendum incendium Pariani accurriſſent, Iphidiades ab alia parte vrbem ingrederetur. Huiusmodi exempla viſum mihi colligere, vt omni tempore caueatis, neque prae ſimplicitate nimia temere quemquam ſuſcipiatis.

29. Nunc de vaſis agemus et oneribus, ſiue inſtrumentis, quae res vehendas capiunt; quibus in vrbem illatis, quum intra ipſa occultum aliquid lateret, vrbs et arx aliquando ſunt occupatae. nam ab id genus fraudibus cauendum eſt, neque committendum, vt incogitantia circa illa peccetur. maxime vero ad portae cuſtodem ea cura certis temporibus pertinet, quando aliquid foris adueniens, intrare vrbem eſt neceſſe. Exemplo erit res ita geſta. nam vrbs occupata fuit, quam nonnulli intus prodebant, per feſti publici ſolemnitatem, iſto pacto. Omnium primo militibus mercede conductis, qui ob id ipſum prius in oppidum venerant, nec non ciuibus, qui armis carebant, et incepti participes erant futuri, thoraces linei, ſagula, galeae, ſcuta, item ocreae, gladii, arcus, ſagittae, omnia haec, inquam, intra vrbem ſunt allata in capſis, compoſita inſtar onerum, quibus doſſuaria iumenta mercatorum onerantur, quaſi veſtes eſſent et merces aliae. haec quum vidiſſent publicani, qui in portu ſtationem habent, ceu veſtimenta eſſent, et nihil praeterea, ſigillo obſignarunt; donec mercatores, qui inuexerant, merces

ρας, ὅπȣ ἔδει. ἐν δὲ ταρσοῖς καὶ ῥιποῖς καὶ ἱςοῖς ἡμιϋφάντοις δοράτια καὶ ἀκόντια ἐνειλυμένα εἰσηνέχθη, καὶ ἐτέθη, ὅπου ἕκαςα συνέφερεν ἀνυπόπτως. ἐν δ' ἄγγεσιν ἀχύρων καὶ ἐρίων, πέλται καὶ μικρὰ ἀσπίδια ἐν τοῖς ἐρίοις καὶ ἀχύροις κεκρυμμένα, καὶ ἄλλα εὐογκότερα ἐν σαργάναις ἀςαφίδος καὶ σύκων πλήρεσιν· ἐγχειρίδια δὲ ἐν ἀμφορεῦσι πυρῶν καὶ ἰσχάδων καὶ ἐλαιῶν. εἰσηνέχθη δὲ ἐγχειρίδια καὶ ἐν σικύοις πέποσι γυμνὰ, ἀπεωσμένα κατὰ τȣ̀ς πυθμένας εἰς τὸ σπέρμα τῶν σικυῶν. ὁ δ' ἐπιβȣλεύων τε καὶ ἡγεμὼν ἔξωθεν εἰσηνέχθη ἐν φρυγάνων φορήματι. νυκτὸς δὲ γενομένης, καὶ ἀθροισθέντων τῶν ἐπιθησομένων, ἕκαςος, ὃν ἔδει τηρήσαντες καιρὸν, ἐν ᾧ μάλιςα οἰνωμένοι ἦσαν οἱ ἄλλοι κατὰ τὴν πόλιν, οἱ δὲ ἐν ἑορταῖς, πρῶτον μὲν τὸ φρόνημα ἐλύθη, καὶ ἐξ αὐτȣ̃ ὁ ἡγεμὼν ἕτοιμος ἦν· ἔπειτα ἄλλοι μὲν αὐτῶν τȣ̀ς ταρσȣ̀ς ἐξέλισσον πρὸς τὰς λήψεις τῶν δοράτων καὶ ἀκοντίων, ἕτερος δὲ τὰ ἄγγη τῶν ἀχύρων καὶ ἐρίων, οἱ δὲ τὰς σαργάνας ἀνέτεμον, ἄλλοι δὲ τὰς κιβωτȣ̀ς ἀνοίγοντες τὰ ὅπλα ἐξῄρȣν, οἱ δὲ τȣ̀ς ἀμφορέας συνέτριβον, ἵνα ταχεῖα ἡ λῆψις τῶν ἐγχειριδίων γένοιτο. ἅμα δὲ ταῦτα καὶ ȣ̓ πόῤῥω ὄντα ἀλλήλων ἐπορσύνετο ἀπὸ ση-

indicarent. et hae quidem capsae prope forum conueniente loco sunt repositae. inter crates vero, et viminea opera, et telam semitextam illatae sunt hastae et iacula inuoluta. positaque sunt omnia iis locis, vbi nullam suspicionem erant allatura. iam in vasis aceris et lanae, peltae paruique clypei inerant, acere et lana occultati: alia item, quae propter molis suae modum commodius gestantur, sportis inerant, vua passa et ficubus plenis: in orcis frumenti, caricarum et oliuarum, erant pugiones. alii item in cucumeribus peponibus sunt illati, quum nudi intra cucumerum semina essent adacti. at dolii architectum ipsum et ducem, qui extra vrbem erat, in virgultorum onus abditum intulerunt. vbi nox aduenit, postquam omnes conuenissent, et singuli tempus aptum captassent, quo alii e ciuibus pleni vino erant, alios publica solemnitas tenebat occupatos, agendi sumtum est principium. Primo igitur solutum est onus virgultorum, atque inde statim emergens dux praesto fuit. dein alii crates euoluere, ad sumendas hastas et iacula: alius vasa aceris et lanae aperire: quidam sportas rescindere: nonnulli capsis apertis arma promere: alii orcas frangere, vt eo citius pugiones arriperent. atque haec omnia ad signum, quod intra vrbem datum fuerat, simul administrabantur, quum non magno spatio coniurati inuicem distarent, eratque adeo, quod

μέρε τοῦ ἐν τῇ πόλει, καὶ ὡς Φάλαγξ. . . . γινόμενον ὁπλισθέντες δὲ ἕκαστοι τοῖς προσήκουσιν ὅπλοις, οἱ μέν τινες αὐτῶν ἐπὶ πύργους ὥρμησαν καταλαβεῖν, καὶ πύλας, καθ' ἃς καὶ ἄλλους προσεδέχοντο· οἱ δ' ἐπὶ τὰ ἀρχεῖα καὶ τὰς ἐναντίων οἰκίας· οἱ δὲ ἄλλοι ἄλλων τόπων εἴχοντο. εἰς δὲ ὁμοίας πράξεις τῶν εἰρημένων δεόμενοί τινες ἀσπίδων, ἐπεὶ οὐδενὶ ἄλλῳ τρόπῳ ἠδύναντο ἑτοιμάσασθαι, οὐδὲ εἰσαγαγέσθαι ὅπλα καὶ ἐργάτας ἅμα οὕτως εἰσηγάγοντο. καὶ ἐν μὲν τῷ φανερῷ ἄλλα ἀγγεῖα ἔπλεκον, ἐν δὲ ταῖς νυξὶν ὅπλα, περικεφαλαίας καὶ ἀσπίδας, αἷς ὄχανα περιετίθεσαν σκύτινα καὶ ξύλινα· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῶν κατὰ θάλασσαν προσορμιζομένων πλοίων νυκτὸς καὶ ἡμέρας, οὔτε μεγάλων, οὔτε μικρῶν, ἀδιασκέπτως ἔχειν· ἀλλ' ἐμβαίνοντας τοὺς λιμενοφύλακάς τε καὶ ἀποστολέας εἰδέναι αὐτοῖς τὰ ἀγώγιμα, ἐνθυμουμένους, ὅτι καὶ Σικυώνιοι, ἀμελήσαντες τῶν τοιούτων, μεγάλα ἐσφάλησαν.

30. Προνοεῖν δὲ καὶ τὰ ἐπὶ πράσει εἰσαγόμενα, καὶ εἰς τὴν ἀγορὰν ἐκτιθέμενα ὅπλα· τά τε ἐπὶ τῶν καπηλείων, καὶ παντοπωλείων ἀθροισθέντων πλῆθός τι γένοιτο, ὅπως μηδενὶ ἕτοιμα ᾖ τῶν βουλομένων νεωτερίζειν. εὔηθες γάρ, τῶν ἀφικνουμένων ἀνδρῶν ἀφαιρεῖσθαι τὰ ὅπλα· ἐν δὲ τῇ ἀγορᾷ καὶ ταῖς συνοικίαις ἀθρόα ὑπάρ-

tunc fiebat, ſimile, vt cum acies ad pugnam inſtruitur. Poſtquam omnes arma ſibi apta induerunt, pars coniuratorum ad turres occupandas abit, et portas, quibus alios ſperabant ingreſſuros: pars curiam et inimicorum ſuorum domos inuadunt: alii alia loca aggrediuntur. Quidam ſimilia his incepta quum pararent et clypeis egerent, quoniam nulla ratio alia apparandi neceſſaria, et arma inferendi ſuppetebat: vimina et artifices ſimul, ita *vti diximus*, introduxerunt. hi palam quidem alia vaſa texebant; noctu vero arma, galeas, et clypeos, quibus anſas aptarunt coriaceas aut ligneas. Sed neque nauigiorum, quae nocte vel die appellunt, ſiue illa ſint magna, ſiue parua, cura atque inſpectio debent negligi: quin imo intrare in illa cuſtodes portus oportet; et vt apoſtolei, *(ita rei maritimae quosdam praefectos dicebant,)* merces, quae aduehuntur inquirant, memores, Sicyonios, hac obſeruatione neglecta, detrimentum ingens accepiſſe.

30. Proſpiciendum etiam eſt armis illis, quae vaenalia inferuntur, et in foro promercalia exponuntur: item illis, quae in cauponis et pantopoliis ſolent reperiri quae ſi fuerint vnum in locum collata, multa erunt. Videndum igitur, ne volentibus ſtatum ciuitatis ſollicitare parata haec ſint. facinus enim ſit nimiae ſtultitiae, peregre aduenientibus arma

ὑπάρ-

ὑπάρχειν, συράκους τε ἀσπίδων, καὶ ἐγχειριδίων κιβώτια. Διὸ δεῖ τὰ εἰσαφικνέμενά τε καὶ ἠθροισμένα ὅπλα μὴ ἐκφέρεσθαί τε εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ νυκτερεύειν, ὅπου ἂν τύχῃ, ἄλλα πλὴν Δείγματος, ὅσον δ' ἄλλο πλῆθος ἐκτίθοιτό τις, εἶναι δημόσια κρίνειν.

31. Περὶ δὲ ἐπιστολῶν κρυφαίων, παντοῖαι μὲν εἰσὶν αἱ πέμψεις. προσυγκεῖσθαι δὲ δεῖ πέμψαντι καὶ δεχομένῳ ἰδίᾳ· αἱ δὲ λανθάνουσαι μάλιστα τοιαίδε ἂν εἶεν. ἐπέμφθη ἐπιστολὴ ὧδε. εἰς φορτία ἢ ἄλλα σκεύη ἐνεβλήθη βιβλίον, ἢ ἄλλο τι δράμα τὸ τυχὸν καὶ μεγέθει καὶ παλαιότητι· ἐν τούτῳ δὲ γέγραπται ἡ ἐπιστολὴ ἐπιστιζομένων γραμμάτων ἢ δευτέρου ἢ τρίτου, ἐπὶ στιγμαῖς δὲ ἐλαχίσταις καὶ ἀδηλοτάταις, πλὴν τῷ πεμπομένῳ· εἶτα ἀφικομένου τοῦ βιβλίου, παρ' ὃν δεῖ, ἐξεγράφετο. καὶ τὰ ἐπισεσημασμένα γράμματα τιθεὶς ἐφεξῆς τὰ ἐκ τοῦ πρώτου στίχου καὶ δευτέρου, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως, ἐγνώριζε τὰ ἐπισταλέντα. ὀλίγα δ' ἄν τις θέλων ἐπιστεῖλαι, καὶ ὧδε ποιήσαι παρόμοιον τούτῳ· ἐπιστο-

detrahere; quum interea in foro et in ampliſſimis eorum diuerſoriis multa extent congregata; nec non armaria clypeorum, et pugionum arcae plenae. Quamobrem quaecumque arma aut fuerint inuecta, aut alias collecta reperientur in vrbe, ea neque proferri in forum, neque vſquam alibi locorum niſi in Digmate haberi noctu debent; omnia vero, quae contra hanc formam publice aliquis expoſuerit, ea publico eſſe quaeſita iudicari debent.

31. Quod attinet ad literas occultas, varia quidem et multiplex ratio eſt illas mittendi; ſed de quibusdam priuatim inter ſe conueniſſe prius oportet eum, qui miſit, et eum qui accepit. quae maxime fallere poſſunt rationes, hae ſunt. Miſſa eſt epiſtola iſto pacto. Liber, aut poetae fabula, (cuiuscumque magnitudinis aut vetuſtatis codex eſſet) iniectus eſt in onera, aut alia vaſa. in libro autem ſcripta fuit epiſtola, punctis notatis ſuper literas *vtiles*, puta, ſecundam aut tertiam. puncta autem illa literis impoſita minima eſſe debent, et quae minime appareant, niſi ei, ad quem epiſtola mittitur. vbi deinde liber ad eum peruenit, cui deferendus erat, epiſtola eſt ab eo deſcripta. compunctas enim notis literas ordine collocans, e primo verſu ſelectas, deinde ſecundo, atque ita e ceteris, quae in epiſtola fuerant comprehenſa cognouit. Quod ſi pauca literis ſignificare aliquis voluerit; hoc etiam modo, qui

λὴν

λὴν γράψας περί τινων φανερῶς ἐν πλείοσιν, ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ τὸ αὐτὸ ποιεῖν ἐπισημαινόμενον· γράμματα δὲ ὅτε ἐμφανῆ, ὥσπερ ἐν * βέλη· τὴν δ' ἐπισημασίαν εἶναι ὡς ἀδηλοτάτην ἐπὶ στιγμαῖς διὰ πολλῶν, ἢ γραμμαῖς παραμήκεσιν, ἃ τοῖς μὲν ἄλλοις μηδεμίαν ὑπόνοιαν ἕξει,* τῷ δὲ πεμπομένῳ γνωστὴ ἔσται ἡ ἐπιστολή. Πεμπέσθω ἀνὴρ ἀγγελίαν φέρων τινὰ, ἢ καὶ ἐπιστολὴν περὶ ἄλλων φανερῶν· τοῦ δὲ μέλλοντος πορεύεσθαι κρυφαίως αὐτοῦ εἰς τὸ τῶν ὑποδημάτων πέλμα ἐντεθήτω εἰς τὸ μεταξὺ βιβλίον, καὶ καταρραπτέσθω· πρὸς δὲ τοὺς πηλοὺς καὶ τὰ ὕδατα, εἰς κασσίτερον ἠλασμένον λεπτὸν γραφέσθω, πρὸς τὸ μὴ ἀφανίζεσθαι ὑπὸ τῶν ὑδάτων τὰ γράμματα· ἀφικομένου δὲ παρ' ὃν δεῖ, καὶ ἀναπαυομένου ἐν τῇ νυκτὶ, ἀναλυέτω τὰς ῥαφὰς τῶν ὑποδημάτων, καὶ ἐξελὼν, καὶ ἀναγνοὺς, ἀναγράψας λάθρα ἔτι τούτου καθεύδοντος, καὶ ἐγκαταρράψας ἀποστελλέτω τὸν ἄνδρα, ἐπιστείλας καὶ δούς τι φέρειν φανερῶς. οὕτως οὖν οὔτε ἄλλος, οὔτε ὁ φέρων εἰδήσει. χρὴ δὲ τὰς ῥαφὰς τῶν ὑποδημάτων ὡς ἀδηλοτάτας ποιεῖν. Εἰς Ἔφεσον δ' εἰσεκομίσθη γράμματα τρόπῳ τοιῷδε. Ἄνθρωπος ἐπέμφθη, ἐπιστολὴν ἔχων φύλλοις γεγραμμένην, τὰ δὲ φύλλα ἐφ' ἕλκει καταδεδεμένα ἦν ἐπὶ κνήμην. εἰσ-

priori eſt affinis, vtetur. Epiſtolam longiorem de rebus nonnullis palam et aperte vbi ſcripſerit, idem in iſta quoque epiſtola faciet, notas imponens literis, quicquid volueris ſignificaturas. nota autem eſto, quoad eius fieri poterit, parum manifeſta, punctis quibusdam impoſitis, aut interductibus longiuſculis. ita apud alios res ſuſpicione omni carebit; ei vero, ad quem mittitur, nota erit epiſtola. Mittatur homo nuntium aliquem ferens, aut etiam epiſtolam de rebus aliis manifeſtis. in profecturi vero tabellarii ſolum calceorum indatur epiſtola atque conſuatur, ipſo inſcio. vt autem nihil ſcriptis noceant neque lutum neque aquae, ſcribatur in candido plumbo, quod malleo ad magnam tenuitatem fuerit ductum, ne literae aquis deleantur. vbi tabellarius quo oportebat peruenerit, ipſo noctu quieſcente, ſoluat hoſpes ſuturas calceamentorum. poſtquam literas exemerit, legerit, alia clam ſcripſerit, ipſo adhuc dormiente, poſtremo inſuerit, hominem dimittat, exaratis literis aliis, quas dabat ei palam ferendas. hoc pacto nemo alius, ac ne tabellarius quidem ipſe, conſilii erit conſcius. danda autem opera eſt, vt eiusmodi ſuturae fiant, quae nullo pacto manifeſtae ſint futurae. Epheſum hoc modo literae ſunt allatae, et in vrbem admiſſae. Homo quidam eſt miſſus, habens epiſtolam in foliis ſcriptam: folia autem, vlceri im-

ενεγχθείη

ἐνεγχθείη δ' ἂν γραφὴ καὶ ἐν τοῖς γυναικῶν ὠσὶν ἐχούσαις ἀντ' ἐνωτίων ἐνειλημμένοις λεπτοῖς μολιβδίνοις. ἐκομίσθη δὲ καὶ ἐπιστολὴ περὶ προδοσίας εἰς τὸ στρατόπεδον ἀντικαθήμενον πολέμιον, ὑπὸ τοῦ προδιδόντος, ὧδε. Τῶν ἐξιόντων ἱππέων ἐκ τῆς πόλεως εἰς προνομὴν τῶν πολεμίων ἑνὶ ἐγκατεῤῥάφη ὑπὸ τὰ πτερύγια τοῦ θώρακος, βιβλίῳ ἐν ᾧ ἐντέταλτο, ἐὰν τις ἐπιφάνεια τῶν πολεμίων γένηται, πεσεῖν ἀπὸ τοῦ ἵππου, ὡς ἄκοντα, καὶ ζωγρηθῆναι· παραγενομένου δ' ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ἀποδοθῆναι τὸ βιβλίον, ᾧ δεῖ, ὑπηρέτῃ. Ἄλλος δὲ ἱππέα ἐκπέμπων, εἰς τὴν ἡνίαν τοῦ χαλινοῦ βιβλίον ἐνέγραψεν. ἐγένετο δὲ περὶ ἐπιστολὴν τοιόνδε. πόλεως γὰρ πολιορκουμένης, ἐπεὶ παρῆλθεν ἔσω τῆς πόλεως ὁ κομίζων τὰς ἐπιστολὰς, τῷ μὲν προδιδόντι, ᾧ προσέφερεν, οὐκ ἀποδίδωσι· πρὸς δὲ τὸν ἄρχοντα τῆς πόλεως ἦλθε μηνύων, καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἐδίδου. ὁ δ' ἀκούσας ἐκέλευε ταύτας μὲν τὰς ἐπιστολὰς, οἷς ἔφερεν, ἀποδοῦναι· τὰ δὲ παρ' ἐκείνων, εἰ ἀληθές τι μηνύει, παρ' αὐτὸν ἐνεγκεῖν. καὶ ὁ μηνύων ταῦτ' ἔπραξεν. ὁ δὲ ἄρχων λαβὼν τὰς ἐπιστολὰς, καὶ ἀνακαλεσάμενος τοὺς ἀνθρώπους, τὰ σημεῖα ἐδείκνυε τῶν δακτυλίων, ἅπερ ὡμολόγουν αὐτοῖς εἶναι, καὶ λύων τὰ βιβλία, ἐδήλου τὸ πρᾶγμα· τεχνικῶς δὲ δοκεῖ φράσαι*, ὅτι τὰς πεμπομένας πα-

posita, ad tibiam erant alligata. Possit etiam inferri scriptura, auribus mulierum appensa, in plumbeis chartis conuoluta, quae pro inauribus erunt. Allata etiam est a proditore quodam epistola de proditione in castra hominum, e regione castrametantium, isto pacto. Equitum ad populandos inimicorum fines exeuntium vni sub thoracis alis consuta est epistola, cui equiti mandatum fuerat, vt, sicunde hostes apparerent, de equo suo caderet, idque sibi inuito accidisse simularet, ac capi se viuum operam daret postquam ad castra foret ventum, daret epistolam cui oportebat. Alius equitem vrbe emittens, frenorum habenis epistolam insuit. Accidit vero et huiusmodi casus circa literas. Vrbs quaedam obsidebatur. in hanc quum esset lator literarum ingressus, proditori quidem, cui eas afferebat, non tradidit; sed ad magistratum adiit, rei indicium deferens, atque ei dat literas. ille re cognita, epistolas quidem reddi ei iussit, cui afferebat: quas autem ab iis acciperet, vt eas, si vera essent, quae indicabat, ad se deferret. quod fuerat iussus index, fecit. magistratus, literis acceptis, auctores earum accersit, signa annulorum eis ostendit; fatentur illi, sua esse signa; tum apertis literis, rem omnem patefacit. qui mihi videtur magna arte verum indagasse, quod literas ab exteris missas a tabellario non acceperit. proditores enim et negare, et ab aliquo sibi

ρα

ρα τȣ ἀνθρώπȣ, ὅτι καὶ ἔλαβε. ἦν γὰρ αὐτοῖς ἀρνηθῆναι, καὶ φάσκειν, ἐπιβȣλεύεσθαι ὑπό τινος. τὰς δ' ἀνταποσελλομένας λαβὼν, ἀναντιλέκτως ἤλεγξε. Κομίζεται δὲ καὶ ὧδε. Κύστιν ἰσομεγέθη ληκύθῳ, ὁπόση ἂν βȣ́λει, πρὸς τὸ πλῆθος τῶν γραφησομένων, φυσήσας καὶ ἀποδήσας σφόδρα ξηράναι, ἔπειτα ἐπ' αὐτῆς γράψαι, ὅ τι ἂν βȣ́λει, μέλανι κατακόλλῳ. ξηρανθέντων δὲ τῶν γραμμάτων, ἔξελε τὴν πνοὴν τῆς κύστιδος, καὶ συμπιέσας εἰς λήκυθον ἐνθεῖναι· τὸ δὲ στόμα τῆς κύστιδος ὑπερεχέτω τȣ̃ πόματος τῆς ληκύθȣ. ἔπειτα φυσήσας τὴν κύστιν ἐν τῇ ληκύθῳ ἐνȣ̃σαν, ἵνα δι θῇ ὡς μάλιστα ἐλαίȣ ἐμπλήσαντα, περιτεμεῖς τῆς κύστιδος τὸ ὑπερέχον τῆς ληκύθȣ, καὶ προσαρμόσαι τῷ στόματι ὡς ἀδηλότατα. καὶ βύσαντα τὴν λήκυθον, κομίζειν φανερῶς. διαφανές τε ὂν τὸ ἔλαιον ἔσαι ἐν τῇ ληκύθῳ, καὶ ȣ̓δὲν ἄλλο φανεῖται ἐνόν. ὅταν δὲ ἔλθῃ, παρ' ὃν δεῖ, ἐξεράσας τὸ ἔλαιον, ἀναγνώσεται φυσήσας τὴν κύστιν, καὶ ἐκσπογγίσας. καὶ κατὰ ταυτὰ εἰς τὴν αὐτὴν γράψας, ἀποσελλέτω. Ἤδη δέ τις ἐν δέλτῳ ἐνξύλῳ γράψας, κηρὸν ἐπέθηκε, καὶ ἄλλα εἰς τὸν κηρὸν ἐνέγραψεν. εἶτα ὅταν ἔλθῃ, παρ' ὃν δεῖ, ἐκκνίσας τὸν κηρὸν, καὶ ἀναγνȣ̀ς, γράψας πάλιν ὡσαύτως, ἀπέστειλε. Λέγεται καὶ εἰς πυξίον γράψαντα μέλανι ὡς βελτίσῳ,

insidias strui, dicere poterant. nunc responsa ad illas literas in potestate habens, fraudem ita arguit, vt proditores mutire contra nihil possent. Deferuntur etiam isto pacto. Vesicam magnitudine parem ampullae, cuiuscumque illam magnitudinis eligere volueris pro copia rerum scribendarum, inflatam, dein firme ligatam, siccato. postea atramento, cui plusculum glutinis admixtum, scribe super ipsa, quicquid volueris. vbi iam literae siccae fuerint, flatum vesica exime, et compressam indito in ampullam. os autem vesicae promineto vltra ampullae operculum. secundum haec, vbi vesicam, quae ampullae est indita, inflatam, vt quam maxime poterit fieri distendatur, oleo impleueris; quod prominet illius extra ampullam circumcide, et eius ori apta sic, vt nullum eius vestigium appareat. hanc ampullam probe obturatam feras in aperto licet. quippe oleum, quod ei inest, pellucebit: neque aliud quicquam ei inesse apparebit. Factum antea hoc etiam est. quidam in tabella lignea quum scripsisset, ceram superilleuit, et cerae alia inscripsit. deinde vt ventum est ad eum, cui scribebatur; is cera detersa, et lectis, quae scripta erant, postquam alia similiter scripsisset, hominem dimisit. Dicitur etiam quidam, in buxeam tabellam quum scripsisset atramento quam optimo, scripturam siuis-

ἐᾷν

ἐᾶν ξηρανθῆναι· ἔπειτα λευκώσαντα, ἀφανίζειν τὰ γράμματα. ὅταν ἂν ἀφίκηται παρὰ τὸν πεμπόμενον, λαβόντα εἰς ὕδωρ θεῖναι τὸ πυξίον. φανεῖται ἂν ἐν τῷ ὕδατι ἀκριβῶς ἅπαντα τὰ γεγραμμένα. γράφοιτο δ' ἂν καὶ εἰς πινάκιον ἡρωϊκὸν, ἅπερ ἂν βούλει· ἔπειτα καταλευκῶσαι, καὶ ξηράναντα γράψαι, ἱππέα φωσφόρον, ἢ ὅ τι ἂν βούλει, ἱματισμὸν λευκὸν, καὶ τὸν ἵππον λευκόν. εἰ δὲ μὴ, καὶ ἄλλῳ χρώματι, πλὴν μέλανος. ἔπειτα δοῦναι τινὶ ἀναθεῖναι ἐγγὺς τῆς πόλεως, εἰς ὃ ἐὰν τύχῃ ἱερὸν, ὡς εὐξόμενος. ὅταν δὲ δεῖ ἀναγνῶναι τὰ γεγραμμένα, χρὴ ἐλθόντα εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ γνόντα τὸ πινάκιον συστήματι τινὶ προσυγκειμένῳ, ἀπενείκαντα εἰς οἶκον, θεῖναι εἰς ἔλαιον. πάντα οὖν τὰ γεγραμμένα φανεῖται. πασῶν μὲν ἀδηλοτάτη πέμψις, πραγματωδεστάτη δὲ, νῦν μοι διὰ γραμμάτων ἐμφανισθήσεται· ἔστι δὲ τοιάδε. Ἀστράγαλον εὐμέγεθες τρυπῆσαι εἰς εἴκοσι καὶ τέτταρα τρήματα, ἓξ εἰς ἑκάστην πλευρὰν τοῦ ἀστραγάλου· ἔστω δὲ καὶ τὰ τρυπήματα τοῦ ἀστραγάλου ἀφ' ἧς ἂν πλευρᾶς ἄρξῃ τὸ Ἄλφα καὶ τὰ ἐχόμενα, ἅπερ ἐν ἑκάστῃ πλευρᾷ γέγραπται. μετὰ δὲ ταῦτα, ὅταν τινὰς θέλῃς ἐν αὐτῇ τίθεσθαι λόγους, λίνῳ διείρειν ἐὰν τῇ διέρσει τοῦ λίνου, ἀρξάμενος ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ ἀστραγάλου, ἐν ᾗ τὸ Ἄλφα ἐστὶ, παρελθὼν τὰ

se desiccari: tum autem albo illito, ne literae apparerent, fecisse. postquam igitur ad eum ventum, cui epistola mittitur; is tabellam in aquam immisit. ita quicquid fuerat scriptum, in aqua apparebit. Scribi etiam queat in tabella pictoris, quicquid volueris. deinde hac dealbata et siccata, Lucifer eques pingendus, aut quiduis aliud pro libidine; puta vestimentum album, equus albus, aut si mauis alius coloris, nigro excepto. deinde alicui tabella est danda; qui in templo, quod primum fuerit extra vrbem obuium, eam pro donario suspendat, ceu religione voti obligatus. Quando autem legere, quae scripta sunt oportebit, ad aedem sacram accedendum, et per signum, quod prius conuenerit, tabula agnita, et domum allata, in oleo ponere ipsam oportet. omnia igitur, quae scripta sunt, fient manifesta. Declarabitur nunc a me ratio mittendi epistolas, illa quidem omnium occultissima; sed et operosissima. est autem haec. In talo satis magno foramina quatuor et viginti facito: sena videlicet in quoque latere. Sunto autem tali foramina literae *Graecorum*. tu vero memento, in quo latere prima literarum Alpha fuerit locata, et illi proximae. cum igitur sermonem aliquem volueris exprimere, fili traiectione per foramina id tibi faciendum. in traiectione autem fili, orsus ab eo tali latere, vbi est Alpha, *atque per id foramen traiecto filo*, proxime

ἐχό-

ἐχόμενα τούτων παραγράμματα, ὅταν ἔλθῃ εἰς πλευρὰν, οὗ ταῦτά ἐστι, δίειρον πάλιν· παρεὶς δὲ τοῦτο τὰ ἐχόμενα, ὅπου συμβαίνει ´ εἶναι· καὶ πάλιν παρεὶς τὰ ἐχόμενα τούτου, ὅπου ἔνεστι διεῖρον τὸν λίνον· καὶ οὕτω τὰ ἐπίλοιπα τοῦ λόγου ἀντιγράφων ἔνειρε εἰς τὰ τρυπήματα, ὥσπερ ὄνομα. ἔσται οὖν περὶ τὸν ἀστράγαλον ἀγαθὶς λίνου πεμπομένη. δεήσεται δὲ ἀναγιγνώσκοντα ἀναγράφεσθαι εἰς δέλτον τὰ δηλούμενα γράμματα ἐκ τῶν τρυπημάτων. ἀνάπαλιν δὲ γίνεται ἡ * ἐξίωσις τῇ ἐνέρσει· διαφέρει δὲ οὐδὲν τὰ γράμματα ἀνάπαλιν γραφῆναι εἰς δέλτον. οὐδὲν γὰρ ἧττον γνωσθήσεται. καταμαθεῖν δὲ πλεῖστον ἔργον ἐστὶ τὰ γεγραμμένα, ἢ τὸ ἔργον αὐτὸ γενέσθαι. εὐπρεπέστερον δ᾽ ἂν τοῦτο γίνοιτο, ξύλου ὡς σπιθαμιαίου τρυπηθέντος, ὅσα γε τὰ στοιχεῖα τῶν γραμμάτων, ἔπειτα ὡσαύτως ἐνείρειν τὸ λίνον εἰς τὰ τρυπήματα· ὅπου δ᾽ ἂν εἰς τὸ αὐτὸ τρύπημα συμβῇ δὶς ἐνείρεσθαι, ὥσπερ τὸ αὐτὸ γράμμα δὶς ἐφεξῆς γράφεσθαι· προπεριελίξαντα τὸ λίνον περὶ τὸ ξύλον ἐνείρειν. γίνοιτο δ᾽ ἂν καὶ ὧδε. ἀντὶ τοῦ ἀστραγάλου καὶ ξύλου ποιήσας κύκλον ξύλινον λεᾶναι, καὶ τρῆσαι ἐφεξῆς κύκλῳ τὰ στοιχεῖα τῶν γραμμάτων τὰ τέτταρα καὶ εἴκοσι. ὑποψίας δὲ ἕνεκεν καὶ

notatas literas transgreſſus; poſtquam ad latus illud perueneris, vbi eſt Iota, traiicere rurſum. proximas deinde literas iterum omitte, donec illuc veneris vbi eſt *Delta*; ibi filum traiice. praeteri denuo proxime ſequentes literas, vsque dum ſit ventum ad *Ypſilon*. eo loci filum vt prius traiice: atque ita fac in ceteris literis huius ſermonis, *αἱ δυνάμεις ἀπέστησαν*; *exercitus fidem mutarunt*. ſcriptionis, inquam, loco, traiectione fili in cunctis literis vtere, quaſi eſſet nomen vnum. Erit igitur quod mittetur, velut glomus quidam fili circa talum. illum vero, qui iſta leget, literas per foramina deſignatas in pugillaribus aut tabellis deſcribere oportebit. porro exemtio contrario ordine fiet atque inſertio. ſed quod literae inuerſo ordine in pugillaribus deſcribentur, id vero nihil refert: non enim propterea minus ſermo cognoſcetur. quamquam plus ſane operis eſt in cognoſcendis, quae ſcripta ſunt, quam in opere ipſo conficiendo. Concinnius autem hoc fiet, ſi lignum vnius quaſi ſpithamae vel dodrantis ſecundum literarum numerum fuerit perforatum: deinde filum per foramina traiiciatur. Quoties autem bis in idem foramen fuerit filum traiiciendum, ſicut litera eadem bis continenter ſcribitur: prius quam poſteriorem traiectionem facias, filum circa lignum circumducito. Fiet idem et hoc pacto. Tali aut ligni loco orbem ligneum iae-

ἄλλα

ἄλλα ἐν μέσῳ τοῦ κύκλου τρυπῆσαι. ἔπειτα ὅτω εἰς τὰ ϛοιχεῖα ἐφεξῆς ὄντα τὸ λίνον ἐνείρειν· ὅταν δὲ δὶς τὸ αὐτὸ γράμμα συμβαίνει, γράφειν ἐκ τῶν ἐν μέσῳ τρυπημάτων, προενείροντα, εἰς τὸ αὐτὸ γράμμα ἐνεῖραι. γράμματα δὲ λέγω τὸ τρύπημα. Ἤδη δέ τινες εἰς τὸ βιβλίον γράψαντες ὡς λεπτότατον μακρὰς ϛίχας, καὶ λεπτὰ γράμματα, ἵν᾽ ὡς εὐογκοτάτη γίνηται ἡ ἐπιϛολή· εἶτα ἐπὶ τῷ ὤμῳ τοῦ χιτῶνος ὑποθέντες, καὶ ἀποπτύξαντες τοῦ χιτωνίσκου ἐπὶ τῷ ὤμῳ, ἀνύποπτος δὴ δοκεῖ εἶναι ἡ κομιδὴ τῆς ἐπιϛολῆς, καὶ ἐνδεδυκότος τινὸς τὸν χιτωνίσκον, καὶ οὕτω φερομένου. Μαρτύριον δὲ, ὅτι τὰ εἰσπεμπόμενα μετ᾽ ἐπιβουλῆς χαλεπὸν φυλάξαι. Οἱ γοῦν περὶ Ἴλιον ἄνθρωποι, ἐκ τοσούτου χρόνου καὶ οὕτω διατεταγμένοι, οὔπω δύνανται φυλάξαι, μὴ εἰσελθεῖν αὐτοῖς τὰς Λοκρίδας, καί τοι τοσοῦτον ἐϛὶν αὐτοῖς ἡ σπουδὴ καὶ ἡ φυλακή. ἀλλ᾽ ὀλίγοι προσέχοντες τῷ λαθεῖν, λανθάνουσι πολλὰ εἰσάγοντες σώματα. παρὰ δὲ τοῖς παλαιοτέροις καὶ τοιόνδε ποτε ἐτεχνάσθη. Ποτίδαιαν γὰρ θέλων προδοῦναι Τιμόξενος Ἀρταβάζῳ, προσυνέθεντο ἀλλήλοις, ὁ μὲν

tigato: deinde in eius ambitu literarum XXIV. elementa perforato. vitandae autem suspicioni, alia quoque per medium orbem facito foramina: tum autem per elementa, continua serie ita disposita, filum traiice. si quando autem litera eadem bis occurrat scribenda, filo prius inserto in foramina medii circuli, iterum in literam eandem filum insere. literas appello foramen vnumquodque. Hoc quoque a nonnullis factum, vt in subtilissima charta, *siue alia ad scribendum materia*, longos versus literis subtilibus scriberent; ita vt epistola propter molis modum esset ad ferendum commodissima: deinde ea subiecta est tunicae humero, et extrema tunica eandem in partem replicata. videtur igitur extra omnem suspicionem futura epistolae latio, siue quis tunicam induat, siue ita ferat. Quod autem eius rei, quae subdole immittitur, difficilis cautio sit; testimonio probari potest. Nam qui Ilium colunt homines, a tanto tempore in eo laborantes, et tanta diligentia ad hoc dispositi, nondum cauere possunt, quo minus Locrides Ilium ingrediantur, qui tamen in eam rem studii tantum impendant, et tanta cautione vtantur. sed nimirum pauci ad fallendum attendentes fallunt, et ita multas in vrbem Locridas inducunt. A vetustioribus vero etiam huiusmodi dolus est vsurpatus. Quum Timoxenus Potidaeam prodere Artabazo vel-

τῆς πόλεως τι χωρίον, ὁ δὲ τοῦ στρατοπέδου, εἰς ὅπερ ἐτόξευον, ὅ τι ἂν τι ἤθελον ἀλλήλοις ἐμφανίσαι. οἱ δὲ τοῦ τοξεύματος περὶ τὰς * πύλας γλυφὰς ἑλίξαντες τὸ βιβλίον καὶ πτερώσαντες, ἐτόξευον εἰς τὰ προσυγκείμενα χωρία. ἐγένετο δὲ καταφανὴς ὁ Τιμόξενος προδιδοὺς τὴν Ποτίδαιαν. τοξεύων γὰρ Ἀρτάβαζος εἰς τὸ προσυγκείμενον, ἁμαρτὼν τοῦ χωρίου διὰ πνεῦμα καὶ φαύλην πτέρωσιν, βάλλει ἀνδρὸς Ποτιδαιάτου τὸν ὦμον, πρὸς ὃν βληθέντα περιέδραμεν ὄχλος, οἷα φιλεῖ γίνεσθαι ἐν τῷ πολέμῳ· αὐτίκα δὲ τὸ τόξευμα λαβόντες, ἔφερον ἐπὶ τοὺς στρατηγοὺς, καὶ οὕτω καταφανὴς ἐγένετο ἡ πρᾶξις. Ἱστίαιος δὲ βουλόμενος τῷ Ἀρισταγόρᾳ σημῆναι, ἄλλως μὲν οὐδαμῶς εἶχεν ἀσφαλῶς δηλῶσαι, ἅτε φυλασσομένων τῶν ὁδῶν, καὶ οὐκ εὔπορον, γράμματα λαθεῖν φέροντα, τῶν δούλων τὸν πιστότατον ἀποξυρήσας ἔστιξε, καὶ ἐπέσχεν ἕως ἂν ἔφυσαν αἱ τρίχες. εἶτα τάχιστα ἔπεμπεν εἰς Μίλητον, ἐπιστείλας τῷ ἐπεστιγμένῳ ἄλλο μὲν οὐδέν· ἐπειδὰν δ' ἀφίκοιτο εἰς Μίλητον πρὸς Ἀρισταγόραν, κελεύει ξυρήσαντα κατιδεῖν εἰς τὴν κεφαλήν. τὰ δὲ στίγματα ἐσήμαινεν, ἃ δεῖ ποιεῖν. Γράφειν δὲ καὶ ὧδε. προσυνθεμένους τὰ φωνήεντα γράμματα ἐν κεντήμασι τίθεσθαι· ὁπόστον ἂν τύχῃ ἕκαστον ὂν ἐν τοῖς

let, mutua inter ipsos conuentione facta, constituerunt loca, alter vrbis, alter castrorum, quo, si quid inuicem notum sibi facere optarent, sagittas mitterent. ipsi autem circa sagittae crenas epistolam voluentes, ac pennas deinde addentes, designata loca petebant. sed accidit, vt fraus Timoxeni Potidaeam prodentis palam fieret. nam Artabazus quum in locum constitutum sagittas iaceret, a scopo aberrans virum Potidaeatam in humero feriit. ad quem vulneratum turba vndique, vt fieri amat in bello, accurrit. hi statim sagittam acceptam ad duces attulerunt, atque ita fraus patuit. Histiaeus significare aliquid Aristagorae cupiens, quum nulla ratione alia facere id posset, quippe custodibus vias obsidentibus, vt difficile esset ei, qui literas ferret, latere: seruorum fidelissimo caput rasit, rasum stigmatibus inussit: deinde eum, donec renascens capillus succreuisset, detinuit. quod vt primum accidit, Miletum proficisci ipsum iubet, nullum aliud notis inusto dans mandatum, nisi hoc, vt, postquam Ephesum ad Aristagoram peruenisset, iuberet eum caput sibi stigmatiae radere, atque illud inspicere. stigmata autem, quid esset opus facto, declarabant. Scribi potest etiam hoc modo. Conuenire prius oportet, literarum vocalium loco, puncta positum iri, tot nempe puncta, quota

τοῖς γραφομένοις, τοσαύτας στιγμὰς εἶναι· οἷον δὴ τοῦτο.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΚΑΛΟΣ.

Δ:: ::· Ν::: Σ:: ::·Σ Κ. Λ::. Σ

ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ ΗΚΕΤΩ.

:.Ρ. ΚΛ.. :: Δ.:Σ :.Κ·· Τ:::·

Καὶ τόδε ἄλλο· ἀντὶ τῶν φωνηέντων γραμμάτων τίθεσθαί τι δεῖ. Καὶ τάδε τὰ πεμπόμενα γράμματα εἴς τινα τόπον τῷ πεμπομένῳ δῆλον, ὡς δῆλον γίνεσθαι, ἐλθόντος τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὴν πόλιν, καὶ πωλοῦντός τι ἢ ὠνουμένου, ὅτι ἥκει αὐτῷ γράμματα, καὶ κεῖται ἐν τῷ προρρηθέντι τόπῳ· καὶ οὕτως οὔτε ὁ φέρων οἶδε, ὅτῳ ἠνέχθη, οὔτε ὁ λαβὼν γνωστὸς ἔσται, ὅ τι ἔχει. Πολλοὶ δὲ κατ᾽ Ἤπειρον κυσὶν ἐχρήσαντο ὧδε. ἀπαγαγόντες * δεσμὸν περιέθηκαν περὶ τὸν αὐχένα ἱμάντα, ἐν ᾧ ἐπιστολὴ ἐγέγραπτο. εἶτα ἀφῆκαν νυκτὸς ἢ μεθ᾽ ἡμέραν, πρὸς ὃν ἐξ ἀνάγκης ἔμελλεν ἥξειν, ὅθεν ἀπήχθη. ἔστι δὲ τοῦτο Θεσσαλονικόν. χρὴ δὲ τὰς παραγινομένας εὐθὺς ἀνοίγειν δέλτους. Ἀστυάνακτι δὲ τυράννῳ Λαμψάκου πεμφθείσης ἐπιστολῆς, ἐν ᾗ γεγραμμένα ἦν μηνύοντα τὴν ἐπιβουλὴν, ἀφ᾽ ἧς ἀνῃρέθη, παρὰ τὸ μὴ εὐθὺς ἀνοῖξαι, καὶ ἀναγνῶναι τὰ γεγραμμένα, ἀλλ᾽ ἀμελήσαντος αὐτοῦ, πρὸς ἄλλαις δὲ γενομένου πρότερον, διεφθάρη, τὴν ἐπιστολὴν ἔχων περὶ τοὺς δακτύλους. Διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ ἐν Θήβαις ἡ Καδμεία κατελήφθη·

est in ordine literarum vocalis notanda. Exemplum hoc esto:

Dionysius pulcher.

D:. :: N::: S:· S P::· LCH··R

Heraclides venito.

H·· R· CL:· D·· S V·· N:·T::

Item alia ratio: in locum vocalium quiduis aliud substituatur. Et literae quidem istiusmodi in certum locum deferendae sunt, ei notum, ad quem diriguntur, vt hic, simulac tabellarius in vrbem venerit, vendiderit, emeritue aliquid, eo ipso cognoscat literas sibi venisse, easque in eo, qui conuenit loco esse. ita si fiat, neque is qui fert, cui ferat, nouerit: neque eum, qui accepit, accepisse, notum cuiquam fuerit. Multi in Epiro canibus in eam rem sic vtuntur. Canem vinctum abducunt: deinde lorum circa collum applicant, cui epistola est inscripta: mox noctu, siue interdiu dimittunt, qui necessario ad eum locum abit, vnde est abductus: atque hoc Thessalonicensium est inuentum. Ceterum epistolae de talibus rebus allatae, statim sunt aperiendae. Astyanacti, tyranno Lampsaci, missa epistola fuerat, indicium eius coniurationis continens, per quam periit, idque propterea, quod literas non illico aperuit, neque iis contenta legit: quum igitur rem neglexisset, a que alia negotia huic praeuertisset, epistolam digitis tenens interiit. Cadmea quoque Thebis eandem ob caussam est capta: sed et Mitylenae in Lesbo simi-

τῆς τε Λέσβȣ ἐν Μιτυλήνῃ τὰ παραπλήσια τȣτοις ἐπράχθη. Γλȣ̃ς δὲ βασιλέως ναύαρχος, παρὰ βασιλέα ἀναβὰς, ἐπεὶ ȣ̓χ οἷόν τε ἦν ὑπομνήματα ἐν βιβλίῳ ἔχοντα εἰσιέναι παρὰ βασιλέα, ἦν δὲ αὐτῷ περὶ πολλῶν τε καὶ μεγάλων διαμνημονευτέον, ἐγράψατο εἰς τὰ διαστήματα τῆς χειρὸς τῶν δακτύλων, περὶ ὧν ῥητέον ἦν αὐτῷ. Περὶ τῶν τοιȣ́των ἐπιμέλειαν τῷ πυλωρῷ ποιητέον, ὡς ἂν μηδὲν λανθάνηται εἰς τὴν πόλιν εἰσφερόμενον, μήτε ὅπλον, μήτε γράμματα.

32. Πρὸς δὲ τὰς τῶν ἐναντίων προσαγωγὰς μηχανήμασιν ἢ σώμασιν ἐναντιȣ̃σθαι ὧδε. Πρῶτον μὲν εἰς τὰ ὑπεραιρόμενα ἐκ πύργων, ἢ ἱστίων, ἢ τῶν ὁμοτρόπων τȣ́τοις, * οἷς προσαχθέντα ὑπεραίρειν χρὴ τισὶν ἀδιατμήτοις περιβληθέντα κατατετᾶσθαι ὑπὸ * πνεόντων. ἄλλα δὲ ὑποθυμιᾶν καπνὸν πολὺν, ὑφάπτων ὡς μέγιστον πῦρ πνέοντα αὐταείρεσθαι πύργȣς ξυλίνȣς, ἢ ἄλλα ὕψη ἐκ φορμῶν πληρȣμένων ψάμμȣ, ἢ ἐκ λίθων, ἢ ἐκ πλίνθων. Ἴσχοι δ' ἂν τὰ βέλη καλάμων ταρσοὶ ὀρθίων, καὶ πλαγίων συντιθεμένων. Ἡτοίμασται δὲ καὶ τοῖς εἰς τὰ τείχη μηχανήμασιν εἰσπίπτȣσι κριῷ καὶ τοῖς ὁμοτρόποις τȣ́των ἐρύματα. σάκκȣς ἀχύρων πληρȣ̃ντα προκρεμαννύειν, ἀγγεῖα ἐρίων, καὶ ἀσκȣ̀ς βοείȣς νεο-

lia his acciderunt. Glus Perſae nauarchus aſcenderat ad regem: in cuius conſpectum, qui admittuntur, fas eis non eſt vllum commentarium in manibus habere. quum igitur de multis magnisque rebus memoriter eſſet ipſi agendum, dicendorum capita in ipſis interuallis, quae digitos manus ſeparant, ſcripſit. De his et ſimilibus portae cuſtos debet eſſe ſollicitus; ne quid, ſiue armorum, ſiue literarum clam in vrbem inferatur.

32. Quando autem hoſtis acceſſionem facit ad muros, ſiue machinis, ſiue hominum corporibus, ſic reſiſtendum. Ac primo aduerſus ea, quae ſupra muros attolluntur, e turribus, vel malis, aut ſimili modo alio, oportet ſublimiores machinas attollere, et funibus intendere, tegminibus munitas impenetrabilibus: ſuffitus quoque earum rerum adhibere, quae fumi multum emittent. accendendus etiam eſt ignis maximus. Turres quoque ligneae ex aduerſo erigendae, et aliae moles altae, e corbibus arena plenis, aut lapidibus, vel lateribus. Poſſint etiam tela repellere crates ex arundinibus textae, qua erectis, qua transuerſariis. Ad haec fuere, qui aduerſus arietem et id genus machinas in moenia irruentes praeparata munimina haberent, ſaccos aceribus plenos, pro muris appenſos, vaſa item lana referta,

δάρτȣς

δάρτας πεφυσημένας, ἢ πεπληρωμένων τινῶν ἄλλα τούτοις ὁμότροπα. καὶ ὅταν ἢ πύλην ἢ ἄλλο τι τοῦ τείχους διακόπτῃ, χρὴ βρόχῳ τὸ προσέχον ἀναλαμβάνεσθαι, ἵνα μὴ δύνηται προσπίπτειν τὸ μηχάνημα. καὶ παρασκευάζεσθαι δὲ, ὅπως λίθος ἁμαξοπληθὴς ἀφιέμενος ἐμπίπτῃ καὶ συντρίβῃ τὸ τρύπανον· τὸν δὲ λίθον ἀφίεσθαι ἀπὸ τῶν προωστῶν, ἐχόμενον ὑπὸ κρικίνων. ὅπως δὲ μὴ ἁμαρτάνῃ τοῦ τρυπάνου ὁ λίθος φερόμενος, καθέτην χρὴ προαφίεσθαι. καὶ ὅταν αὕτη πέσῃ ἐπὶ τὸ τρύπανον, εὐθὺ τὸν λίθον ἐπαφίεσθαι. Ἄριστον δὲ, πρὸς τὰ διακόπτοντα τὸ τεῖχος καὶ τόδε παρεσκευάσθαι. ὅταν γνώσῃ προσάγεσθαι τοῦ τείχους ταύτῃ, χρὴ ἔσωθεν ἀντιπαρασκευάζειν ἀντικριὸν, διορύξαντα τοῦ τείχους μέχρι τοῦ ἄλλου μέρους τῶν πλίνθων, ἵνα μὴ προΐδωσι πρότερον οἱ πολέμιοι· ὅταν δὲ ἐγγὺς ᾖ τὸ διακόπτον, οὕτως ἔσωθεν τῷ ἀντικριῷ παίειν, καὶ πολὺ ἰσχυρότερον ὁ ἀντικριὸς γίνεται. πρὸς δὲ τὰ μεγάλα μηχανήματα, ἐφ' οἷς σώματά τε πολλὰ προσάγεται, καὶ βέλη ἐξ αὐτῶν ἀφίεται ἄλλα τε, καὶ καταπέλται, καὶ σφενδόναι, εἰς δὲ τὰς ὀροφίνας οἰκίας, καὶ πυρφόρα τοξεύματα, πρὸς δὲ ταῦτα τὰ μηχανήματα, πρῶτον μὲν χρὴ τοὺς ἐν τῇ πόλει κρυφαίως ὑπορύσσειν κατὰ τὰς προσαγωγὰς τοῦ μηχανήματος, ἵνα οἱ τροχοὶ τῶν μηχανημάτων

et vtres inflatos e recente corio boum; nec non alia id genus similiter impleta. Quando portam vel aliam muri partem machina quatit, laqueo prominentem partem, siue rostrum, oportet auertere, quo machina murum ferire nequeat. Praeparandum etiam est saxum plaustrale, quod dimissum in terebram incidat, eamque conterat. atque id saxum e tignis proiectis est emittendum; quod vbi recta in terebram incidet, saxum protinus est laxandum. Plurimum etiam iuuerit, contra machinas moenia perforantes haec esse praeparata. cognito, ad quam partem murorum hostis machinam sit admoturus, oportet te quoque arietem arieti contrarium comparare, interiore muri parte perfossa, vsque ad lateres partis exterioris, ne prius inimici rescifcant. vbi autem appropinquauerit tundentis machinae rostrum; tum demum intrinsecus ariete contrario tundendum, cuius quidem ictus ictu alterius est multo vehementior. Aduersus magnas machinas, super quibus multi armati admouentur, et ex quibus tela mittuntur, cum alia, tum catapultae et fundae, atque etiam in tecta arundinacea sagittae igniferae, aduersus ista, inquam, machinamenta curare oppidani debent, vt, qua accessionem ad muros ipsa sunt factura, cuniculos occultos fodiant, quo machinarum rotae impressae sidant cuniculosque subeant. Post ista

ἐμπίπτοντες δύνωσιν εἰς τὰ ὑπορύγματα. ἔπειτα ἔσωθεν ἀνταείρειν ἐκ φορμῶν πληρουμένων ψάμμου, καὶ λίθων ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, ἔρυμα, ὅπερ τοῦ τε μηχανήματος ὑπερέξει, καὶ τὰ ἐκ τῶν ἐναντίων βέλη ἀργὰ ποιήσει. προκαλύπτειν δὲ ἅμα τούτοις καὶ γυμνὰ παραπετάσματα ἢ ἱστία, ἐρύματα τῶν εἰσαφιεμένων, ἅπερ σχήσει τε τὰ ὑπερπίπτοντα τῶν βελῶν, καὶ ῥαδίως συλλεγήσηται. χαμαιπετὲς δὲ μηδὲν ἔσται. τὸ δὲ αὐτὸ ποιεῖν, καὶ ᾗ ἂν ἄλλῃ τοῦ τείχους ὑπερπετῆ γινόμενα τὰ βέλη τοὺς ὑπερέχοντάς τε καὶ τοὺς διαπορευομένους βλάπτει καὶ τιτρώσκει. ᾗ δ' ἂν τοῦ τείχους χελώνη προσαχθεῖσα δυνήσηταί τι τοῦ τείχους διορύξαι ἢ καταβαλεῖν, ταύτῃ χρὴ ἐναντιοῦσθαι παρεσκευασμένον· πρὸς μὲν τὸ διόρυγμα πῦρ ποιεῖν πολὺ, πρὸς δὲ τὸ πέσημα τοῦ τείχους, τάφρον ἔσωθεν ὀρύσσειν, ἵνα μὴ εἰσέλθωσι· καὶ ἅμα ἀνταείρειν τειχίζοντα πρότερον ἢ πεσεῖν τὸ τεῖχος, ᾗ διορύσσεται, ἂν μὴ ἄλλως δύνῃ κωλύειν.

33. Χρὴ δὲ ταῖς προσενεχθείσαις χελώναις ἐπιχεῖν πίσσαν καὶ στυππεῖον, καὶ θεῖον ἐπιβάλλειν· ἔπειτα φλογωθέντα φάκελλον καὶ ἐξάψαντα ἐπαφιέναι σχοίνῳ ἐπὶ τὴν χελώνην. τὰ δὲ τοιαῦτα προτεινόμενος ἀπὸ τοῦ τείχους, ἐπιβάλλεται τοῖς προσαγομένοις

e facc̨is arena impletis et lapidibus, pro copia praesente, interior munitio erigenda, quae supra machinam *hostium* erigetur, et tela illorum reddet inutilia. simul tegendi caussa praetendi vel desuper intendi nuda vela, cum alia, tum nautica, debent, praesidio futura aduersus tela, quae intra vrbem immittentur; nam et transgredientia muros tela inhibebunt, et vt facilis eorum sit collectio praestabunt: quippe nullum eorum in terram cadet. atque hoc idem faciendum, quacumque in parte vrbis tela vltra muros delata laedunt vulneribusque afficiunt ministeria, et eos, qui per vias ingrediuntur. Sicubi autem testudo, admota muro, suffodere, aut deiicere partem eius aliquam poterit, huic malo praeparandum est hoc remedium. contra foramen, quod hostis fodiendo fecerit, ingens excitandus est ignis. e regione autem deiecti muri fossa interior ducenda, ne inimici ingrediantur. simul faciendum, vt murum *interiorem* contra ruinam aedificando attollas, prius quam murus suffossus cadat; si aliter conatum aduersariorum impedire nequeas.

33. Testudinibus, quas hostis admouerit, pix infundenda; stuppa item et sulphur iniiciendum; deinde virgultorum fascem inflammatum fune siue amento coniicere in testudinem oportet. atque haec et similia de muro protensa, machinis admouendis desuper immittuntur. Modus autem eas-

μηχα-

μηχανήμασι. πιμπρᾶναι χρὴ ταῦτα ὧδε. παρεσκευάσθω ξύλα οἷον ὑπερμεγέθη δὲ πολλῷ μείζω. καὶ εἰς μὲν τὰ ἄκρα τοῦ ξύλου καὶ ἄνω καὶ κάτω χωρὶς πυρὸς σκευασίας ἰσχυράς· τὸ δὲ εἶδος γενέσθω οἷον κεραυνὸς τὸ γραφόμενον· τοῦτο δὲ ἀφίεσθαι χρὴ εἰς τὸ προσαγόμενον μηχάνημα, ἐσκευασμένον οὕτως, ὥστε ἐμπήγνυσθαι εἰς τὸ μηχάνημα καὶ ἐπιμένειν τὸ πῦρ ἐμπαγέντος αὐτοῦ. ἔπειτ', ἄν τινες ὦσι τῆς πόλεως ξύλινοι μόσυνες ἢ τοῦ τείχεος, τί χρὴ τούτοις ὑπάρχειν πρὸς τὸ μὴ ἐμπίπρασθαι ὑπὸ τῶν πολεμίων, πλείους καὶ βύρσας πρὸς τὴν τάξιν. ἐὰν δὲ ἐμπρησθῶσι πύλαι, πρὸς τὸ φέρεσθαι ξύλα καὶ ἐμβάλλοντα ὡς μέγιστον τὸ πῦρ ποιεῖν, μέχρις οὗ ταφρεύσῃ τὰ ἔσωθεν· καὶ ἄν τι δέῃ ἐκ τῶν σοὶ συνυπαρχόντων, τάχιστα· εἰ δὲ μὴ ἐκ τῶν ἐγγύτατα οἰκιῶν καθαιροῦντα.

dem comburendi hic erit. Praeparentur ligna ad instar sagittarum, sed praelonga et maiora multo. ad cuiusque ligni extrema, cum a superiore, tum ab inferiore parte, separatim aptentur materiae ad concipiendum ignem efficaces et validae. esto autem teli huius figura, quali solent fulmina depingi. hoc igitur in machinam, quae admouetur, coniicere oportet, ita praeparatum, vt illi insigatur, et vt telo semel infixo ignis inhaereat duretque. Quod si in vrbe aut muro turres aliquae fuerint ligneae, prouisa his debent esse praesidia, quo ne cremari ab hostibus queant. *id praestabunt cum alia*, tum coria cruda, praesertim si plura iuncta opponantur, Si portis fuerit ignis iniectus, ligna sunt aggerenda, et ignis maximus excitandus, donec fossa interior ducta fuerit. ad hoc, quae erunt necessaria, ex copia praesente, *suppeditandum*; sin minus, ruina proximorum aedificiorum *saluti consulendum*,

34. Ἐὰν δέ τινες πολέμιοι ... ἐμπιμπράμεναι ἰσχυραὶ σκευασίαι πρὸς τὸ πῦρ, σβεννύειν χρὴ αὐτὸ ὄξει· οὐ γάρ ἐστι ῥαδίως ἐξάπτεσθαι, μᾶλλον δὲ τὸ * προαλείφειν· τούτου γὰρ πῦρ οὐχ ἅπτεται. τοὺς δὲ κατασβεννύντας ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων, ἔχειν περὶ τὸ πρόσωπον ἔρυμα, ἵνα ἧσσον ὀχλῶνται προσαϊσσούσης αὐτοῖς τῆς φλογός.

34. Si hostes ad munitiones tuas incendendas, apparatus concipiendo igni efficaces et validos admouerint; incendium aceto restinguendum. non enim facile erit, ignem accendere, magis tamen iuuerit, si prius ligna aceto linantur; nam a materia aceto illita ignis abstinet. Eos autem, qui e locis summe editis ignem restinguunt, munimen aliquod faciei oppositum habere conuenit; vt ab inuadente flamma minus sentiant incommodi.

35. Αὐτὸ δὲ πῦρ σκευάζειν ἰσχυρὸν ὧδε, ὅπερ ὐ πάντῃ κατασβέννυται· πίσσαν, θεῖον, στυππεῖον, μάνναν, λιβανωτὸν, δᾳδὸς πρίσματα ἐναντίως ἐξάπτοντα προσφέρειν, ἐὰν βέλει τῶν πολεμίων τι ἐμπρησθῆναι.

36. Ταῖς δὲ τῶν κλιμάκων προσθέσεσιν ἀντίκεσθαι· ἐὰν μὲν ὑπερέχῃ τῦ τείχους ἡ κλίμαξ προστεθεῖσα, χρὴ, ὅταν ἐπ' ἄκρων ᾖ ὁ ἀναβαίνων, τότε ἀπῶσαι τὸν ἄνδρα, ἢ τὴν κλίμακα ξύλῳ δικρῷ, ἐὰν μὴ ἄλλως κωλύειν δύνῃ διὰ τὸ ὑποτοξεύεσθαι· ἐὰν δὲ ἄρτι ἄνη ἡ κλίμαξ, τὴν μὲν κλίμακα ὐκ οἷόν τε ἀπωθεῖν, τὰ δὲ ὑπερβαίνοντα χρὴ ἀπῶσαι. ἐὰν δὲ ταῦτα μὲν δοκῇ εἶναι, πεποιῆσθαι χρὴ οἷον θύραν ἐκ σανίδων. ἔπειτα, ἐπὰν προφέρηται ἡ κλίμαξ, ὑποπροτιθέναι τῇ κλίμακι τῇ προσφερομένῃ ... ὅταν δὲ προσίῃ ἡ κλίμαξ πρὸς τὴν θύραν, ἐξ ἀνάγκης ὑπαχθείσης τῆς θύρας, ἡ κλίμαξ πίπτει; σπονδύλυ προϋποτιθεμένου, ὐδὲ προσταθῆναι δυνήσεται.

37. Τὺς δὲ ὑπορύσσοντας ὧδε κωλύειν. ἐὰν δοκῇ ὑπορύσσεσθαι ... ὡς βαθυτάτην ἐκτὸς χρὴ τάφρον ὀρύσσεσθαι, ὅπως εἰς τὴν τάφρον τὸ ὑπόρυγμα ἀφίκηται, καὶ οἱ ὑπορύσσοντες ὀρθῶσιν. ἐὰν δέ σοι ὑπάρχῃ, καὶ τειχίον τειχίσαι

35. Ignem autem validum, et qui nulla arte reſtinguatur, ita parabis. picem, ſulphur, ſtuppam, mannam, thus, *ſiue mannam thuris*, taedae ramenta accende, et aduerſus hoſtem admoue, ſi quid illius ſuccendi volueris.

36. Quando ſcalae applicantur, ſic reſiſtendum. Si ſcalae admotae ſumma ſuperent moenia, poſtquam is, qui ſcandit, ad ſummum ſcalarum peruenit, tunc aut hominem aut ipſas ſcalas lignea furca repellere oportet: ſi quidem alia ratione facere id nequeas, quod ex inferiore loco ſagittis petaris. Si ſcalae iam *firmiter muris ſunt aptatae*, ipſae quidem repelli non poſſunt, ſed quicumque ſcandendo ad ſumma peruenerint, ſunt detrahendi. Si haec vix poſſe fieri videantur, ex aſſeribus tabulatum inſtar forium conficiendum; deinde vbi ſcalae admouebuntur, ipſis, quae applicantur ſcalis fores illae obiiciendae, atque adeo ſupponendae ſunt. quando igitur ſcalae ad fores acceſſerint, ſubductis foribus, et ope vertibularum ante ſubiectarum retroactis, cadere ipſas neceſſum eſt: itaque e regione illius loci applicari non poterunt.

37. Eos, qui cauant, cuniculos ita impedire oportet. Si videatur hoſtis cuniculos ſuffodere, foſſa altiſſima extra muros percutienda, vt ad foſſam cuniculus perueniat, et foſſores oculis ſubiiciantur. debes etiam, ſi ſuppeditet copia, modicae altitudinis murum in foſſa

εἰς

εἰς αὐτὴν ὡς ἰσχυροτάτην ἐκ μεγίστων λίθων. ἐὰν δὲ μὴ ὑπάρχῃ τειχίσαι λίθους, ξύλων φορυτὸν κομίσαντα. ἂν δὲ τὰ ὑπορύγματα τῆς τάφρου προσπέσῃ, ταύτῃ ἐπιβάλλοντες ξύλα καὶ τὸν φορυτὸν ἐμπρῆσαι, καὶ τὰ ἄλλα κατασκεπάσαι, ὅπως ὁ καπνὸς εἰς τὸ διόρυγμα πορεύσηται, καὶ κακῶς ποιῇ τοὺς ἐν τῷ ὀρύγματι ὄντας. ἐνδέχεται δὲ καὶ πολλοὺς ἀπολέσθαι αὐτῶν ὑπὸ τοῦ καπνοῦ. ἤδη δέ τινες καὶ σφῆκας καὶ μελίσσας εἰς τὸ διόρυγμα ἀφέντες, ἐλυμήναντο τοὺς ἐν τῷ ὀρύγματι ὄντας. χρὴ δὲ, καθ' ὅν τινα τόπον ὀρύσσουσιν, ἀνθυπορύσσειν καὶ ἀντιοῦσθαι, καὶ ἐμπιπράναι τὸ ἐν τῷ ὀρύγματι μαχόμενον. παλαιὸν δέ τι λέγεται. Ἄμασιν Βαρκαίους πολιορκοῦντα, ἐπεὶ ἐπεχείρει ὀρύσσειν· οἱ δὲ Βαρκαῖοι αἰσθόμενοι τὸ ἐπιχείρημα τοῦ Ἀμάσιδος, ἠποροῦντο, μὴ λάθῃ ἢ φθάσῃ· ἔπειτα ἀνὴρ χαλκεὺς ἀνεῦρεν ἐνθυμήσας, ἀσπίδος χάλκωμα ἐπιφέρων, τοῦ τείχους ἐπάνω προτίσχειν πρὸς τάδε. τῇ μὲν δὴ ἄλλῃ κωφὰ ἦν, πρὸς ἃ προσίσχοι τὸ χάλκωμα· ᾗ δ' ὑπωρύσσετο, ἀντήχει· ἀντορύσσοντες οὖν οἱ Βαρκαῖοι, ταύτῃ ἀπέκτειναν πολλοὺς τῶν ὑπορυσσόντων. ὅθεν καὶ νῦν χρῶνται αὐτῷ ἐν τῇ νυκτὶ, γνωρίζοντες ᾗ ὑπορύσσεται. καὶ οἷς μὲν προσήκεν τὰ ἐκ τῶν ἐναντίων τεχνάσματα ἀντιώμενα ἀμύνειν, δεδήλωται. τοῖς δὲ

firmiſſimum e ſaxis maximis ſtruere: ſi ad ſtructuram muri ſaxa non ſuppetant, congeriem lignorum et quisquiliarum eo comportando. ſi cuniculus ad foſſam fuerit perductus, ligna et quisquiliarum congeriem ſuccende, atque alia omnia contegens effice, vt fumus cuniculum ingrediatur, et cunicularios vexet. poteſt enim fieri, vt multos eorum fumus exſtinguat. Fuerunt etiam, qui, veſpis atque apibus in cuniculum immiſſis, magno ibi hoſtes incommodo affecerunt. Praeterea oportet, vt, quo in loco cuniculum hoſtis fodiet, ipſe quoque contrarium cuniculum fodias; intra quem inimicis reſiſtens, quicquid ex aduerſo pugnabit, combures. Narratur vetus hiſtoria huiusmodi. Amaſis olim Barcaeos obſidens, cuniculos fodere incepit. illi, cognita Amaſidis molitione, vehementer angi et magna ſollicitudine affici, ne forte hoſtis, prius quam deprehenderetur, voti compos fieret. de his apud ſe cogitans faber quidam aerarius, rationem hanc inuenit. clypei aeramentum circumferens, et ſupra murum ponens, aures ei parti admouebat. et alia quidem, ad quae aes applicuerat, muta erant; qua vero regione cuniculus ſuffodiebatur, ibi ſonus edebatur. Barcaei igitur, foſſa e regione cauata, multos e fodientibus occiderunt. quare nunc quoque *viri militares* eo inuento vtuntur, vt locum deprehendant, vbi cuniculus ſuffoditur. Et machi-

ὑπορύσσειν μέλλουσιν, ὧδ' ἂν γένοιτο ἰσχυρότατον φράγμα. Χρὴ δύο ἁμαξῶν τοὺς ῥυμοὺς εἰς τὸ αὐτὸ δῆσαι, συμπετάσαντα κατὰ τὸ ἕτερον μέρος τῆς ἁμάξης, ὅπως μετεωρισθῶσιν οἱ ῥυμοὶ εἰς τὸ αὐτὸ νεύοντες. ἔπειτα ὅπως ἐπισυνδεῖν ἄλλα ξύλα καὶ ῥιπὰς καὶ ἄλλα φράγματα, σπανιώτατα δὲ πηλῷ καταλεῖψαι. ἔσαι οὖν τοῦτο καὶ προσαγαγεῖν, ὅπου βούλει, τοὺς τροχοὺς καὶ ἀπαγαγεῖν. ὑπὸ δὲ τούτῳ τῷ φράγματι τοὺς ὑπορύσσοντας εἶναι.

nationibus quidem aduerfariorum qua ratione fit refiftendum, hactenus eft expofitum. at cuniculos agere fi qui volent, validiffimum aduerfus hoftem fepimentum hoc fuerit. Duum plauftrorum temones in vnum colligabis, vtrumque in partem alteram plauftri fui porrigens, ita vt fublimes attollantur, eodem vergentes. tum autem varia ligna et texta viminea, et quaecumque alia fepimentis faciendis apta, defuper iniecta inter fe vincies. luto etiam interdum inunges; verum hoc fit rariffime. hanc igitur ftructuram ope rotarum et adducere quocumque volueris, et reducere poteris. atque fub hoc munimento latebunt, qui cuniculos agent.

38. Ἐν δὲ ταῖς προσβολαῖς τῶν πολεμίων πρὸς τὸ τεῖχος μηχανήμασιν ἢ καὶ σώμασι, χρὴ διατετάχθαι τοὺς ἐν τῇ πόλει μαχομένους τρία μέρη, ὅπως οἱ μὲν μάχωνται, οἱ δὲ ἀναπαύωνται, οἱ δὲ παρασκευάζονται, καὶ νεοκμῆτες ἀεὶ ἐπὶ τοῦ τείχους ὦσι. δεῖ δέ τινας καὶ ἄλλους ἐπιλελεγμένους πλήθει πλείονι μετὰ τοῦ στρατηγοῦ ξυμπεριιέναι κύκλῳ τὸ τεῖχος, ἐπικουροῦντας ἀεί τινι πονουμένῳ μέρει· τὸ γὰρ ἐπιὸν μᾶλλον οἱ πολέμιοι φοβοῦνται τοῦ ὑπάρχοντος καὶ παρόντος ἤδη. τάς τε κύνας δεσμεῖν τὸν καιρὸν τοῦτον. μετὰ γὰρ ὅπλων καὶ θορυβούντων καὶ ἀνθρώπων τρεχόντων κατὰ τὴν πόλιν, δι' ἀήθειαν ὁρῶσαι αἱ κύνες ὀχλοῖεν

38. Quando autem hoftes vel machinis, vel hominum vi muros adoriuntur; defenfores intra oppidum in tres partes debent effe tributi, vt parte vna pugnante, altera quiefcat; tertia ad certamen fe praeparet: atque ita femper, qui muros propugnabunt, integris erunt corporis viribus. Oportet etiam felectorum aliam manum numerofiorem vna cum ipfo praetore muros affidue luftrare, quae fubinde, vt quaeque pars opprimetur, fuppetias feret. hoftes enim id, quod poftea accedit, magis formidant, quam quod iam adeft ac praefens eft. Canes etiam hoc tempore vinciendi. qui alioquin, armis per vrbem ftrepentibus, et hominibus huc illuc currentibus, infolita fpecie mo-

ἂν

ἂν προσκείμεναι. Τοῖς τε ἐπὶ τῷ τείχει μαχομένοις παραινεῖν, οἷα ἑκάστῳ δεῖ· τοὺς μὲν ἐπαινοῦντα, τῶνδε δὲ δεόμενον· ὀργῇ δὲ μηθένα μετιέναι τῶν τυχόντων ἀνθρώπων. ἀθυμότεροι γὰρ εἶεν ἄν. εἰ δέ τινας δεῖ μετιέναι ἀμελοῦντας καὶ ἀκοσμοῦντας, τοὺς τὰ πλεῖστα κεκτημένους, καὶ ἐν τῇ πόλει δυναμένους μάλιστα μετέχοντας. εἴη γὰρ ἄν τι τοῦτο καὶ τοῖς ἄλλοις παράδειγμα. ἐν οἷς δὲ καιροῖς ἕκαστα τούτων δεῖ παρεῖναι, ἐν τοῖς Ἀκούσμασι γέγραπται. Χερμάδια δὲ μὴ ἐπιτρέπειν ἀκαίρως ἀφιέναι· παρεσκευάσθαι δὲ, ὅπως καὶ τὰ ἀφέντα ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐν νυκτὶ ἀναλέγηται ὧδε. καταπρεμαννύειν χρὴ ἐν κοφίνοις ἄνδρας κατὰ τοῦ τείχους, οἵτινες ἀναλέξουσιν· οὕτως δὲ ἄνδρας χρὴ τοὺς ἀναλέξοντας τὰ χερμάδια ἀναβαίνειν εἰς τὸ τεῖχος κατακρεμασθέντων - - - - - - ἢ ταῖς ἐκ τῶν σχοινίων κλίμαξι πεποιημέναις. Ταύτας δισσὰς εἶναι τὸν ἀριθμὸν τοῖς ἀναλέγουσιν ἀνθρώποις, ὅπως, ἐὰν τινες πονῶσι, ταχὺ ἀναβαίνωσι. πύλας γὰρ μὴ ἀνοίγεσθαι νυκτὸς, ἀλλὰ ταῖς τοιαύταις κλίμαξι χρῆσθαι, καὶ ἄν τινα βούληθε.

ti, obuios appetent. Qui de muro pugnant, variis hortatibus pro cuiusque meritis ſunt excitandi: alios laudabis, alios rogabis: ira vero neminem inferioris fortis proſequeris; quippe alacritatem pugnandi hoc illis pacto imminueris. quod ſi propter negligentiam aut immodeſtiam in aliquos oportuerit animaduertere; in eos potius, qui plurimum poſſident, et qui in ciuitate plurimum poſſunt, animaduertito. ſimul enim alios quoque exemplo terrueris. quibus autem potiſſimum temporibus horum vnumquodque debeat vſurpari, in libro Auditarum narrationum eſt expoſitum. Saxa manualia vt temere iaciantur, permittendum non eſt. quo autem iacta interdiu poſſint noctu legi, hoc apparatu eſt vtendum. impoſitos cophinis viros funibus demittere oportet, qui conjecta ſaxa ſint collecturi. quo etiam pacto, poſtquam ſaxa fuerint collecta, eos viros conſcendere moenia oportet; cophinis iterum per funes demiſſis, aut ſcalis in eam rem vtendum, e funibus confectis: quas quidem ſcalas haberi a collectoribus binas conuenit; vt ſi nonnulli eorum aliquid offenderint, protinus aſcendant. nam portae quidem noctu aperiendae non ſunt; ſed ſcalis huiusmodi vtendum, ſi vſus poſtulauerit.

39. Χρὴ δὲ πολιορκουμένους καὶ τὰ τοιαῦτα τεχνάζειν. ἐν ταῖς πύλαις, καὶ εἰς τὸ ἔσω μᾶλλον μέρος ὀρύξαντα τάφρον,

39. Praeterea obſeſſos dolis hoc genus vti par eſt. In porta, et quidem in parte interiore, foſſa percutienda, tranſitu hinc atque hinc relicto. exeant de-

ἔνθεν

ἔνθεν καὶ ἔνθεν πάροδον λιπόντα· ἔπειτα ἐπεξελθόντας τινὰς ἀκροβολίζεσθαι καὶ προσάγειν τῶν πολεμίων, ὥστε συνδραμεῖν εἰς τὴν πόλιν. τοὺς μὲν οὖν ἐκ τῆς πόλεως καταφεύγοντας, εἰς τὴν πόλιν χρὴ ἔνθεν καὶ ἔνθεν παρὰ τὰς λελειμμένας παρόδους εἰστρέχειν. τοὺς δὲ τῶν πολεμίων συνειστρέχοντας εἰκός ἐστι, μὴ προειδότας τὴν τάφρον, ἅμα τε καὶ κεκρυμμένης οὔσης, εἰσπίπτειν καὶ φθείρεσθαι ἔσω τῆς πόλεως ἐν τῷ καιρῷ - - - τούτων δὲ εἶναι συντεταγμένους τινὰς ἐν ταῖς διόδοις, καὶ πρὸς τοῖς ὀρύγμασι πυλῶν χώραις - - - - ἐὰν δὲ πλείονες τῶν πολεμίων ἐπεισφέρωνται, καὶ βούλει αὐτοὺς ἔχειν, χρὴ ἡτοιμάσθαι ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ μεσοπύλου * πύλη πυλῶν ὡς παχυτάτων καὶ σεσιδηρῶσθαι αὐτήν. ὅταν οὖν βούλει ὑπολαβεῖν τοὺς εἰστρέχοντας πολεμίους, ταύτην ἀφιέναι ὀρθήν. καὶ αὐτή τε - - - τοὺς πολεμίους σχήσει μὴ εἰσιέναι. ἅμα δὲ καὶ τῶν ἐπὶ τῷ τείχει βαλλόντων τοὺς πρὸς ταῖς πύλαις πολεμίους. χρὴ δὲ τοῖς φίλοις ἀεὶ προειρῆσθαι, ἐάν ποτε αὖθις πολέμιοι συνεισπίπτωσιν, ὅπη τῆς πόλεως συναθροισθήσονται, ὅπως τῷ τόπῳ οἱ φίλοι διαγινώσκωνται. οὐ γὰρ ῥᾴδιον, μιγάδας τε ὄντας μεθ' ὅπλων καὶ μετὰ θορύβων συνεισπίπτοντας διαγινώσκεσθαι. ἤδη δὲ τοῖς θρασυνομένοις τέλεον, καὶ

inde milites pauci, qui velitatione facta hostem alliciant, vt vna cum ipsis fugientibus in vrbem irrumpat. igitur oppidanis, qui intra muros fuga se recipient, per vias hinc inde ad transeundum relictas ingrediendum erit. at hostes, qui neque antea quicquam de fossa cognouerint, neque praesentem videbunt, quippe superpositis rebus quibusdam occultatam, irruituros, atque intra vrbem perituros, suadet ratio. illo vero tempore per oppidi vias et pro fossa armatorum partem stare dispositam, est necesse. Si plures hostes se inferant, et volueris eos in potestate habere; portam *cataractam* de proiectura suspensam, quae mediae portae desuper incumbit, praeparabis, e lignis crassissimis compactam; atque eadem ferrata esto. quoties igitur irruentes hostes libitum erit excipere, portam hanc recta deiicito: haec enim et ingressis exeundi facultatem eripiet, et ne plures possint introire impediet, quum praesertim, qui stant super muros, portis appropinquantem hostem telis petant. Semper autem oppidanos et qui ab illis stant praemonitos esse oportet, si per vim denuo inimici irruperint, in qua parte vrbis congregari omnes debeant, vt etiam loci discrimine amici a ceteris dignoscantur. alioquin difficile, vt misti e pluribus gentibus homines, qui cum armis et tumultu irruperint, sese inuicem agnoscant. Non defuere, qui plane iam audacter se

προσπε-

προσπελάζωσι τῷ τείχει ἐγγύτερον τοῦ προσήκοντος, νυκτὸς ἢ μεθ' ἡμέραν, βρόχους ἡμέρας μὲν κρυφαίους κατεσκεύασαν, νυκτὸς δὲ ἀκρύπτους· οἷς προσβαλλόμενοι ἀκροβολισμοῖς τὸν εἰσπεσόντα ἀνασπάσουσιν. ἔσω δὲ ὁ μὲν βρόχος, ὅπλου ὡς ἰσχυροτάτου· τὸ δὲ ἕλκον, ἐπὶ δύο πήχεις ἅλυσις, τοῦ μὴ διατμηθῆναι· τὸ δ' ἄλλο, ὅθεν ἕλκουσι, χοίνου. ὅλως δὲ ἔσω κατακρέμαται καὶ ἀνασπᾶται ὅπλοις ἢ κηλωνείοις. οἱ δὲ πολέμιοι, ἐὰν διατέμνειν ἐπιχειρῶσι, πρὸς ταῦτα πάλιν οἱ ἔσωθεν κηλωνείοις χρῶνται καθιέντες, ἵνα μὴ διατέμνηται. αἱ γὰρ ἁλύσεις πρὸς τὰ τοιαῦτα πραγματώδες καὶ δυσμεταχείριστον, ἅμα δὲ ἀλυσιτελές.

inferenti hosti et propius muros succedenti, siue noctu, siue interdiu, laqueos praepararent, per diem quidem occultos; quo inimicos velitationibus quum pertraxissent, irretitos laqueis trahebant. is laqueus e fune validissimo confici debet: pars autem illa, quae trahet, catena esto duum cubitorum, ne abscindi queat. reliqua pars, quam apprehendunt, qui hostem trahunt, e fune erit. omnino enim captus hostis aut praeualidis funibus, aut tollenonibus intra vrbem suspensus trahitur. si hostes vincula resecare conentur: rursus obsessi tollenonibus vtuntur, et *impedituros ne praecidantur* demittunt. catenae enim ad talia, operosa res, aegre tractabilis, et simul inutilis.

40. Ἂν ᾖ ἡ πόλις μεγάλη, καὶ μὴ ἱκανοὶ ὦσιν οἱ ἐν τῇ πόλει ἄνθρωποι περιΐστασθαι ἐν κύκλῳ τὴν πόλιν, τοῖς δὲ ὑπάρχουσι θέλῃς αὐτὴν διαφυλάξαι· χρὴ τῆς πόλεως ὅσα ἂν ᾖ εὐπρόσοδα οἰκοδομεῖν ὕψει ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, ἵνα, ἄν τινες τῶν πολεμίων ἢ λαθραίως ἢ βίᾳ ἀναβῶσιν, ἐν ἀπειρίᾳ γενόμενοι, μὴ δύνωνται καταπηδᾶν ἀφ' ὑψηλῶν. ἀλλὰ ἅπασι μὴ ἔχοντες ὅπῃ καταβαίνωσι· παρὰ δὲ τὰ ᾠκοδομημένα ἔνθεν καὶ ἔνθεν φυλασσόντων ὑπαρχόντων ἀνθρώπων, ἵνα τοὺς καταπηδῶντας ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν διαφθείρωσιν. Διονύσιος δὲ πόλιν ὑπο-

40. Si vrbs magna fuerit, neque suffecerit numerus inclusorum ad illam in orbem cingendam; volueris tamen oppidum ea, quae adest hominum copia defendere: oportet in illis locis, qua facilior patet aditus, moles quasdam altas exstruere ex iis rebus, quae ad manum aderunt, vt, si qui hostium vel vi vel clam conscenderint, consilii inopes desilire e locis sublimibus nequeant; sed praecluso descensu nullam prorsus *viam destinata perficiendi inueniant.* porro ad latera molium exstructarum disponuntur vtrimque praesidia, pro copia hominum, quae suppetet, vt, si qui ex alto desilierint, eos occidant. Diony-

χείριον ποιησάμενος, ἀνδρῶν τῶν ἐν τῇ πόλει τεθνηκότων, τῶν δὲ πεφευγότων, ἠθέλησε κατασχεῖν· ἦν δὲ μείζων ἢ ὥστε ὑπὸ ὀλίγων φυλάσσεσθαι. ἐπιμελητὰς μὲν οὖν τινας μετ' ὀλίγων ὡς ἐνεδέχετο - - - - τῶν δὲ ἐν τῇ πόλει τὰ μέγιστα δυναμένους οἰκέτας συνῴκισε τῶν δεσποτῶν τὰς θυγατέρας, καὶ γυναῖκας, καὶ ἀδελφάς. οὕτω γὰρ ἂν ᾤετο μάλιστα πολεμιωτάτους ἔσεσθαι τοῖς δεσπόταις καὶ αὐτῷ πιστοτέρους. Σινωπεῖς δὲ πρὸς Δαταμᾶν πολεμοῦντες, ἐπεὶ ἐν κινδύνῳ ἦσαν, καὶ σπάνει ἀνδρῶν, τῶν γυναικῶν τὰ ἐπιεικέστατα σώματα μορφώσαντες, καὶ ὁπλίσαντες ὡς ἐς ἄνδρας μάλιστα, ἀντὶ ὅπλων καὶ περικεφαλαίων τούς τε κάδους καὶ τὰ ὁμότροπα τούτοις δόντες χαλκώματα, περιῆγον τοῦ τείχους ᾗ μάλιστα οἱ πολέμιοι ὄψεσθαι ἔμελλον, βάλλειν δὲ οὐκ εἴων αὐτάς· πόῤῥωθεν γὰρ κατάδηλος βάλλουσα γυνή. ποιοῦντες δὲ ταῦτα, τοὺς αὐτομόλους ἐφύλαττον, μὴ διαγγελθῇ. ἐὰν δὲ θέλῃς ἐπὶ τῷ τείχει περιόδους πλείους φαίνεσθαι, χρὴ περιιέναι ἐπὶ δύο ἔχοντας τὰ δόρατα, τὸν ἕνα στίχον ἐπὶ τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ, τὸν δ' ἕτερον ἐπὶ τῷ δεξιῷ. καὶ οὕτω φανοῦνται εἰς τέσσαρας· ἐὰν δὲ τρία περιίωσι, τὸν μὲν πρῶ-

ſius, vrbis cuiusdam potitus, quum oppidani partim mortui eſſent, partim aufugiſſent, retinere eam in poteſtate volebat. quoniam autem maior ea erat, quam vt a paucis cuſtodiri poſſet; curatores quosdam e ſuis cum paucis e ciuibus, qui reperiri potuerunt, oppido praefecit. vt quisque autem ciuis plurimum in ciuitate potuerat, huius ſeruis filias, vxorem, ſorores, nuptum dedit. rebatur enim Dionyſius, hoc pacto ſe conſecuturum, vt heris hoſtes infeſtiſſimi euaderent, ſibi amiciſſimi. Sinopenſes, cum Datama bellum gerentes, vbi iam in periculum res erat adducta, viris deficientibus, mulieres, quarum erant ad hoc inceptum accommodatiſſima corpora, concinnarunt, et ad inſtar virorum quam maxime fieri poterat armarunt. armorum, ſiue clypeorum loco et galearum, cados et ſimilia his vaſa ex aere iis dederunt. deinde mulieres per illas maxime partes murorum circumduxerunt, vnde illas hoſtes erant conſpecturi: ceterum tela iacere eas non ſinebant; mulier enim iaciens vel e longinquo ſpatio ſeſe prodit. atque haec cum facerent Sinopenſes, ne per transfugas res emanaret, diligenter cauebant. Si volueris plures in muro circitores apparere; binos in circuitione procedere oportet, ita diſpoſitos, vt vnius ordinis milites ſuper humero ſiniſtro haſtas gerant, alter ſuper dextro. ita videbuntur eſſe quatuor. Si terni circumeant,

τον

τον ἄνδρα ἐπὶ τῷ δεξιῷ ὤμῳ ἔχειν τὸ δόρυ· τὸν δ' ἕτερον, ἐπὶ τῷ ἀριστερῷ, καὶ οἱ ἄλλοι κατὰ ταυτά. καὶ οὕτω φανοῦνται εἷς, δύο. περὶ δὲ τροφῆς ἀσίτου, καὶ ὧν σπάνις ἐν πολιορκίᾳ, καὶ ὑδάτων, ὡς δεῖ πότιμα ποιεῖν, ἐν τῇ Παρασκευαστικῇ βίβλῳ δεδήλωται. ἐπεὶ δὲ ταῦθ' ἡμῖν εἴρηται, περὶ ναυτικῆς τάξεως δίειμι.

primus ſuper dextro humero haſtam habeto; alter ſuper ſiniſtro: eadem ratio in ceteris ſeruanda. hoc pacto vnus vir ſpeciem duorum praebebit. De alimentis, frumento, et ceteris, quibus ad tolerandam obſidionem eſt opus; item quomodo aquae ad potum aptae reddi queant, in libro de apparatibus eſt expoſitum. Atque his ita declaratis, de claſſis diſpoſitione dicere aggrediar.

Περὶ τοῦ ναυτικοῦ στρατεύματος.

Ναυτικοῦ δὲ στρατεύματος δύο εἰσὶ στόλοι.

Λείπει πολλά.

F I N I S.

Ἑνὶ καὶ μόνῳ Θεῷ δόξα καὶ χάρις.



Populi,

Populi, viri, loca, in exemplis ab Aenea allatis nominatim memorata.





ISAACI CASAVBONI
IN
AENEAM NOTAE.



ακτικὸν) Graeci τακτικὴν dixerunt illam partem ſcientiae militaris, quam qui tenent, acies inſtruere norunt. Aelianus θεωρίαν τακτικὴν appellat. huius artis peritos proprie τακτικὰς vocarunt. hoc ſenſu accipi vox iſta in hac ἐπιγραφῇ non poteſt. plane enim de ordinanda acie hic non agitur. Fortaſſe ſcribendum, τοῦ τακτικοῦ, vt intelligatur Aeneas eorum vnus fuiſſe, quos veteres vocabant Tacticos; quales erant Xanthippus Lacedaemonius, de quo Polybius libro primo, et Theodotas Rhodius, de quo Lucianus in Zeuxide ſiue Antiocho, et alii. Si nihil mutemus, τακτικὸν idem erit atque στρατηγικόν. nam etſi vere Xenophon dixit παιδείας libro primo, ὅτι μικρόν τι μέρος εἴη στρατηγίας τὰ τακτικά· obtinuit tamen, quod docemus alibi, vt latius haec vox accipiatur, et ad vniuerſae militaris diſciplinae peritiam extendatur. Sic Leonis imperatoris libri de re militari in nonnullis codicibus ita inſcribuntur, τῶν ἐν πολέμοις τακτικῶν σύντομος παράδοσις: in aliis aliter, vt dicemus ad caput VII. Tres igitur erunt huius commentarii inſcriptiones, hoc modo exponendae. TAKTIKON. idem eſt ac ſi στρατηγικὸν dixiſſet, quem fuiſſe indicem vniuerſi operis, oſtendimus. Sed integrum quidem opus τακτικὸν vel στρατηγικὸν ὑπόμνημα ſimpliciter inſcribebatur: partes vero ſingulae, non ſimpliciter, ſed cum adiectione proprium argumentum indicante. iccirco ſequitur hic, ΚΑΙ ΠΟΛΙΟΡΚΗΤΙΚΟΝ, ad ſignificandum, pertinere hunc

commentarium ad eam partem Strategici, quae erat de obſidionibus. Porro obſidionalis materiae duo ſunt loci: nam aut qui obſident praeceptis inſtruuntur, aut qui obſidionem patiuntur. Πολιορκητικὰ proprie dicuntur, quae obſidenti ſcribuntur, cuiusmodi ſunt Apollodori Poliorcetica, quo in libro machinae ſcalaeque deſcribuntur obſidentibus aut inuadentibus vtiles. Sed videtur Aeneas partem vtramque huius argumenti ſeparatis ſcriptionibus tractaſſe: quarum alteram tantum hodie habemus, quae praecepta complectitur obſeſſis conuenientia. Propterea adiectum eſt in hac epigraphe, ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΩΣ ΔΕΙ ΠΟΛΙΟΡΚΟΥΜΕΝΟΝ ΑΝΤΕΧΕΙΝ. In Leonis Augusti Πολεμικῶν παρασκευῶν conſtitutione XV, quae περὶ πολιορκίας inſcribitur, vtraque pars ſeparatim explicatur. Extat etiam in chriſtianiſſimi regis bibliotheca eiusdem argumenti liber eximius Philonis mechanici, harum rerum peritiſſimi, in quo de fabrica turrium, murorum et aliarum munitionum primo agitur: deinde tolerandae obſidionis dantur praecepta: poſtremo tentandae oppugnationis rationes docentur. Similis ex parte diſpoſitio apud Flauium Vegetium in eius πολιορκητικῷ: quae prior pars eſt libri quarti: In Iulii Frontini Strategematicon libris, tertius totus eſt πολιορκητικός. cuius prima XI. capita exempla continent, quae oppugnandis vrbibus vſui ſint: reliqua ſex, quae obſeſſos inſtruere poſſint.

Ad cap. I. Appellat Aeneas σωμάτων σύνταξιν ordinationem oppidanorum et quem Tactici vocant λοχισμὸν, centuriationem et relationem in numeros: quare etiam ipſe verbo λοχίζειν vtitur. Sed illa conſcriptio exercitus, de qua Aelianus ceterique Tactici, tunc habet locum, quando ſuſcipitur expeditio, et εἰς τὰ ὕπαιθρα eſt prodeundum. in hac συντάξει et ciues, et quicumque alii in vrbe obſidenda remanſuri ſunt, recenſentur, deſcribuntur, et in corpora varia diuiduntur; quibus certa munia curanda attribuuntur: et ſinguli armis ceterisque rebus neceſſariis ad mandatam prouinciam exſequendam, inſtruuntur: quae omnia Aeneas verbis σύνταξις et συντάττεσθαι hic intelligit. Primo igitur in duas partes vniuerſa multitudo diuiditur; τῶν ἐκπορευομένων, quibus eruptiones in obſidentem hoſtem faciendae mandantur, et τῶν τειχηρῶν, qui intra muros defenſioni vrbis vacant. deinde haec pars in varias claſſes diſtingui-

ſtinguitur. Non poterat Aeneas aliunde commodius ordiri, quam ab hoc praecepto, ad ſeruandam εὐταξίαν et confuſionem vitandam prorſus neceſſario: vt valde mirer, poſteriores ſcriptores, cum Graecos tum Latinos, qui in eodem argumento ſunt verſati, nullam huius rei mentionem feciſſe. Tangit tamen aliqua ſaltem ex parte Leo Conſtit. XV. 14. vbi certos homines ad certa miniſteria iubet deſtinari. Ἀφορίσεις δὲ, inquit, καὶ τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς ἐπὶ ἑκάστῃ χρείᾳ ἰδιαζόντως ἐργάζεσθαι καὶ κάμνειν τοῖς πόνοις ὀφείλοντας. καὶ δεῖ ὁρίσαι, τίς ποίαν χρείαν ποιεῖν ὀφείλει. atque hoc praeceptum dat Leo non obſeſſo, verum obſidenti.

Τὰ δὲ τειχήρη καὶ * πολιτοφυλακῆς ὄντα, π.) Appoſuimus aſteriſcum voci deprauatae in regio codice. Scribendum, τὰ δὲ τ. καὶ πρὸς πολιτοφυλακίαν ὄντα, *pars illa, quae intra muros manet, ac ciuium cuſtodiae eſt deputata.* Vox militiae eſt πολιτοφυλακεῖν aut πολιοφυλακεῖν, *praeſidio vrbem tenere.* ſiue τ Polybius legationum tmemate ſexto. πολιτοφύλαξ, vt λιμενοφύλαξ apud hunc cap. XXIX. etſi autem τ inſerto ſemper legitnr in regio πολιτοφυλακεῖν et πολιτοφύλαξ; proprie tamen diſſerunt πολιοφυλακεῖν et πολιτοφυλακεῖν· illud eſt vrbem cuſtodire; hoc ciues obſeruare et ab iis cauere. ſed haec proprietas non ſeruatur. in ſecundo politicorum et quinto πολιτοφύλακες στρατηγοῖς adiunguntur, ſuntque illi, quibus vrbis cuſtodia eſt commiſſa.

Πρῶτον μὲν οὖν αὐτὸν ἀπονεῖμαι δεῖ τ.) Scribe αὐτῶν. id eſt, ex numero virorum, qui praeſidio vrbi ſunt futuri, quos τειχήρεις modo vocauit.

Οἱ περὶ τοὺς ἄρχοντας ἔσονται.) Conſilium militare intelligit; de quo multa notamus in commentariis ad Polybium. Exemplum huius praecepti habes apud Liuium libro XXIV, in rebus turbatis Syracuſanorum.

Εἶναι δὲ αὐτοὺς εὔνους καὶ τοῖς καθεστηκόσι πράγμασι ἀρεσκομένους.) vide infra capite X. vbi de hoc ſummae prudentiae praecepto pluribus agitur. opponuntur his quos vocat Aeneas τοὺς ἀντιπροθυμουμένους. in idiotiſmo noſtro vocamus *les mal contens.* Polybius libro primo τοὺς καχεκτοῦντας καὶ κινητικούς. ad quem locum de cauſſa eximii praecepti huius et vſu fuſe diſſeruimus.

Ad cap. 2. Saepe factum eſt, vt vrbs, quam hoſtis repentina inuaſione occupauerat, quaeque iam plane capta videbatur, oppidanis, vel in arcem, vel in alium locum

munitum, aut qui muniri poterat, ſeſe recipientibus, atque impetum in hoſtem facientibus, victores repelleret et ſe liberaret, quod non accidiſſet, niſi locus fuiſſet vbi conſiſterent ciues, et animos ex fuga colligerent, et vnde in aduerſarios erumperent. haec ſunt loca, quae Graeci *ὁρμητήρια* ſignificantiſſima voce appellant, vt docuimus ad primum librum Polybii. qui libro II. Romanum Coſ. Flaminium grauiter reprehenſum ait fuiſſe, quod in ordinanda ſuorum contra Inſubres acie, nullum a tergo locum vacuum ad ſe recipiendum, ſi vis maior vrgeret, reliquerat. Hic igitur quaerit Aeneas, vtrum ſit melius plures eiusmodi *εὐρυχωρίας* et areas vacuas eſſe in vrbe obſeſſa, an dumtaxat vnam. Afferuntur in vtramque partem rationes et exempla. Dubitandi cauſſa eſt, quia ſaepe euenit, vt quae res ſaluti nonnullis fuit, eadem aliis perniciem afferat: iccirco omnes arces et munitiones ancipitis vſus eſſe, dicebat Polybius in fragm. T. III. p. 243. Porro appellatione *εὐρυχωριῶν* intelliguntur fora, plateae, theatra et ſimilia his alia loca. vide cap. III. Sed et murorum quaedam ſunt *εὐρυχωρίαι*. Philo in Poliorcetico: *τῶν δὲ τειχέων ἁπάντων αἱ ἐκθέσεις καὶ ἐγκλίσεις καὶ τὰ ἐπικάμπια καὶ αἱ εὐρυχωρίαι ἁρμοττόντως τοῖς ὑπάρχουσι τόποις λαμβάνονται.* eiusmodi areae in ſtructura murorum ſunt, quae noſtris dicuntur, *plate formes.*

Λακεδαιμόνιοι δὲ Θηβαίων ἐμβαλόντων.) Anno altero Olympiadis CII. cum Laconicam Epaminondas inuaſit, notiſſima hiſtoria.

Φασὶ δὲ καὶ τοῖς ἐκ τῶν ἱερῶν χαλκοῖς τρίποσιν, ὄντων καὶ πολλῶν καὶ μεγάλων, χρησάμενοι.) Notat vt rarum et obſeruatu dignum, etiam vaſa ſacra, vt tripodes diis conſecratos, ad obſtruendos aditus, aut complendas foſſas fuiſſe adhibitos. Egimus ea de re multis ad iſta Polybii verba e libro primo, *χώσας φορμοῖς ἀχύρων σεσαγμένοις τὰς τάφρους.* Cornelius Tacitus hiſtoriarum libro IV. de oppugnatione Capitolii, quo Sabinus fuerat compulſus. *Faces in prominentem porticum iacere, et ſequebantur ignem. ambuſtasque Capitolii fores penetraſſent, ni Sabinus reuulſas vndique ſtatuas, decora maiorum, in ipſo aditu vice muri obieciſſet.*

Πλαταιεῖς δὲ ἐπεὶ ᾔσθοντο νυκτὸς ἐν τῇ πόλει Θηβαίους ὄντας.) Res geſta anno altero Olympiadis LXXXVII. Lego Thucydidem initio libri II. Diodorum Siculum libro XII.

Ὡς δ' αὔτως καὶ κατὰ τῶν ἄλλων πάντων θελημάτων) κατὰ pro ἐπὶ; quod auctoris idiotiſmum eſſe puto, non librarii mendum. et θέλημα pro deliberatione et conſilio. alius dixiſſet potius θεώρημα, aut πρόβλημα, vel σκέμμα. ſed Aeneas etiam in ſequentibus eam vocem vſurpat.

Ἵνα μὴ ἀπερισκέπτως τι ἕτερον αἱρῆσαι.) Scribendum αἱρήσαιο: vel αἱρήσαις; pro quo Attici αἱρήσειας.

Ad cap. 3. Etiam hoc caput pertinet ad σωμάτων σύνταξιν, de qua in primo eſt actum. ibi praecipiebat Aeneas ciuitati, quae proſpiciens futuram obſidionem, mature ſuis rebus poteſt conſulere. huius vero capitis duae ſunt partes. prior in eorum ſcripta eſt gratiam, qui ἀσύντακτοι quum ſint et incompoſiti, ſubito atque repentino iamiam imminentis inuaſionis nuntio turbantur. docet qua ratione vrbs, quae deſcriptionem et σωμάτων σύνταξιν antea non fecerit, commode diſponi ad reſiſtendum hoſti queat. in altera parte rationem affert Aeneas, qua fieri poterit, vt vrbs aliqua numquam imparata, neque inhabilis ad reſiſtendum hoſti inuadenti, deprehendatur. Ratio autem illa eſt: ſi pacis tempore vrbis ſpatium in certum ῥυμῶν ſiue vicorum aut regionum numerum deſcribatur; et ſingulis regionibus ῥυμάρχαι, hoc eſt, praefecti regionum, aut magiſtri vicorum praeficiantur; ad quos tumultu exorto vniuerſae ῥύμης habitatores cum armis accedant; vt ſinguli rhymarchae ſuae praefecturae viros in locum ſibi attributum ad cuſtodiendum, puta, forum vel theatrum, vel aliquam plateam, deducant.

Εἰς ὃν ἕκαστοι τρόπον ἐλθόντες τῶν συλλεγέντων ἐπὶ τὰ τείχη ἀποστέλλουσι.) Deeſt aliquid perficiendae ſententiae. Scribo, τῶν συλλεγέντων τινὰς ἐπὶ τὰ τείχη ἀπ.

Ad cap. 4. Sicut ſignorum in bellis varius et multiplex eſt vſus; ita genera eorum plura a Tacticis ſunt enumerata. vocalium, quae voce aut ſcripto eduntur: vt teſſerae et illa πλατεῖα et ξυλήφια de quibus Polybius libro VI. ſemiuocalium; quae tuba, buccina, cornu, aut hodierno more, tympanis, dantur. mutorum; atque horum duae ſpecies; ordinaria et perpetua, σημεῖα proprie dicta, vt aquilae, dracones, vexilla, labarum. extraordinaria et πρόσκαιρα, inter agendum dari ſolita; quae Graeci Tactici παρασυνθήματα nominant; vt cum flagello aut manu aliquid ſignificatur, aut agitatione veſtis: aut per noctem flammis,

per diem fumo, vel excitato puluere. vnde eſt illa diſtinctio, cuius etiam hic auctor meminit, συσσήμων ἡμερινῶν καὶ νυκτερινῶν, ſignorum diurnorum et nocturnorum. In hoc libro tria ſunt de ſignis capita. tertium hoc, quod περὶ συσσήμων inſcribitur; XXIV. quod περὶ συνθημάτων, et proxime illud ſequens, quod περὶ παρασυνθημάτων. Vox σύσσημον generalis eſt, et ad omnia ſignorum genera poteſt extendi. σύσσημον enim eſt omne ſignum, de quo inter duos pluresue conuenit. Docet hic Aeneas, quoties vrbs aliqua obſidetur, diligenter ſignorum dandorum inſtitutum in omni inceptione, et vt ipſe loquitur κατὰ τὰς ἀθροίσεις καὶ τὰς πέμψεις, ſiue cogantur in vnum copiae intra muros, ſiue foras mittantur, eſſe obſeruandum, quo poſſint inimici ab amicis dignoſci. tum autem appoſitis exemplis ob oculos ponit, quantum in neglectu ſignorum ſit periculi; dum ignoratione veri ad inimicos ceu amicos acceditur, aut ſimili modo peccatur.

Ἔφερε πῦρ ἐν γαςρήνῃ.) Non dicit in quem vſum ferret hunc ignem: vtrum ad calefaciendum ſe; qui mos eſt tenuiorum: atque ita mulierculas, quae in foro ſtationem habent, vt olitrices, et alias, item mendicos cernere hodieque eſt, velut portatiles focos circumgeſtare: an vt in ſecando vecte portae illo igne aliquo pacto vteretur. capite x. honeſtiores ciues excubitum miſſi ferunt ſecum alii lucernas, alii taedas aut faces, alii laternam: ignis in teſta nulla ſit mentio. γαςρήνη, aut fortaſſe γάςραινα, vox idiotiſmi Aeneae, pro γάςρα; eſt vas capacius in fundo, quam circa labra: vel eſt ὁ πυθμὴν γαςροειδὴς σκεύους, vt ollae fictilis fundus.

Ἔλαθε νυκτὸς τὸν μοχλὸν διαπρίσας.) Vide infra, cap. XVI.

Καὶ δειξάμενος ταῦτα τοῖς ςρατιώταις.) Legendum omnino cenſeo, καὶ δεξάμενος ταύτῃ τοὺς ςρατιώτας. *noctu*, inquit, *nemine animaduertente, vectim portae diſſecuit: et per apertam portam milites admiſit.*

Ὡς πρὸς φίλους αὐτοὺς ἕκαςος δοκῶν ὕςερον παραγίνεσθαι.) elegantiſſime, tanto ſtudio, ait, ad hoſtem feſtinabant, vt non poſſent ſibimet ipſis ſatisfacere; ſed ſeſe increparent ſinguli tamquam ceſſatores, et qui omnium vltimi ad ſuorum (erant autem inimici) agmen forent acceſſuri.

Τὰ

Τὰ ἀποστελλόμενα ἐκ τῆς πόλεως.) id eſt, τοὺς ἀποστελλομένους. locutio in hiſtoricis et re militari frequens. τὰ πεζικὰ, pro αἱ πεζικαὶ δυνάμεις. ſic τὰ ναυτικὰ, τὰ ἐπιβατικὰ, et id genus alia.

Μετὰ συσσήμων ἀποστέλλεσθαι καὶ ἡμερινῶν καὶ νυκτερινῶν.) Simile praeceptum apud Leonem Conſt. xv. 79. cum in aliqua munitione praeſidium collocatur, vt hoſtium impetum moretur, tradenda illis eſſe ſigna, quibus vtentes et noctu et interdiu ſui ſtatus ſignificationem dare queant. Δώσεις δὲ σημεῖον τοῖς ἐν τῷ ὀχυρῷ τόπῳ ἀποκλεισθεῖσι, τί μὲν ἐν τῇ ἡμέρᾳ, τί δὲ ἐν τῇ νυκτὶ ὀφείλουσι ποιεῖν, δι' οὗ φανερὸν ἔσται σοι ἐν ποίᾳ εἰσὶν οἱ ἀποκλεισθέντες καταστάσει.

Ἐπὶ δὲ πρᾶξιν πορευθέντων καὶ πέμπειν τινας γνωσομένους.) Lego γνωρισομένους. plane ita poſtulante ſententia, quae haec eſt. quoties cohors aliqua pluresue in expeditionem mittuntur, adiungendos eſſe certos homines, quibus non aliud curae ſit, niſi vt quae emiſſis acciderint, aut quae ipſi fecerint, oppidanis ſignificent. hoc ſi feciſſent Megarenſes, cladem quae ſtatim narratur non accepiſſent.

Πεισιστράτῳ γὰρ Ἀθηναίων στρατηγοῦντι.) Vetuſtiſſima hiſtoria eſt, et quae iuuene Piſiſtrato accidit. nam Piſiſtratus bello contra Megarenſes ductu ipſius geſto, eam gloriam erat conſecutus, quae duci victori aditum ad tyrannidem patefecit. iccirco ait Herodotus de occupata tyrannide loquens, πρότερον εὐδοκιμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας γενομένῃ στρατηγίῃ. Ceterum Aeneae narratio cum verbis Iulii Frontini conferenda libro iv, capite vltimo. *Piſiſtratus Athenienſis, quum excepiſſet Megarenſium claſſem, qua illi Eleuſin noctu applicuerant, magnaque edita caede eorum vltus eſſet ſuos, eadem quae ceperat nauigia Athenienſi milite compleuit, quibusdam matronis habitu captiuarum in conſpectu locatis. qua facie decepti Megarenſes, tamquam ſuis, et cum ſucceſſu renauigantibus, effuſi obuii, inermesque rurſus oppreſſi ſunt.*

Ὁ δὲ Πεισίστρατος ἀκούσας προσενέδρευσε.) Melius προενήδρευσε. *antequam appellerent Megarenſes, ſe cum ſuis in inſidiis collocauit.*

Ἀπήντων πολλοὶ τῶν Μεγαρέων αὐτὰ συναρχίαι.) *prodierunt obuiam cum alii Megarenſium multi, tum magiſtratus omnes ſimul.* συναρχίαι, pro οἱ ἄρχοντες ὁμοῦ, vetus eſt Helleniſmus. Ariſtoteles Politicorum libro iv. cap. xiv. ἐν ἄλλαις πολιτείαις βουλεύονται αἱ συναρχίαι συνιοῦσαι.

Καὶ μετ᾽ ἐγχειριδίων ἀποβάντες, τοὺς μὲν καταβαλεῖν.) cum praecedentibus ista non cohaerent: de Pisistrato enim et Atheniensibus dicuntur. deinde infinitiuus καταβαλεῖν, verbum aliud deesse arguit. ac fortasse pluscula desiderantur in regio. Lego, ὁ δὲ ἐκέλευσε, μετ᾽ ἐγχειριδίων ἀποβάντας, τοὺς μ. *Pisistratus suis imperauit, vt cum pugionibus egressi in terram, obuios Megarenses partim prosternerent, partim e nobilioribus quotquot possent in suas naues raperent.* sane verbum ἐκέλευσε vel παρηγγύα aut simile deesse, probant sequentia, καὶ οὕτως ἐπράχθη, de exsecutione rei imperatae dici solita.

Ad cap. 5. Affinis argumenti sunt capita huius libri v, xviii, xix, xx et xxviii. in quibus omnibus de portis vrbis obsessae, vel seris clauibusque illarum agitur; et de periculis, quae obsessos manent, nisi huic parti summa prudentia atque vigilantia prospexerint: cuius rei exemplis referta est omnis qua vetus qua recens historia. Docet hoc capite Aeneas, portae alicuius custodiam nemini esse credendam, qui duas istas non habuerit conditiones: vt sollertia iudicioque valeat; ne facilis sit stratagemate aliquo decipi ab iis, qui vel portam occupare voluerint, vel milites, aut arma, aut literas clam in vrbem inferre: de quibus periculis plura deinceps dicentur Aeneae: item, vt in re sit non angusta, sed potius diues. nota ratio est ex Aristotelis Politicis, neque tacet Aeneas. Leo imperator Constit. xv, 57. breuius hoc, et minus accurate: καὶ τὰς πύλας δὲ τῆς πόλεως πιστοῖς ἀνδράσι δεῖ παραδοθῆναι. Fidis, ait, hominibus portas vrbis oportet tradere. atqui parum est ad illa, quae dicebamus cauenda, fideles esse τοὺς πυλωροὺς, nisi etiam sollertia, iudicium, et rei bellicae vsus accedant.

Καὶ ἀγχίνους καὶ μὴ ὑπονοεῖν δυναμένους ἀεί τι τῶν εἰσκομιζομένων.) Omnino tollenda est negatio; aut eius loco substituenda vox εὖ vel similis. Sunto, inquit, portarum custodes sollerti et acri ingenio viri: quare? *quo possint omnia, quae in vrbem importabuntur, suspectare.* hoc est, suspectando fraudem detegere et arguere, si quae forte subsit. vide caput xxix. cum duobus sequentibus. δύνασθαι ὑπονοεῖν τι, concise dictum, pro δύνασθαι ἐξ ὑπονοίας τεκμαίρεσθαί τι. suspicio est siue suspicacitas, quae animum prudentis aduertit: inuentio autem rei latentis et occultae, ἀγχινοίας et acu-

et acuminis ac iudicii eſt opus. Fortaſſe autem deeſt praepoſitio περὶ ante illa τῶν εἰσκομιζομένων.

Οἷς ἐνέχυρα ἐν τῇ πόλει ὑπάρχει· τέκνα καὶ γυναῖκας λέγω.) huius non ſemel monet Aeneas. Vide Polybium ſuper fidei pignoribus grauiter diſſerentem initio libri VIII.

Λεύκων δὲ ὁ Βοσπόρου τύραννος.) De Boſporanis regibus, vel, ſicut Aeneas, Ariſtoteles et alii nominant, tyrannis, olim ad ſeptimum Strabonis quaedam obſeruauimus, et eius imperii τὰς διαδοχὰς expoſuimus. Leucon hic, cuius multa mentio apud veteres, quemque dilaudauerat Chryſippus, anno IIII. Olympiadis XCVI. mortuo patre regni ſucceſſionem creuit.

Ad cap. 6. Hoc capite Aeneas docet, obſeſſam vrbem, vel quae inibi eſt vt obſideatur, diligenter curare debere, vt locis opportunis diſpoſitos habeat ſpeculatores, quos Graeci ἡμεροσκόπους appellant. Inter vigilum et excubias agentium ordines, re et nominibus diuerſos, σκοποὶ ſiue κατάσκοποι et ſpeculatores cenſentur; qui ad ſecuritatem vrbis aut caſtrorum in ſublimibus ſpeculis, vnde ſit in longinqua conſpectus, ſtationes habent. Hi, vt quantum eſt Φυλάκων, diſtinguuntur in diurnos et nocturnos; item eos, qui extra munitiones in ſublimi aliquo loco poſiti ſpeculantur, et agrarias faciunt. hos Aeneas etiam σκοποὺς vocat, vt paſſim hiſtorici, vel σκοπὰς, vt Xenophon. ea eſt generis appellatio omnibus ſpeculatoribus communis. in militia Xenophontea ſpeculatores ſuum praefectum habent, quem σκοπάρχην appellabant. Hemeroſcopis affines erant, vt extremo capite monet auctor, πυρσευταὶ, ſpecularum incenſores, de quorum miniſterio et ingenioſa arte ad decimam Polybii hiſtoriam copioſe diſſeruimus. Affines etiam fuere olim hemeroſcopis hemerodromi, quos propterea Liuius, Graeca quum verteret, *ſpeculatores* ſimpliciter nominat. differebant tamen, vt mox dicemus. Hoc capite explicat Aeneas, in conſtituendo hemeroſcopo, et loco ad ἡμεροσκοπεῖον eligendo, quae ſpectari debeant: quae item hemeroſcopi ſint munia.

Χρὴ δὲ καὶ ἡμεροσκόπους πρὸ τῆς πόλεως καθιστάναι, ἐπὶ τόπῳ ὑψηλῷ.) Collocabantur hemeroſcopi, vel in arte factis ſpeculis, vel in locis natura ſua editis. In III, Hellenicorum Xenophontis ſpeculatores conſcendunt μνήματα et πύργους, tumulos monumentorum, et turres in vſum ſpecula-

 cula-

cularum excitatas. aſcendebant et ſummos colles aut montium vertices, vnde poſſent data ſigna percipi, interdum et arbores pro ſpeculis erant. in quinto Polyaeni, Archebius Heracleota tubicinem ad ſpeculandum in arbore collocat.

Ἡμεροσκοπεῖν δὲ ἐφ' ἑκάστῳ χωρίῳ τρεῖς τὸ ἐλάχιστον.) Ternos minimum hemeroſcopos ſpeculatum mitti praecipit. More Romano excubiae e militibus quatuor conſtabant, vt oſtendit Polybius libro ſexto. in Graecorum hiſtoriis quinos ac denos, id eſt, πεμπτάδας et δεκάδας ſingula interdum φυλακεῖα capiebant, apud Xenophontem in ſexto παιδείας decem in ſpecula obſeruant: ἡμεῖς ἐσμὲν μία δεκὰς, οἱ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σκοπῇ. In diſciplina militari Auguſtorum Mauricii et Leonis aliorumque eiusdem aetatis Tacticorum, eorum qui extra vrbem aut caſtra vigilias agunt, plures ſtationes collocantur. quaedam vallo et munitionibus admouentur propius; aliae ſubmouentur longius. propiores octonum militum iubentur eſſe, et ἐσώβιγλα appellantur; quaſi dicas interiores vigilias: remotiores, quae ἐξώβιγλα, ceu exteriores vigiliae dicuntur, quaternum: iccirco etiam τετράδιον, id eſt, quaternionem, vocabant. quod ſi ternas vigilum aut ſpeculatorum ſtationes, vel etiam plures pro vrbe aut caſtris collocarent, ſemper id ſeruatum, vt quo propior vallo eſſet ſtatio, eo plurium eſſet hominum. Leo conſtitutione XVII, 100. Τὰς δὲ σκούλκας ἢ βίγλας ἐν τοῖς ἀναγκαίοις καιροῖς μὴ ποίει ἁπλᾶς ἀπὸ ἑνὸς μέρους, ἀλλὰ διαφόρους καὶ ἀλλεπαλλήλους κατὰ τὴν τοῦ τόπου θέσιν, καὶ ἀπὸ διαστήματος. mox; καὶ τοὺς μὲν ἐν τῇ πρώτῃ βίγλᾳ ὄντας, ὀλιγωτέρους ποίει, τοὺς δὲ μετ' ἐκείνους ἐν τῇ δευτέρᾳ, πλείους, καὶ τοὺς ἐν τῇ τρίτῃ ἔτι πλείους. In ſexto παιδείας ſpeculatores κατέχουσι σκοπὰς ἄλλας πρὸ ἄλλων. erant igitur ſpeculae plures, aliae citeriores, aliae vlteriores: quae proprie προφυλακαὶ dictae, et qui in illis ſtationibus προφύλακες, de quo plura capite XXII.

Ὅπως μὴ δι' ἄγνοιαν δοξάζον τι ὁ σκοπὸς) Scribe δοξάζων. *opinans.* at neutro genere δοξάζον eſſet pro δοκοῦν.

Πάσχουσι δὲ ταῦτα οἱ ἄπειροι τάξεων καὶ πολέμου.) recte: ſed et qui rei militaris peritiſſimi habentur, ſi ſint meticuloſi, faciunt idem. nam etiam iſti ſaepe, quod non viderunt, pro viſo renuntiant, vt de P. Conſidio Caeſar obſeruat. et ſunt multa ſimilia exempla.

Ὁ δὲ

Ὁ δὲ ἔμπειρος γνὰς τὴν τῶν πολεμίων παράταξιν.) Lege constitutionem Leonis XVII. in cuius posteriore parte de hoc speculatorum officio et industria erudite admodum disseritur. Leoni κατάσκοποι sunt exploratores, qui mercatorum fere habitu castra et vrbes hostium adeunt: αἱ βίγλαι, vel οἱ βιγλάτωρες, aut βιγλεῦται, sunt vigiles aut speculatores, qui in hosticum non mittuntur. eruditus interpres, qui harum vocum differentias non obseruat, multa confundit.

Εἶναι δὲ τὰς ἡμεροσκόπας καὶ ποδώκεις, οἳ ὅσα μὴ οἷά τε διὰ σημείων δηλῦν, ἀλλ' αὐτ.) Obserua hemeroscoporum duplex fuisse officium; prius, vt inde e specula signum darent rei sibi visae. id autem signum vel fumo, vel agitatione vestis, interdum et tuba, vt modo dicebamus e Polyaeno, dabatur; aut simili alio modo, de quo inter mittentes ac missos conuenerat. ignis vero istis nullus vsus, qui interdiu specularentur. altera officii pars erat, vt si quid incidisset, quod signis conuentis exprimere non possent, nuntium ipsi deferrent. Propterea Aeneas hic exigit etiam pernicitatem pedum. Atque ita eueniebat, vt qui prius fuerat ἡμεροσκόπος, fieret ἡμεροδρόμος. proprie tamen hemerodromi cursores erant et statores principum, quibus ipsi pro tabellariis vtebantur. vide Suidam et librum de mundo, qui Aristoteli adscribitur.

Ἄριστον δὲ, ἱππασίμων ὄντων, καὶ ὑπαρχόντων ἱππέων, ἱππέας συνείρειν.) Etiam in militia Romana cum equitum tum peditum stationes pro munitionibus agrarias faciebant; sed, vt videtur, separatim. hic vero Aeneas in eadem statione hemeroscoporum peditibus equites adiungit. nam id est συνείρειν; coniungere et συνάπτειν. ratio autem manifesta: nam illis tantum erant equi vtiles, qui a remanentibus in specula, ad deferendum nuntium mittebantur. Erat autem eiusmodi stationum mos; vt frenatis equis equites diem totum perstarent. quem morem apud Romanos correxit Paulus Aemilius, vt scribit Liuius libro XLIV.

Σύνθημα δ' αὐτὰς ἔχειν ἓν καὶ τὸ αὐτό.) Satis clarum e ratione subiecta, mendum his verbis inesse. Aut igitur negatiue concipienda oratio, hoc pacto; ἔχειν ὐχ ἓν καὶ τ. habento, inquit, speculatores isti, qui foras prodeunt, tesseram non eandem cum vrbanis custodibus, sed diuersam et sibi propriam: vel plura verba desunt: quam sententiam in vertendo sumus secuti.

Ad

Ad cap. 7. Quemadmodum caſtra ſi recte ſunt conſtituta, quod Vegetius ait, et probat Polybius libro ſexto, quaſi ciuitatem muratam videntur ſecum portare; ita vrbem, quam hoſtis vicinus premit, caſtrorum imaginem iure dixeris. non enim aliis fere inſtitutis vrbes defenduntur, quam illis ipſis in quibus nititur ſalus caſtrorum. quare ſolet Aeneas praecepta ſua vrbis caſtrorumue defenſioni promiſcue accommodare, vt cap. XXII. et aliis locis. Eiusmodi eſt, quod hic praecipit de ſigno ſub occaſum ſolis ter dando; primo, vt qui per agros ſparſi ſunt, in vrbem ſeſe recipiant: iterum, vt eadem hora coenent omnes, illis videlicet exceptis, quos vigiliarum ſtationes tunc tenent: tertio, vt a coena excubitum ſimul mittantur, quorum is fuerit dies. Sic ἐν ταῖς ἀνασρατοπεδείαις, cum diſcedebatur e caſtris, ter ſignum dari fuiſſe ſolitum conſtat. Vide Polybium lib. VI. c. 38. loquitur quidem ibi Polybius de Romanis: ſed et veteres Graecos iam inde a temporibus Aeneae eodem more fuiſſe vſos, ex eorum hiſtoriis fuſe ibi probamus. de more vero clangendi buccina ad coenandum, plura dicemus, deo dante, ad Polybii lib. VI. c. 34.

Ἐπειδὰν δὲ τέτοις σημανθῇ ἀπιέναι, ἕτως τοῖς ἐν τῇ πόλει δειπνοποιεῖσθαι.) *vbi vero iſtis ſignum datum fuerit, vt in vrbem proficiſcantur, tum iis, qui in vrbe ſunt, coenae ſumendae dandum eſt ſignum.* Suppleo enim orationem imperfectam, et lego δεῖ σημαίνειν δειπνοποιεῖσθαι. quamquam verbum δεῖ ſaepius omittit noſter, more Graecorum.

Ὡς δὲ δεῖ τῦτο γίνεσθαι καὶ ὡς αἴρειν τὲς Φρυκτές.) Videtur dicere, ea de quibus modo locutus eſt ſigna, facibus et πυρσεία edi fuiſſe ſolita: quod non ita eſt. nam ante noctem concubiam et tenebras obortas fruſtra faces accendantur. atqui ante illam horam vigilias locatas eſſe, et illa omnia ſigna fuiſſe edita oportuit. Refero igitur haec verba ad iſta, in fine capitis ſuperioris poſita; *praecipiendum eſt hemeroſcopis, vt ſigna, quibus ipſi vtuntur, ſic interdum attollant, quomodo ſpecularum incenſores ſuas faces ſolent.* cum iſtis plane, quae hic dicuntur congruunt; *quod quo pacto fieri oporteat, et vt faces ſint attollendae, in libro de apparatibus belli dictum eſt.* Mirum tamen quis caſus haec ita ſeparauerit. Sed huiusmodi traiectionibus ſaepiſſime peccatum in antiquorum libris ſaepe queſti ſumus. Vide animaduerſionum in Athenaeum librum V. cap. XXV.

Ἐν

Ἐν τῇ παρασκευαςικῇ βίβλῳ πλειόνως εἴρηται.) Partem hanc fuiſſe Strategici ab Aenea compoſiti, antea oſtendimus. Quoniam autem in cognitione eorum, quae ad bellicos apparatus pertinent, non minima militaris ſcientiae pars eſt poſita; iccirco multi e veteribus eo titulo ſcripta bellica ediderunt, vt Philo vetuſtus ſcriptor, de cuius Poliorcetico mentionem ante fecimus. In eo libro auctor loquens de fontium aquis, hoſte adueniente veneno inficiendis, ita ſubiicit; τίνα δὲ ταῦτά ἐςιν ἐν τοῖς παρασκευαςικοῖς ἡμῖν δεδήλωται. Iulii quoque Africani opus eruditum, cuius etiam ante meminimus, in noſtro codice inſcribitur, πρὸς πολεμίους παρασκευαὶ· in aliis, πολεμικῶν παρασκευαί. in regio Κεστοὶ; de qua inſcriptione et auctoris aetate multa alibi diſſerimus. Leonis etiam Auguſti libri militares in codicibus melioribus hunc prae ſe ferunt indicem, πολεμικῶν παρασκευῶν διατάξεις κ. at in XII. conſtitutionis Leoninae titulo, προπαρασκευὴ πολέμου, aliud eſt: nam ibi πόλεμος pro μάχῃ ponitur, et pugnam ſignificat. ſic apud Iulium Africanum νυκτοπόλεμος, legitur pro νυκτομαχία, pugna nocturna, cuius rationes explicat cap. LXX. et ita voces illas Graeci Latinique ſcriptores etiam antiqui confundunt, ſed haec obiter.

Ad cap. 8. Duo genera conſiliorum hoc capite non explicantur, ſed ſtrictim attinguntur, tamquam expoſita ante in libro de bellorum apparatibus. Prius eſt illorum, quae ſuſpicienda ſunt, vt aduenienti hoſti aditus aut omnino praecludatur, ſiue ille terra, ſiue mari veniat, aut certe quam difficillimus reddatur. qua de re nonnihil praecipitur cap XVI. alterum eſt eorum, quae iniri debent, quo omnis hoſti praeripiatur vtilitas earum rerum, quae in agris relinquuntur, quaeque natura ſua plurimum vtilitatis ad belli incepta valent afferre. vt aedificia, ligna, pabula, et omne eſculentorum poculentorumue genus, aut aliorum commeatuum. Aeneas ait, omnia, quae iſtiusmodi ſint, aut de medio eſſe tollenda, vt non compareant ad hoſtis aduentum, aut corrumpi et inutilia reddi debere. Multa in Poliorceticis Graecorum ſuper hoc argumento leguntur, quae nunc praetermitto.

Πρῶτον μὲν τὴν χώραν δυσεπικατασκευάζει.) Lego, τὴν χώραν δεῖ δυσεπίβατον κατασκευάζειν.

Και

Καὶ τὰς ποταμὰς δυσδιαβάτες.) Traiectio amnium difficilis redditur deiectis pontibus, aut castellis ad transitum inaedificatis et praesidio firmatis: aut etiam sepimento in ipsis aquis structo e cratibus, aut trabibus intertextis. posterior Graecia λέσσας aut λέσας id genus munitionum appellauit. Constantinus imperator in institutione Romani F. capite penultimo, de Simeone principe Bulgariae loquens, qui classem Constantinopolitanam Turcos in Bulgariae fines transmittere conantem, impediit. Οὗτος ὁ Συμεὼν ὁ ἄρχων Βυλγαρίας, μαθὼν τὴν τῶ πλωΐμε πρὸς τὸν ποταμὸν ἄφιξιν, καὶ ὅτι μέλλει τὸ πλώϊμον τὰς Τέρκες κατ' αὐτῶ περάσαι, ἐποίησεν λέσας, ἤτοι πλοκὰς ἰχυρὰς πάνυ καὶ ϛερεμνὰς, ὥϛε μὴ δύνασθαι τὰς Τέρκες ἀντιπερᾶν. in aliis scriptis Graecorum λαισὰς aut λαίσας appellari obseruo crates, et quae vetustiores dicebant γέῤῥα. Lessis Constantini similia sunt φράγματα portuum, quorum mox facit mentionem Aeneas. de quibus omnibus multa obseruamus in commentariis Polybianis.

Καὶ πλείες.) Efficiendum vt pro amne vno plures transire opus sit hostibus, prius quam ad vrbem accedant. vt si ex vno Nili alueo plures deriuentur, et nouae fossae percutiantur; aut si quantum aquarum circumsurgentibus iugis oritur, in vnum alueum vertatur, atque is hosti obiiciatur. Simili stratagemate Germani opera Caecinae obruunt apud Tacitum libro I. annalium.

Ὡς δεῖ ἀχρεῖα ποιεῖν, ἢ φθείροντα' ἀφανίζειν.) Non displiceat, ἀχρεῖα ποιεῖν φθείροντα, ἢ ἀφανίζειν. capite XXI. vbi haec repetuntur verbum φθείροντα omittitur; τὰ ἐν τῇ χώρᾳ ὡς δεῖ ἀφανίζειν, ἢ ἀχρεῖα ποιεῖν τοῖς ἐναντίοις. In Anonymi Poliorcetico ita praecipitur. Θερίζειν δεῖ δὲ καὶ τὰς χώρας, κἂν μήπω πρὸς θερισμὸν ἔφθασαν· καὶ προαφανίζειν πᾶσαν χρείαν πρὸς δύο ἢ τριῶν ἡμερῶν διαϛήματα, ἐ μόνον ἀλόγων, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων· ἵνα καὶ ἐν τέτῳ δυσθυμήσωσιν οἱ ἐχθροὶ, πόνον περὶ τὴν δαπάνην ὑπομένοντες.

Ad capp. 9. et 10. Congeruntur hoc et sequenti capite praecepta plurima et vtilissima, quibus tunc est vtendi tempus, cum hostis superatis omnibus impedimentis, propius muros accedit, et vrbs serio obsideri incipit.

Ὡς ὑπαρχέσης τινὸς αὐτοῖς πράξεως εἰς τὰς πολεμίες.) *Tamquam ipsi molitionem aliquam in hostem parent.* sed in his et similibus locutionibus militarium scriptorum, πρᾶ-

ξις

ξις proditionis ſignificationem habet. vnde πραξικοπεῖν, vox Polybii, proditione vrbem capere, aut tentare. ſic infra cap. XXII. τὰ πρασσόμενα, *conſilia et coitiones proditorum.*

Διαγγελθέντων οὖν τούτων εἰς τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων ἢ τὴν πόλιν.) Vrbem intellige, non eam cuius obſidio paratur; ſed vicinam aliquam, vnde profecturi ſint, qui obſidionem moliuntur.

Τοῖς δὲ πολεμίοις Φόβον ἐμπαρασκευάσεις ἐπὶ τῆς αὐτῶν ἠρεμῶν.) *Aduerſariis terrorem incuties, in agro ipſorum quietus manens.* abſurda ſententia, et quae nullo pacto ſuperioribus cohaereat. probabilius ſit, ἐπὶ τῆς σαυτοῦ ἠρεμῶν, *quum interim domi maneas.* ſed non dubito ſcribendum, ὥς' ἐπὶ τῆς αὐτῶν ἠρεμεῖν. *adeo vt in ſua ipſorum terra ſint quieturi.* conſilio videlicet inchoandae obſidionis omiſſo aut ſaltem intermiſſo.

Ὑπεκτίθεσθαι εἰς τοὺς προσοίκους.) Solent qui ad tolerandam obſidionem ſeſe comparant, omnem inermem atque inutilem turbam, vt ſenes decrepitos, liberos tenerioris aetatis, vxores, aegrotos et ſimiles perſonas in amicam vrbem transferre, tantiſper ibi cuſtodiendas: quod ὑπεκτίθεσθαι hic dicitur. Euripides in Hecuba ὑπεκπέμπειν et λάθρα ἐκπέμπειν. Virgilius, *furtim mandarat alendum.* proprie ὑπεκτίθεσθαι eſt clam periculo eximere; vt in Electra Sophoclis; ἥτις ἐκ χερῶν Κλέψασ' Ὀρέστην τῶν ἐμῶν ὑπεξέθου. Sed hic monet Aeneas, etiam iumenta et mancipia, quae in obſeſſa vrbe nulli futura ſint vſui, alio eſſe deducenda. de iis autem potiſſimum loquitur, quae in agris haberi ſolent, et ad villae inſtrumentum pertinent. apparet e ſubiecta ratione; ὡς οὐκ εἰσαξόντων εἰς τὴν πόλιν, *quia introducendi in vrbem poteſtas non dabitur.*

Οἷς δ' ἂν μὴ ὑπάρξῃ ξενία, παρ' οὓς θήσονται, πρὸς τοὺς ἄρχοντας δημοσίᾳ παρατίθεσθαι τοῖς προσοίκοις.) Olim qui in aliquam vrbem peregrinus aduenerat, is tribus modis hoſpitium poterat nanciſci. Prima ratio fuit, per teſſeram hoſpitalem, et illud ius hoſpitii, quod in eum finem cum amicis colebant in multis ciuitatibus. Altera fuit ratio, vbi haec deerat, vt ad πανδοκεῖα et tabernas meritorias diuerterent. Si ne huius quidem rei facultas ſuppetebat, quod nullum eſſet in vrbe πανδοκεῖον, tertia ſupererat ratio, vt ad magiſtratum adirent, et de hoſpitio ſibi prouideri peterent. quod vocabant ξενίαν λαμβάνειν. Plutarchus in Catone

tone Vticensi; τῦτον τὸν τρόπον ἐποιεῖτο τὴν ἀποδημίαν. πρῦπεμπεν ἅμ' ἡμέρα τὸν ἀρτοποιὸν καὶ τὸν μάγειρον, ὅπυ καταλύσειν ἔμελλεν. οἱ δὲ, πάνυ κοσμίως καὶ μεθ' ἡσυχίας εἰσελθόντες ἂν εἰς τὴν πόλιν, εἰ μηδεὶς τύχοι τῷ Κάτωνι φίλος ὢν αὐτόθι πατρῷος, ἢ γνώριμος, ἐν πανδοκείῳ τὴν ὑποδοχὴν αὐτῷ παρεσκεύαζον, ἐνοχλῦντες ὐδενὶ· πανδοκείυ δὲ μὴ ὄντος, ὕτως πρὸς τὺς ἄρχοντας τραπόμενοι, ξενίαν ἐλάμβανον. Simile eſt, quod praecipit hoc loco Aeneas; qui metu obſidionis in alienam vrbem iumenta et mancipia deducunt, amicis hoſpitio ſibi iunctis, commendare illa debere: aut ſi nullos in ea vrbe amicos habeant, magiſtratus eſſe conueniendos, et tectum ab illis petendum. tabernae meritoriae nullam hic facit mentionem; qui tamen in alia re poſt pauca πανδοχέων meminit.

Κατακομίζειν τὰ ἐλεύθερα σώματα καὶ τὺς καρπὺς ἐν τῇ πόλει.) Hoc eſt, εἰς τὴν πόλιν. quam antiptoſin illius aetatis Helleniſmus rarius admittit; recentior creberrime frequentat.

Τάς τε ἑορτὰς κατὰ πόλιν ἄγειν.) Intellige feſta priuatarum ſolennitatum, vt vocat Tertullianus, vel gentilitia, vel alia minoris celebritatis, nec πάνδημα. nam ad feſta vniuerſae vrbis communia agitanda, etiam extra muros procedebant, ſi ita mos patrius poſtularet, vt dicetur Aeneae cap. XVII.

Εἶναι ἐπισκόπησιν, παρ' ὓς οἰθήσεται πρότερον.) Nihil hic mendae, ſed eſt idem loquendi genus, quo paullo ante vtebatur; οἷς ἂν μὴ ὑπάρξῃ ξενία, παρ' ὓς ·θήσονται. ξενία, pro ξένοι. ἐπισκόπησις, pro ἐπίσκοπος. ſimiles multae elegantiae in hoc ſcriptore. ἐπίσκοπος veteribus Graecis dicebatur, quisquis alicui negotio aut loco fuerat praefectus. ſic Cicero, qui initio belli ciuilis orae maritimae a Formiis praeerat, ἐπίσκοπον ſe appellat. E tractatu Anonymi de toleranda obſidione colligimus, fuiſſe olim moris, vt cura et adminiſtratio annonae in vrbe obſeſſa epiſcopo traderetur. ſed hoc aliud eſt genus epiſcoporum: nam ille auctor fuit Chriſtianus.

Στρατιώτας μὴ μιϑῦσϑαι, μηδὲ ἑαυτὸν μισϑῦν ἄνευ τῶν ἀρχόντων.) Hoc quare dicat, ex iis intelligi poteſt, quae capite XIII. dicturus eſt Aeneas. vide etiam ad caput XXII.

Καὶ εὐθὺ αὐτῶν παρῆσθαι.) Scribendum παρῃρῆσθαι. capite XXX. τῶν ἀφικνυμένων ἀνδρῶν παραιρεῖσθαι τὰ ὅπλα. vbi hunc locum reſpicit. Hodie non ſolum in obſeſſis vrbibus mos hic et plures alii, quos hoc loco Aeneas attingit, ſeruantur:

uantur: verum etiam in omnibus oppidis aut arcibus, quae praesidio tenentur. Atque haec militaria instituta, vt et alia non pauca, quae hoc libro commemorantur, vetustissimis illis Graecis fuisse nota, absque Aenea nostro esset, vix hodie sciremus.

Διὰ χρόνου δέ τινος, ὅσοι ἂν ταλαπείριοι αὐτῶν ὦσιν, ἐκκηρύττεσθαι.) *αὐτῶν*, id est, *τῶν ξένων*. Sensus igitur erit; cum in vrbem obsessam fuerint admissi peregrini aliqui, aut milites mercenarii, (nam vtrumque vox *ξένος* significat) per certa interualla temporum eos esse recognoscendos; et omnes, qui facti fuerint bello inutiles, edicto esse extrudendos vrbe. *ταλαπείριος* vox poetica; quo genere dictionum et Plato et ceteri etiam Attici in soluta oratione interdum delectantur. significat hominem calamitosum et miserum, qui mala multa sit passus. apud poetam proprium est erronum et peregrinorum epithetum. *Πολλοὶ δὴ ξεῖνοι ταλαπείριοι ἐνθάδ' ἵκοντο.* hic, vt dixi, eum designat, qui ad belli munia factus est inutilis. eiusmodi homines expelli interest obsessorum: qui neminem libenter alunt, cuius opera ad vrbis defensionem non aliquid conferat. Putet aliquis, pro *αὐτῶν* scribendum esse *ἀστῶν*, vt etiam in ciuibus idem fuisse seruatum intelligatur. sed prior interpretatio recta.

Ταῖς δὲ δημοσίαις ἀφικνουμέναις πρ.) Melius *δημοσίᾳ*.

Οὐ χρὴ ἐν αὐτοῖς τὸν ἐθέλοντα διαλέγεσθαι.) Si menda carent illa verba *ἐν αὐτοῖς τὸν ἐθέλοντα*, sensus est: quoties in oppidum obsessum legati venerint publice aliunde missi, non debere liberum esse peregrinis, qui in vrbe tum fuerint, vt si qui eorum velint, legatos illos alloquantur. *ἐν αὐτοῖς* igitur, *τοῖς ξένοις*, quibus opponit ciues, et quidem *τῶν πολιτῶν τοὺς πιστοτάτους*.

Οἱ μετ' αὐτῶν συντελοῦσι.) An potius *συμμένουσι*?

Τῷ εἰσάγοντι κατὰ πλῆθος τῶν εἰσαγομένων τόκους προκεῖσθαι.) *vt cuius rei inopia in vrbe fuerit, ei, qui magnam illius rei copiam inuexerit, parata sit vsura mercium inuectarum.* quid opus est vsuram illi de publico pendi, qui vendendis mercibus suis magnum lucrum potest facere? Intelligendum, merces illatas non exponi vaenum publice; sed a magistratu legitimo pretio coemi, vt earum distributio publica auctoritate fiat. Vult igitur Aeneas, mercatori praeter omnem pecuniam, quam in emtionem aut vecturam, olei puta, frumentiue impenderit, etiam vsu-

ras eius pecuniae pendi, pro more ciuitatis aut mercatorum.

Τῷ δὲ ναυκλήρῳ ἀνολκὴν καὶ καθολκήν.) hoc eſt, plenum ius immunitatis et ἀτελείας, vt ſiue onuſtas aliquo genere mercium naues adducant in portum, ſiue e portu ſoluant, ne quid eo nomine portorii aut vectigalis τοῖς ἐπιμενισταῖς dependere teneantur. perperam in regio ſcriptum, καθολικὴν, pro καθολκήν.

Καὶ τὰ λύχνα κατασβέννυσθαι.) Ita emendauimus corruptam in regio ſcripturam, καὶ τὰ ἴχνη κ.

Δεσμὸς ἢ ζημία.) Scribendum, ἡ ζημία.

Οἷον καὶ Διονύσιος ἔπραξε. Λεπτίνην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.) Hic eſt Leptines, quem claſſi ſuae Dionyſius aliquando praefecit, et cuius opera multum eſt vſus: quem etiam Diodorus fratrem Dionyſii fuiſſe oſtendit. vt libro XIV. in Olympiade XCVII. ἦν δὲ ὁ στόλος προσπλέων Διονυσίου τοῦ τυράννου, καὶ ναύαρχος ὑπῆρχεν αὐτῷ Λεπτίνης ὁ ἀδελφός.

Ἵνα μὴ ἐφορῶσιν ἐν ταῖς προσαγωγαῖς τῶν πολεμίων τοὺς αὐτῶν παῖδας συμπροσαγομένους καὶ τὰ ἔσχατα πάσχοντας.) Eſt hoc quoque praeceptum magnae prudentiae plenum. Monet Aeneas, fore ex vſu, ſi imminente oppugnatione ſubmoueantur ex vrbe ciues, quorum liberos hoſtis pro obſidibus in poteſtate habet. periculum enim eſſe, ſi hoſtis tormenta vrbi admouens, corpora eorum oppidanis loco pluteorum obiiciat, aut ſi eos torquere incipiat, quo defenſores ad iniquas conditiones adigat; ne parentes ſpectaculi atrocitate victi, prauorum conſiliorum auctores et ſuaſores exiſtant. Reſpicit Aeneas ſtratagema olim magnis ducibus non raro vſurpatum: qui periculo captiuorum aut obſidum ſalutem ſibi aut victoriam quaeſiuerunt. Agathoclem narrat Diodorus Siculus libro XX. appulſa ex inopinato claſſe ad littus Vticenſium, trecentos ciues, et in his nonnullos e principibus ciuitatis, in eorum agris cepiſſe; deinde tormento, quod muris admouebat, eos appendiſſe; vt neceſſe oppidanis eſſet, vel ſuos occidere, ſi vellent vrbem defendere; vel ſi parcerent ſuis, hoſtem intra moenia recipere. Similis hiſtoria apud Ioſephum Ἁλώσεως libro I. cap. II. et apud alios alia. Radeuicus de geſtis Friderici I. imperatoris, lib. II. cap. XLVII. *Effrenatis vero animis Cremenſium princeps obſiſtendum putans, obſides eorum machinis alligatos, ad eorum tormenta, quae vulgo mangas*

mangas vocant, et intra ciuitatem nouem habebantur, decreuit obiiciendos. Seditiosi, quod etiam apud barbaros incognitum, et dictu quidem horrendum, auditu vero incredibile, non minus crebris ictibus turres impellebant: neque eos sanguinis naturalis vinculi communio, neque aetatis mouebat miseratio. Par Rhetogenis constantia in obsidione vrbis Centobrigae bello Celtiberico, apud Valerium Maximum libro v. cap. I. verum haec pluribus alias.

Μεθ' ὧν ὄντες ἐν φυλακῇ μᾶλλον ἔσονται, ἢ φυλάξουσί τι.) Similis cautio proponitur a Leone Augusto, constit. XV, 56. ἐὰν δὲ καὶ διχοστασία ἐστὶ παρά τινων ἐν τῇ πόλει, ἢ τῷ κάστρῳ, δέον εἴη κἀκείνους εἰρηνεῦσαι, καὶ συμμίξαι ἐν ταῖς τοῦ τείχους πεδατούραις τοῖς στρατιώταις. ἐκ τούτου γὰρ οὐδὲ εὐκαιροῦσι στάσιν μελετῆσαι, ἢ κατὰ τοῦ κοινοῦ, ἢ καθ' ἑαυτῶν· ἀλλὰ καὶ δοκοῦντες φυλακὴν τῆς πόλεως πιστευθῆναι, ἐρυθριῶσι νεωτερίσαι. ἢ ἐὰν μὴ τοῦτο, πάντως αὐτοὺς προεξαγαγεῖν ἀλλαχοῦ. in quibus verbis πεδατοῦραι τοῦ τείχους non sunt podismi, sed loca in muris, vel intra muros, vbi stationes vigilum et excubitorum solent collocari. sic areas illas, quae εὐρυχωρίαι dicebantur capite II. et quas a Philone inter partes murorum commemorari ostendebamus, pedaturas cum Leone licet appellare. Alium modum cauendi a suspectis, die praesertim festo, proponit Aeneas capite XXII.

Ὡς εἷς παρὰ τρισί.) Ita emendauimus scripti libri errorem, qui habet, ὡσεὶ παρὰ τρ.

Ἔτι τοίνυν μηδὲ εἰς τὰς κοίτας λαμπτῆρας φέρεσθαι.) Milites, qui ad custodiam nocturnam ibant, centonem fere aliquem, aut impilia secum deferebant, quibus per vacuas horas, cum eorum sors et vices non essent, incubabant, inde κοίτας appellarunt illa loca, vbi erant vigiliarum stationes et φυλακεῖα. sed et castra ita dixerunt, vt ad sextum Polybii fuse probamus. De vsu autem λαμπτῆρος in vigiliis ad danda signa, plura Aeneas capite XXII.

Ἵνα δὲ πρός τί κοιταθῶσι τοῦτον τὸν φεγγαῖον σύσσημον ἐποιήσαντο.) Si vera haec lectio est, ὁ φεγγαῖος idem erit, atque ὁ λαμπτήρ, fax lucens, aut laterna. ego de hac dictione dubito, quam alibi legere non memini. Scribendum vero, ἵνα δὴ πρός τί κοιταθῶσι τοῦτον τὸν φεγγαῖον (aut potius, τοῦτο τὸ φέγγος) σύσσημον ποιήσαιντο. *vt indicio huius facis siue laternae significent hosti, ad quam partem murorum stationem sint nacti.* capite XVIII. quo loco proditorum

rum artes varias auctor describit: ἔτι δὲ καὶ ἢ τῦ τείχυς, καὶ κατὰ τί τῶν φυλάκων λελόγχοι.

Ad cap. II. Iam dictum est, quam sint in vrbe obsessa metuendi, qui in praesente reip. forma non acquiescunt, et rebus nouis student, quos Aeneas ἀντιπροθυμυμένυς appellat. nam hi mutationis cupidi, occasioni semper imminent, quam obsidio, longa praesertim, facile potest illis suggerere. Appellatione autem τῶν ἀντιπροθυμυμένων intelliguntur, tam ciues, quam alii, vt socii et externi, siue mercenarii milites. de quibus omnibus agit Aeneas hoc capite, et duobus proxime sequentibus, quae communi epilogo clauduntur in fine XIII. Hoc igitur capite Aeneas exempla affert consiliorum ex eiusmodi caussa initorum ad mutandum reipub. statum; simul remedia commemorat, quae viri prudentes adhibuerunt, ne quid ciuitas sua detrimenti caperet.

Ῥηθήσονται δὲ ἑξῆς αἱ ἐπιβυλαὶ ἐκ τῆς βίβλυ.) Quid appellat τὴν βίβλον? ego suspicor librum intelligi, quem auctor titulo Ἀκυσμάτων composuerat; de quo vide ad caput XXXVIII.

Χίυ γὰρ μελλύσης προδίδοσθαι.) Refero ad antiquissima tempora, quando erant in populo Chiorum, qui oligarchiae studerent; erant qui democratiae. vnde illae mutationes, de quibus philosophus in quinto Politicorum. illis temporibus multas in illa insula atque vrbe seditiones extitisse, obseruat Aelianus Ποικίλης libro XV. cap. XXV.

Τῶν ἀρχόντων τις συμπροδιδὺς καὶ ἀπατῶν τὺς ἄρχοντας.) Melius τὺς συνάρχοντας. statim ἔπεισε τὺς συνάρχοντας, ἅπερ ἐμ.

Τῦ τε λιμένος τὸ κλεῖθρον εἰς γῆν ἀνασπάσαντας.) Faucibus portus solet claustrum imponi arte varia. fere autem catena ferrea valde robusta ori portus inserebatur, vt de Cyziceno scribit Ammianus libro XXVI. interdum lignea erant haec claustra, vt illud, cuius hic Aeneas meminit, quod sequentia verba ostendunt.

Μελλόντων γὰρ τῶν πλυσίων τὴν δευτέραν ἐπίθεσιν ἐπιτίθεσθαι τῷ δήμῳ.) Postquam Argis nobilissimum et vetustissimum regnum in Melta Lacidis filio esset finitum, democratia obtinuit, cuius multo ante iacta erant fundamenta. auctor est Aristoteles Politicorum libro III. Argis, quemadmodum Athenis, ostracismi institutum esse obseruatum:

ex

ex quo apparet ſequiorem populum vniuerſam remp. obtinuiſſe, et plus pauperes quam diuites potuiſſe. hinc illae diuitum aduerſus democratiam conſpirationes, quarum hoc loco Aeneas meminit. Porro ex his verbis colligitur, duas inſignes extitiſſe Argis coniurationes antequam haec Aeneas ſcriberet. Prior accidit anno tertio Olympiadis nonageſimae, vt narrat Diodorus Siculus libro XII. Eius ſeditionis mentionem facit Ariſtoteles, Politicorum libro V. cap. IV. vbi *γνωρίμȣς* appellat philoſophus, id eſt, nobiles, quos noſter *τȣ̀ς πλȣσίȣς*. Diodorus, *τȣ̀ς κατ' ἐκλογὴν κεκριμένȣς τῶν πολιτῶν χιλίȣς*, quos ait virtute et cenſu ceteris praeſtitiſſe. eum vide in anno priore; quo Argiui eam de Lacedaemoniis victoriam retulerunt, quam ait Ariſtoteles nobilibus inſurgendi et mutandae reip. occaſionem dediſſe. tum igitur inſtituta in vrbe Argiuorum oligarchia; ſed quae diuturna non fuit: octauo enim menſe exacto, ſublata diuitum dominatione, ad populare imperium res iterum rediere. Putamus nos, haut multo poſt illa tempora ſecundam iſtam diuitum conſpirationem contigiſſe, quam hic deſcribit Aeneas. Quum autem ſingulari prudentia popularis magiſtratus conatus iſte diuitum nullum habuiſſet exitum, ſecuta eſt tertia coniuratio eorundem, quae miſeranda caede omnium opulentorum, atque etiam ipſorum demagogorum, (ii popularis ſtatus columina erant) finem inuenit. geſtum hoc anno tertio Olympiadis CII. vt narrat Diodorus. Hanc tertiam coniurationem Aeneas ignorare non potuit, vt quae eius ſaeculo acciderit. quare quod ait de ſecunda ſeditione non ita accipiendum, quaſi duae dumtaxat fuerint.

Εἰπόντα δὲ ἄλλα τέ.) Scribe, *εἰπόντι*, nempe *τῷ τȣ̃ δήμȣ προςάτῃ*, is fuit demagogorum, qui democratiae Argiuorum prora et puppis erant, praecipuus aliquis, et eius ordinis princeps.

*Σὺν τοῖς ὅπλοις πάντας οἷς ἔχει, ἐν τῇ αὐτȣ̃ Φυλῇ * ὄντας ἑκατόν.*) Locum vitii manifeſtum aſteriſco inſigniuimus. Corrigo autem, *ἐν τῇ αὐτȣ̃ Φυλῇ, ἐν ταῖς ἑκατοςύσι*; vel *ἔν τε τῇ αὐτȣ̃ ἑκατοςύϊ.* Ex ſequenti exemplo de exorta apud Heracleam Ponticam ſeditione, cum de ſententia, tum de lectione huius loci poterit conſtare. Auctor huius conſilii propoſitum habuit, ſocietatem diuitum diſſipare: ne ſeorſim a ceteris ciuibus congregati in vnum, reip. ſtatum ſol-

licitarent: iubet igitur, vt adſint omnes in ſua tribu: et quo magis eos diuidat, quemque in ſua centuria praeſto eſſe praecipit. ἑκατοςὺς in partitione ciuitatis eſt, quem Dionyſius Halicarnaſſeus nominat λόχον, Romani centuriam, licet praeciſe numerus centenarius non ſeruetur. quo plures autem erant centuriae, eo magis diuitum potentia infringebatur. Simile ſtrategema politicum, vel vt appellat Ariſtoteles, ſophiſma, in deſcriptione Romani populi in centurias XCIII. obſeruat Dionyſius Halic. libro IV. Notabunt tirones numeri enallagen, huic ſcriptori mire familiarem, cum ait, πάντας οἷς ἔχει· pro ἔχουσι, niſi ſuppleatur vox ἕκαςος. cap. X. καὶ ξένους τοὺς ἐνδήμους μεθίςαθαι. ἢ δὲ ἂν ἄλλη φαίνηται. pro φαίνονται, aut ſcribendum φαίνηταί τις.

Παχέτω τι, τοῦτο δὴ αὐτὸ, ἵνα κ.) Diſtinxeram, παχέτω τι. τοῦτο δ. ſed deeſt verbum. ſcribendum igitur, τοῦτο δ' ἐποίησεν, ἵν.

Παραπλησίως δὲ ἐν Ἡρακλείᾳ ἐν τῷ Πόντῳ οὔσης δημοκρατίας.) E libro V. Politicorum Ariſtotelis ſcimus, fuiſſe quidem Heracleae ad Pontum democratiam: ſed quae multas varietates perſaepe experta, aliquando etiam in oligarchiam fuerit conuerſa.

Οὐσῶν αὐτῶν τριῶν φυλῶν, καὶ τεσσάρων ἑκατοςύων.) Ridicula res, tres tribus in quatuor centurias fuiſſe diuiſas. verum quidem eſt, quod ante dicebamus, ἑκατοςὺν numero centenario ἀποτόμως non definiri, ſed lectionis abſurditatem ea res non tollit. Corrigendum cenſeo, καὶ τεσσαράκοντα ἑκατοςύας. habuit, inquit, Heraclea Ponti tribus tres, centurias XL. ſed aſtu primorum e plebe auctus eſt centuriarum numerus, vt eſſent ſexaginta. Hoc putamus verum, alioquin poteramus Aeneae verba aliter interpretari, vt ſingulae trium tribuum in quaternas centurias intelligantur fuiſſe diſtinctae. Sic Athenis vnaquaeque e quatuor tribubus in tres partes diuidebatur, quas ipſi τρίττυας et φρατρίας aut ἔθνη vocabant. ita fierent omnino ἑκατοςύες duodecim. ſed non fit mihi probabile, ob eam, quae hic narratur cauſſam, priorem centuriarum numerum quintuplo fuiſſe auctum.

Ἐν Κερκύρᾳ δ' ἐπανάςασιν δέον γενέσθαι ἐκ τῶν πλουσίων καὶ ὀλ.) Populum Corcyrenſem factionibus in ſeſe diuiſum, inaudito fere exemplo furoris ſaeuiiſſe interdum in propria viſcera, teſtis eſt hiſtoria Thucydidis et Diodori Siculi, circa

circa illa tempora eum quoque motum accidiſſe, cuius hic Aeneas meminit, arguit Charetis ducis Athenienſium inſerta mentio. hic enim eſt Chares, de quo Xenophon in Hellenicis et omnes illorum temporum ſcriptores. vide Diodorum libro XVI.

Σικύας προβαλλόμενοι, καὶ τομὰς ἐν τῷ σώματι ποιησάμενοι.) Scribendum προσβαλόμενοι. in re cucurbitularum verbum eſt ſignatum προσβολὴ apud medicos, non προβολή. Ariſtoteles libro III. Rhetoricorum; κόλλησιν εἶπε τὴν σικύας προσβολήν. Cratinus, σικύαν ποτιβάλλω σοι. Eſt autem ſtratagematis huius inuentio antiquiſſima, idque a multis vſurpatum iam inde a Piſiſtrati Athenienſis temporibus.

Ἅμα δ' αὐτοῖς εὐθὺς πρ.) Reſtitue diſtinctionem corruptam. ἅμα δ' αὐτοῖς, εὐθὺς προπαρεσκευασμένοι, οἵτε ἄλλοι ςρατιῶται τὰ ὅπλα ἐξηνέγκαντο, καὶ τῶν Κερκυραίων οἱ ἐπιβουλεύοντες. τῶν δ' ἄλλων ἀγν.

Ad cap. 12. Polybius libro primo ad narrationem belli ſocialis Carthaginienſium ſe accingens, ait, ex illius hiſtoriae cognitione, hunc maximum lectores fructum eſſe percepturos, vt diſcant, quid metuere debeant, et cui maxime malo prouidere multo ante oporteat eos, qui milite externo et mercenario vtuntur. Pertinet eodem et capitis huius doctrina. duo enim proponuntur ab Aenea praecepta, circa ſocios et militem conductitium ſeruanda. Prius eſt, vt ſparſim habeantur, neque permittantur vnum corpus per ſe in vrbe conſtituere obſeſſa: altero monet cauendum etiam et etiam, ne maiores auxiliorum vires in vrbem admittantur, quam ſint vrbanae copiae: quod Aeneas appellat ξενοκρατεῖσθαι. deinde appoſitione exemplorum doctrinae ſuae fidem adſtruit.

Χρὴ δὲ συμμάχων εἰς τὴν πόλιν.) Deeſt aliquod verbum, quod ſequentibus iſta connectat. puta, βοηθησάντων, aut ἐλθόντων, vel ſimile. Vbi ferendae opis cauſſa in oppidum ſocii venerint, cauendum eſt, ne ſimul coniuncti maneant, ſed vt diſpergantur per vrbem; eo pacto et iisdem de cauſſis, atque οἱ ἀντιπροθυμούμενοι, id eſt, ciues quorum voluntas erga remp. eſt ſuſpecta, et a quibus quomodo ſit cauendum proximo capite vidimus. Sic exponi debent illa verba, ὁμοτρόπως τῶν αὐτῶν ἕνεκεν τοῖς προειρημένοις.

Οὐκ ἔφασαν οἱ Φρουροὶ ἐπιτρέψειν.) Negarunt ſe id permiſſuros milites praeſidiarii, quos Chalcedonenſes Cyzico acciuerant.

Εἰς πόλιν οἰκείαν μείζω δύναμιν ἐπ' αὐτὸν δέχεσθαι τῆς ὑπαρχέσης τοῖς πολίταις.) Lego μείζω δ. ἐπακτὸν δέχ. eleganter opponit δύναμιν ἐπακτὸν, auxilia exterorum atque accita aliunde, τῇ ὑπαρχέσῃ τοῖς πολ. hoc eſt copiis vrbanis, quae ex ipſis ciuibus conſtant.

Τυραννηθέντες ὑπὸ τῆ εἰσαγαγόντος τὰς ξένες.) Accipio iſta verba, (nec poſſunt aliter) de auctore primo eius tyrannidis, quae temporibus Aeneae apud Heracleotas rerum potiebatur. is autem fuit Clearchus, qui initio Olympiadis CIIII. τὸ γένος ὢν ἐξ Ἡρακλείας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ ἐπέθετο τυραννίδι, ait Diodorus Siculus libro XV. vide Memnonis excerpta.

Ad cap. 13. Etiam hoc capite de milite externo et conductitio agitur. Aperit Aeneas rationem τῆ ξενοτροφεῖν τάχιςά τε καὶ ἀσφαλέςατα καὶ εὐτελέςατα, conſcribendi alendique militis mercenarii citiſſime, tutiſſime et minima impenſa. Id futurum ait, ſi colligendi quidem et exhibendi, ſiue alendi cura ditioribus ciuium demandetur; ipſis vero militibus duces e ciuibus praeficiantur, quorum iniuſſu nihil quicquam illis, ne minimarum quidem rerum, in ciuitate liceat. ſumtus vero a priuatis factos bona fide refundendos eſſe de publico; eo ſolum deducto, quod communi omnium iure tributi nomine aut ἐπιδόσεως, vt Athenienſes vocabant, fuerat praeſtandum. Simile quid Romanos factitaſſe tempore neceſſario docet Polybius T. I. p. 97. et ſaepe Liuius.

Κατὰ δύναμιν ἑκάςῳ παρασχεῖν ξένες.) Verbum παρασχεῖν hoc loco ſignificat, non ſolum exhibere, atque alere, ſed etiam conquirere militem et conducere: quod proprium erat munus eorum, qui dicebantur ξενόλογοι, Romanis conquiſitores ad delectum. at Graecos in eam rem opera priuatorum quandoque vti ſolitos, docent illa quoque verba capitis X. ςρατιώτας μὴ μισθῆσθαι, μηδὲ ἑαυτὸν μισθῆν ἄνευ τῶν ἀρχόντων. vide ad cap. XXII.

Ad cap. 14. Docuit quomodo cauere oporteat ab iis, qui rebus nouandis ſtudent, quod in praeſenti ciuitatis ſtatu non acquieſcant: nunc docet, qua ratione prouideri queat, ne ciues bene alioquin erga publicam rem animati, in odium eius ex priuata cauſſa veniant. tollendum nempe malum, quod ſaepe ciuitates diuidit; cum pars altera omnes diuitias ad ſe trahit; altera aere alieno oppreſſa,

tabulas

tabulas nouas cogitur desiderare. Ex quinto Politicorum, et historia tum Romana, tum Graeca, notum hoc pestis genus.

Καὶ ἐξ οἵων πόνων πορίζοιτο.) Corrigo πόρων πορ. rationes colligendae pecuniae Graeci πόρες, vel πόρες χρημάτων nominant.

Ἐν τῇ Ποριστικῇ βίβλῳ.) Iam diximus, videri librum eundem intelligi, quem saepius nominat τὴν παρασκευαστικὴν βίβλον. fortasse tamen verius est, Aeneam Strategici sui partem aliquam ita inscripsisse, in qua separatim egerat περὶ πόρε χρημάτων, et rationes explicuerat pecuniae in vsum belli expediendae: qua de re in publicis Demosthenis orationibus multa disseruntur. vide Oeconomicorum Aristotelis librum II. qui eo totus spectat.

Δηλωτικῶς γέγραπται.) enucleate scriptum est. δηλωτικῶς, pro σαφῶς aut ἀκριβῶς, est idiotismus auctoris.

Ad capp. 15. et 16 De eruptionibus in hostem faciendis hoc et sequenti capite agitur. Suscipitur erumpendi consilium, vel vltro et certa deliberatione, cum suis viribus ita confidunt defensores, vt ad repellendum hostem obsidentem, vel aliquo damno insigni afficiendum, idoneos se putent: vel ex occasione, aut necessitate cogente; cum hemeroscopi aut pyrseutae vel alii nuntii admonuerint, accurrendum esse ad opem ferendam, et hostem cohibendum; quae proprie Graecis βοήθεια dicitur. nam βοηθεῖν est, ad clamorem oppressorum accurrere, opis ferendae; πρὸς τὴν βοὴν θέειν. hoc eruptionis genus quantis cum periculis sit coniunctum, et quo pacto sit eo vtendum, docet Aeneas.

Ἔπειτα καὶ κατ' ἄλλο * πάθος ὅτως ἐκπέμπειν καὶ * ἐντύχει μέχρις ὃ ἱκανοὶ δοκῶσιν ἐκβεβοηθηκέναι.) Et mutilus est isto loco regius codex, et corruptus. Corrigo et suppleo hoc pacto: ἔπειτα καὶ κατ' ἄλλο πλῆθος ὅτως ἐκπέμπειν, καὶ πάλιν κατ' ἄλλο ἂν τύχῃ, μέχρις ὃ ἱκανοὶ δοκῶσιν ἐκβ. dixit Aeneas; cum ad ferendam opem proditur in hostem, non exeundum esse sparsim et soluto ordine: sed coacta in vnum manu idonea militum, puta vnius cohortis, aut duarum, nunc addit; *deinde aliam item manum cogere oportet, atque ita emittere; ac rursus aliam, si ita contingat, donec videbuntur esse idonei, qui auxiliatum exierint.* πάθος pro πλῆθος ita scripsit hoc loco exscriptor, vt capite XXII. σωμάτων πάθει, pro quo necessario fecimus nos σ. πλήθει.

Ἵνα καὶ ἐν τῇ πορείᾳ ἐχόμενα ᾖ τὰ μέρη μέρος δέῃ βοηθ.) *vt cum in itinere agmen ſit continuum; tum etiam, ſiue per partes, vnam pluresue, opem ferre oporteat, ſiue omnes ſimul; facile coniungi inuicem queant, neque curriculo procul adueniant.* Lego et diſtinguo, ἵνα καὶ ἐν τῇ πορείᾳ ἐχόμενα ᾖ τὰ μέρη· καὶ ἐάν τε μέρη ἢ μέρος δέῃ βοηθῆσαι, ἐάν τε ἅμα πάντα δέῃ, ῥαδίως ὑπάρχῃ συμμίσγειν ἀλλήλοις καὶ μ. Lege Polybium libro quarto de cauſſis differentem acceptae cladis ad Caphyas ab Arato. Sunt in hiſtoriis ſimilium peccatorum nusquam non obuia exempla: et vita quotidiana noua ſubinde ſuggerit, iis quae olim acciderunt plane gemina. Vidimus et nos Allobrogico bello, cladi Abderitanae, quae ſubiicitur ab Aenea, par fere detrimentum ex ſimili cauſſa acceptum: cum vrbs, quam vicinus hoſtis tempore meſſis laceſſebat, ad paruam manum liberandam, quae in periculo verſari nuntiabatur, tota propemodum, ſoluto agmine, vt cuique miſerorum ciuium erat commodum, prorſus σποράδην καὶ ἀτάκτως παραβοηθοῦσα ſeſe citatim effudiſſet.

Μηδὲ τούτους - - - - προεξερευνῶντας.) Scribendum, μηδὲ τούτους ἀφυλάκτως ἀλλὰ προεξ.

Τριβαλλῶν ἐμπεσόντων εἰς τὴν Ἀβδηριτῶν χώραν.) Rem geſtam narrant hiſtorici anno primo Olympiadis CI. vide Diodorum Siculum libro XV. qui tamen aliter paullo rem explicat.

Τοὺς δὲ ὁπλίζοντας.) Scribendum ὁπλίζοντα. niſi eſt numeri enallage, qua tantopere delectatur hic ſcriptor. ſed hic non probem.

Ὅτι τῶν πολεμίων οἱ μετὰ ξυνέσεως καὶ ἐπιστήμης γινόμενοι ἐν πόλει μιᾷ.) Scribo ἐν πολεμίᾳ. *hoſtes, qui cum iudicio et ſcientia bellandi verſantur in hoſtico.*

Τοῖς μὲν ἱππεῦσι προκαταλαμβάνοντας, τ.) Scribe προκαταλαμβάνοντα, vt ſtatim ποιούμενον. praeceſſit enim σοί. corrige etiam diſtinctionem corruptam in regio: τοῖς μὲν ἱππεῦσι προκαταλαμβάνοντα τὰς ἀποχωρήσεις· τοῖς δ' ἐπιλέκτοις ἐνέδρας ποιούμενον, τοῖς δ' ἄλλοις, et ſtatim ἐν τάξει ἄγοντα, non ἄγοντας. niſi quis velit has quoque enallagas, quamuis duras, militari ſtilo auctoris condonare.

Τοῖς δ' ἄλλοις κοῦφως ἐπιφαινόμενον αὐτοῖς.) Ferri poteſt vox κοῦφως. viderint tamen eruditi, num potius ſcribendum ſit κούφοις.

Μὴ

Μὴ πόῤῥω δὲ τῶν προσφθέντων μερῶν.) hoc vult; grauem armaturam, quae ſub ſignis ducitur in hoſtem, non longo interuallo ſeparari debere ab iis partibus aciei, quas dixit eſſe praemittendas. tres autem partes praemiſit; equites, ſelectorum manum, qui ſunt collocati in inſidiis, et leuem armaturam, quae iuſſa hoſtem laceſſere. Haec quum ita ſint, quid ſibi velit dictio προσφθέντων non capio: nam προταχθέντων, aut προπεμφθέντων ſententia videtur poſtulare.

Ἐν οἷς ἄκων μὲν μὴ μαχήσῃ.) Reſtituimus negationem, quae in exemplari regio deſiderabatur, manifeſto errore. Nam ſummi ducis ſumma in eo ſpectatur prudentia, ſi nunquam eo deſcenderit, vbi cogi poſſet contra animi ſententiam pugnae aleam ſubire.

Διὰ ὧν τὰ πρότερα εἰρημένα.) Melius, τὰ πρότερον εἰρ.

Μὴ ἐπικαταλαμβάνειν ἑκουσίως καὶ ἀνυπόπτως.) Videntur deeſſe quaedam verba, perficiendae ſententiae neceſſaria. Aeneae mens, opinor, eſt haec. Si te inſcio hoſtis praedam ex agro tuo abigere praeuertit; non eſſe eum perſequendum eadem via, aut regionis parte eadem, quam ipſe fuerit ingreſſus: ſed in eam quidem partem paucos moratores eſſe mittendos, qui ſpeciem perſequentium praebeant; re vera tamen neminem apprehendant, ſed potius ſubſiſtant, aut etiam fugiant, ſi hoſtis in ipſos ſe conuerterit, fugiant, inquam; ita tamen, vt nullam hoſti ſuſpicionem doli praebeant. ceterum, aliam manum cum idoneis viribus via alia mittendam eſſe, quae citatim contendens, in hoſtium fines prius perueniat, quam onuſtum praeda aduerſariorum agmen. ibi locorum parandas eſſe inſidias, vbi hoſtis de via defeſſus, iam ſecurus, nihil hoſtile cogitans, ſed de curando corpore dumtaxat ſollicitus, poterit opprimi.

Ἀφυκτοτέρως ἂν διακέοιντο.) *incommodius ſe habebunt ad fuga euadendum.* ita poſſumus interpretari vocem regii codicis ἀφυκτοτέρως. ſed verius eſt, ſcripſiſſe Aeneam ἀφυλακτοτέρως *incautius.* negligentiores erunt in cauendo. ſic capite XVII. ἀφυλάκτως διακεῖσθαι.

Κυρηναίους καὶ Βαρκαίους λέγεται.) Inuenimus ſcriptum Κρηναίους. nullum eſt dubium Cyrenenſes intelligi. non ſunt autem Cyrenaei et Barcaei populi diuerſi; nam Barce, vt auctor eſt Strabo, ditionis Cyrenaeorum oppidum fuit. de curribus Cyrenaeorum et Barcaeorum extant lepidi verſus Antiphanis apud Athenaeum; de quibus plura ſcripſimus anim-

animaduerſionum libro III. cap. XXI. Heſychius; Βαρκαίοις ὄχοις. Λιβυκοῖς. οὗτοι γὰρ ἐσπούδαζον περὶ ἱπποτροφίαν. φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ πρώτους ἅρμα ζεῦξαι, διδαχθέντας ὑπὸ Ποσειδῶνος· τὸ δὲ ἡνιοχεῖν, ὑπὸ Ἀθηνᾶς, ὡς Μνασέας ἐν τοῖς περὶ Λιβύης. verba, quae exponit hic eruditiſſimus criticus, ſunt Sophoclis ex Electra.

* Ἤδη πολλαχῇ πολλοὺς εἰσβάλλειν.) Scribo, καὶ ῥάδιον ᾖ πολλαχῇ π. repetenda ſyllaba ρα ex praecedenti voce χώρα, quod mendarum genus eſt vſitatiſſimum, vt ſaepe probauimus.

Χρὴ ὑμᾶς καταλαβεῖν τῆς χώρας τόπους, οὗ.) Si ita ſcripſit, τόπους abſolute dixit, pro τόπους τοιούτους, vel ὑψηλούς. quod autem ſequitur, ἐὰν δὲ μηδὲ ταῦτα ὑπάρχῃ, interpretor, ſi nulla fuerint in agro loca edita, vnde hoſti commode poſſit reſiſti.

Πρὸς τὸ μάχεσθαί τι πλεονεκτικῶς καὶ εὐαπαλλάκτως;* ἔχων τὸ χωρίων) Obſcurus et mutilus locus. Sententiam ita capio. aduentante hoſte, loca edita ad vrbem eſſe occupanda, vt poſſis inde cum tuo commodo et hoſtis incommodo pugnam capeſſere, pugnandique finem facere, habens in tua poteſtate eiusmodi locum, cuius praeſidio confidas, poſſis etiam, cum volueris, in oppidum te recipere. Minima mutatione, niſi grauius mendum ſubeſt, locum ita concinnem: πρὸς τὸ μάχεσθαί τε πλεονεκτικῶς, καὶ εὐαπαλλάκτως, ἔχων τὸ χωρίον, καὶ ὅταν βούλει ἀπιέναι πρὸς τὴν πόλιν.

Καὶ οὕτως ἐμβαλόντες οἱ πολέμιοι εἰς τὴν χώραν πρὸς τὴν πόλιν πορεύονται, καὶ ἄρχειν ὑμ.) Haec quoque oratio ſonat vitium. Scribi poteſt: καὶ οὕτως ἐὰν ἐμβαλόντες οἱ πολέμιοι εἰς τὴν χώραν, πρὸς τὴν πόλιν πορεύωνται, δεῖ ἄρχειν ὑμᾶς τῆς μ. *et hac pacto, ſi hoſtes, fines veſtros ingreſſi, ad vrbem iter inſtituant, oportet vos eiusmodi locis vtentes pro receptaculis, pugna ipſos laceſſere.* cum ait, ἐκ τῶν χωρίων τούτων ὁρμωμένους, perinde eſt ac ſi diceret, locis occupatis vtendum eſſe ἀντὶ ὁρμητηρίων, quae ſunt arces belli et ſedes, vnde, quoties commodum eſt, proditur in hoſtem.

Τοῖς δὲ πολεμίοις ἀσυνήθεις καὶ ἀγ.) Scrib. τοὺς δὲ πολεμίους.

Τῶν γε ἐν τῇ χώρᾳ βουλομένων ἐπιχειρεῖν πρὸς πάντα * ἢ ἀτόλμως καὶ δ.) Et hic locus negligentiam librariorum arguit. Lego; τῶν γε ἐν τῇ χώρᾳ βουλομένων ἐπιχειρεῖν· πρὸς πάντα

πάντα γὰρ ἀτόλμως καὶ δειλῶς διακείμενοι σφάλλοιντο, διὰ τὸ μηδὲν τῶν τοιούτων εἰκάζειν.

Διενέγκοι γὰρ τοῖς ἑτέροις, ὅσον εἰ τοῖς μὲν νυκτός - - - τοῖς δὲ ἡμ.) Verba auctoris diuinare cognita ſententia, non fuerit difficile. hoc vult: inter peritum locorum et imperitum, tantum eſſe diſcriminis, quantum eſſet inter duos pugnam conſerentes, quorum alter noctu, alter interdiu pugnet. quoniam autem ſimile hoc rem ponit plane impoſſibilem, vt duobus inter ſe dimicantibus, eodem momento alteri ſol luceat, alterum tenebrae noctis obcaecent, addit θεραπείαν durioris dicti, *ſi modo hoc fieri poſſet.* Scribendum igitur, διενέγκοι γὰρ ἂν τοῖς ἑτέροις (vel πρὸς τοὺς ἑτέρους) ὅσον εἰ οἱ μὲν νυκτὸς μάχοιντο, ὁ δὲ ἡμέρας· εἰ οἷόν τέ πως ἦ τοῦτο ἅμα γενέσθαι. poteſt etiam ſcribi, οἱ δὲ ἡμέ. vt ſit familiaris Aeneae enallage.

Ταῦτα δὲ οὕτως πράττων, ἀπ.) Mira numeri mutatio, niſi ſcripſit πράττοντες. nam ſequitur ἐπιθεῖσθε et τὰ ἀφ' ὑμῶν.

Ad cap. 17. Coniungendum eſt hoc caput cum iis, quae ante dicta ſunt de earum ciuitatium periculis, in quibus ciues inter ſe diſſident, et pars eorum ἀντιπροθυμεῖται. Monet hic Aeneas, tunc maxime ab eiusmodi factionibus eſſe metuendum, cum ritu quodam patrio effundi extra muros oppidani ſolent. Vt cum ſacra quaedam ſuburbana, aut ſolenne aliquod ludicrum celebratur, aut cum nauibus ſubductis maria clauduntur, aut quando funus alicui publicum ducitur. affert exempla coniurationum ea occaſione factarum. poſtremo, ordinem in illorum ſacrorum celebratione ſeruandum praeſcribit.

Ἐπὶ θεωρίαν λαμπάδος.) Exempli gratia: Athenis extra vrbem in academia certamen λαμπαδηδρομίας peragebatur, quod deſcribit Pauſanias in Atticis. tale quid alias quoque nonnullas e Graeciae vrbibus factitaſſe declarant iſta Aeneae verba; niſi ad populum Atticum reſpiciebat auctor cum haec ſcriberet.

Καὶ ἱπποδρομίας.) velut in eadem vrbe Athenarum; nam ludi curules in academia agebantur; eoque ſpectatum veniebant ſenatus et reliqui ciues. Xenophon Hipparchico; ὅταν γε μὴν ἐν τῷ ἐπικρότῳ ἐν Ἀκαδημίᾳ ἱππεύειν δέῃ, ἔχω τάδε παραινέσαι· et ſtatim, οὕτω γὰρ τὸ ἀσφαλὲς καὶ τὸ καλὸν θεάσεται ἡ βουλή. in eodem libro habes et alias exercitationes equitum et transuectiones, ad quas ſpectandas magna frequen-

frequentia accurrebatur. Insecutis vero temporibus etiam ad circenses more Romano agendos plerasque vrbes Graecanicas circos in suburbiis sibi struxisse, testis est historia.

Ὅσαι γε ἱεροποιΐαι πανδημεὶ ἐκτὸς τῆς πόλεως.) non solum extra muros in suburbiis sacrorum solennia quaedam a multis ciuitatibus agitari olim solita; verum etiam in proximis vicis. vt ab Atheniensibus mystica et Iacchica Eleusine: a Romanis, in monte Albano: ab Antiochensibus apud Daphnen, qui locus quinque millibus passuum distabat ab eorum vrbe: licet προάστειον Ἀντιοχείας diceretur. atque haec sacra neglexisse, inexpiabile scelus censebatur. Similes ritus apud alios populos.

Καὶ σὺν ὅπλοις πομπαὶ ἐκπέμπονται.) ducebantur ab Atheniensibus variae: quasdam describit Xenophon in Hipparchico.

Ἔτι καὶ περὶ τὰς πανδήμους νεωλκίας.) Diem intelligo, quo mare claudebant, nauibus omnibus in terram subductis. eum diem videntur Graeci publica festiuitate insigniisse; quemadmodum natalem nauigationis, cum mare aperiebatur, solenni certamine, publicoque spectaculo multarum gentium celebrari solitum, auctor est Vegetius; quem de vtroque die vide libro IV. cap. XXXIX. meminerunt et Graeci scriptores.

Ἔνι γὰρ καὶ ἐν τοιῷδε καιρῷ σφαλῆναι τοὺς ἑτέρους.) factionem alteram dissidentis ciuitatis vocat τοὺς ἑτέρους.

Ἑορτῆς γὰρ δήμου ἔξω τῆς π.) Sic regius codex; imminuta sine dubio voce: nam verum erat, ἑορτῆς γὰρ πανδήμου.

Καὶ αὐτοῖς * συνηττοῦτο ὅπλα.) An scripserat συνηροῦντο, vel συνανῃροῦντο. *una cum ceteris arma sumserant.* vereor tamen, vt hae coniecturae sint verae.

Ad capita 18. 19. 20. Tribus hisce capitibus, vt iam ante ad quintum attigimuus, de seris, clauibusque portarum agitur. aperiuntur fraudes admitti solitae, cum is, penes quem sunt claues, officio suo negligenter fungitur, et proditoribus doli parandi opportunitatem incuria sua praebet. variae item rationes proponuntur, quibus technae perfidorum possint impediri. Summum vero remedium in fide et diligentia ducis statuitur, cui id curae incumbit: quem opera aliena in claudendis aperiendisue portis vti debere negat praecise: vult enim ipsum per se munus suum exsequi; et quidem, priusquam coenam sumat, ne qua forte

te obliuio aut cessatio interueniat. Clauium cura in Graecorum vrbibus penes στρατηγὲς et praetores erat, aut penes polemarchos; sicut de Aetolis narrat Polybius lib. IV. in Romana militia. Tribunorum munus fuit, claues portarum suscipere, teste Macro lege XII. Digestis, de re militari. Aeneas noster in obsessa vrbe tres claues diuersas cuiusque portae iubet fieri, atque eas totidem ducibus committi, quos non male tribunos appellaueris.

Ἀλλὰ παραδὲς τὴν βάλανον τῷ πυλωρῷ κλεῖσαι κελεύει.) Appellatione βαλάνε intelligit Aeneas συνεκδοχικῶς, quicquid olim deferre secum soliti, qui ad claudendas portas sese accingebant. nam apud veteres longe diuersa claustrorum ratio fuit, atque nunc est, quod nemo ex omnibus antiquis scriptoribus ita manifeste ostendit, atque hic noster, Graeci βαλάνε vocem ad multa transtulerunt, quae formam glandis aliquo modo referrent, et in aliquod foramen immitterentur. In humano corpore quid appellent anatomici βάλανον, et quare, nolo dicere. similem ob caussam et remedii genus pessis affine βάλανον medici dixerunt. etiam in mundo muliebri corallium aut tale quid, e monili collum ambiente (Graeci ὅρμον nominant) dependens, βαλάνε appellatione affecerunt. Aristophanes Lysistrata. Ὦ χρυσοχόε τὸν ὅρμον ὃν ἐσκεύασας, Ὀρχεμένης με τῆς γυναικὸς ἑσπέρας, Ἡ βάλανος ἐκπέπτωκεν ἐκ τε τρήματος. Hesychius; βάλανος, τὰ ἐξηρτημένα τῶν ὅρμων περὶ τὸν τράχηλον. Eadem sine dubio seruata est analogia, cum instrumento claudendi βαλάνε nomen indiderunt. erat enim ferrum breue, quod per μοχλὸν immissum, postibus ipsum μοχλὸν affigebat, et ne amoueri posset praestabat. μοχλὸς lignum fuit vecti simile, quod fores non sinebat aperiri. ideo *obex* Latinis est dictus. vocatur et *sera*. Glossarium, μοχλὸς θύρας, *sera*. appellarunt et *vectem*, vt passim b. Hieronymus et alii sacrae paginae interpretes. Ligneum hunc obicem fuisse docet Aeneas, qui maioris firmitudinis caussa et ne serra posset dissecari, praecipit τὸν μοχλὸν σεσιδηρῶσθαι διὰ μήκες τριχῇ ἢ τετραχῇ, *obicem tribus aut quatuor e partibus muniri laminis ferreis in longum appositis.* hi sunt *ferrati obices* Latinorum. Marcellinus libro XXI. *Alii ferratos portarum obices effringendos adorti, vulgo ignibus petebantur.* Sed et ferreos atque aereos obices fieri olim solitos, vel historia sacra doceat, quae μοχλῶν χαλκῶν ac σιδηρῶν, cum in

in regum libris, tum alibi saepe facit mentionem. hic obex postibus affixus non erat: nam in aperienda porta eum remouebant. Varro de lingua Latina lib. VI. *reserare ab serra dictum, id est aperire, hinc etiam serae, quibus remotis fores panduntur.* Festi verba, nisi commode accipiantur, contrariam continere sententiam videntur; perperam et falso. nam in voce *asserere* ita scriptum. *vnde etiam serae appellantur, quia foribus admotae opponuntur, defixae postibus, quemadmodum ea, quae terrae inseruntur.* Falsum, inquam, est, seras, hoc est, τὸν μοχλὸν fuisse postibus defixum, vt quae terrae inseruntur: id enim non obici, sed pessulo conuenit, vt mox dicemus. Remouere seras Graecis μοχλὸν ἀφαιρεῖν. Plutarch. Pelopida: θεράποντος αἰσθόμενος προϊόντος ἔνδοθεν καὶ τὸν μοχλὸν ἀφαιροῦντος. B. Chrysostomus homilia in Berenicem et Prosdocen: εἰ μὴ συνέθλασε τὸν μοχλὸν τὸν σιδηροῦν, οὐκ ἂν αἱ παρθένοι ἴσχυσαν αὐτὸν ἀφελέσθαι. Propterea monet Aeneas, si quis portam dolo voluerit occupare, eum debere τὸν μοχλὸν ἀφανίζειν, dare operam ne obex vsquam compareat. Interdum non remouendo obicem, sed attollendo, aut in aliam partem torquendo, portam aperiebant; Graecis, παραφέρειν τὸν μοχλόν. Heliodorus libro VI. ἡ δὲ ὡς κατελήφθη χήματος ἐπὶ τὰς θύρας ὁρμήσασα, τόν τε μοχλὸν παρήνεγκε, καὶ πρὸς εἴσοδον τῷ πρεσβύτῃ διέστελλε. Quemadmodum autem vectis fores clausas tenebat, sic vectem, siue obicem, βάλανος continebat: id erat, sicut diximus, ferrum, quod per obicem traiiciebant. Aristophanes Vespis. Ὤθει σὺ πολλοὺς τῶν λίθων πρὸς τὴν θύραν· καὶ τὴν βάλανον ἔμβαλλε πάλιν εἰς τὸν μοχλόν. noster capite XX. ἔπειτα βαλάνους ἐμβάλλεσθαι εἰς τὸν μοχλὸν μὴ ὁμοτρόπους. Narrat Thucydides in secunda historia, tumultuantibus Plataeensibus, quorum vrbem hostis noctu erat ingressus, vnum e ciuibus portam, quam apertam inuenerat, clausisse, iniecto in obicem, loco βαλάνου, ferro cuspidis. quod desigebant in terram cum hastae rectae incumbebant. verba Thucydidis: τῶν δὲ Πλαταιέων τις τὰς πύλας, ᾗ ἐσῆλθον, καὶ αἵπερ ἦσαν ἀνεῳγμέναι μόναι, ἔκλεισε, στυρακίῳ ἀκοντίου ἀντὶ βαλάνου χρησάμενος εἰς τὸν μοχλόν. quid sit βάλανος ita explicat ibi vetus scholiastes: βάλανός ἐστι τὸ βαλλόμενον εἰς τὸν μοχλὸν σιδήριον, ὃ καλοῦμεν μάγγανον. et recte ibi reprehendit scholiastes eos, qui στυράκιον in superioribus verbis Thucydidis, interpetabantur de hastili, siue

hastae

haſtae ligno, quod dicebant in obicem fuiſſe immiſſum. atqui σύραξ, σαυρωτὴρ et οὐρίαχος ferrum illud ſignificant, quod diximus, et quod in altero haſtae extremo ἐπιδορατίδα oppoſitam habet. Romanis proprie cuſpis, cui opponitur mucro. Virgilius: *hunc venientem cuſpide longa, hunc mucrone ferit.* Porro ferrum hoc, quod βάλανον appellari dicimus, per obicem traiectum, excipiebatur in clauſtro a foramine, quod Aeneas modo βαλανοδόκην proprio nomine, modo communi τρύπημα aut τρῆμα appellat. Sequitur ſtatim, *ὁ μέν τις ἡμέρας εἰς τὴν βαλανοδόκην τῶν πυλῶν ἅμμα προενέβαλεν, ὅπως ἡ βάλανος ἔξω μένῃ, καὶ μὴ ἐμβάληται εἰς τὸ τρύπημα.* poſtea, *ἕτερος τρέψας τὸν μοχλὸν, μέλλων ἐμβάλλειν, ἵνα μὴ κατέλθῃ εἰς τὸ τρύπημα ἡ βάλανος.* Latini βάλανον *peſſulum*, quaſi paruum πεσσὸν, dixerunt ob expoſitam ante cauſſam. non enim deriuatur peſſulus a pede, vt nugantur grammatici: ſed vox eſt Graecae originis. Marcellus Empiricus capite XVII. *in eo loco vel foramine, in quo ianuae peſſuli deſcendunt, quicquid ſordium repereris collige.* vides *peſſulum in foramen deſcendere*, vt apud Aeneam modo, *κατέλθῃ εἰς τὸ τρύπημα ἡ βάλανος.* Apud comicos tamen cum dicitur *foribus* vel *oſtio obdi peſſulus*, non ſatis ſcio vtrum βάλανος intelligatur, an μοχλὸς paruus et obex: cui proprie verbum *obdere* videtur conuenire. Sane vt in Aulularia Plauti fores occluduntur ambobus peſſulis: ſic apud Polybium libro XV. *αἱ θύραι ἀποκλείονται διττοῖς μοχλοῖς.* elegantiſſimus vero ſcriptor Sulpitius Seuerus peſſulum appellauit, quod vaſi alicuius ori obditur ad obturandum. locus eſt dialogo quarto de b. Martini virtutibus: *presbyter hodieque fatetur, obdendi peſſuli, quo claudi diligentius ſeruanda conſueuerunt, in vitro illo ſpatium non fuiſſe.* loquitur de vitrea ampulla olearia, in qua oleum ſub Martini benedictione creuerat, quoad exundante copia ſuperne deflueret. *obdere peſſulum* Sulpitius dixit, quod Graeci *βῦσαι τὴν λήκυθον*, vt noſter capite XXXI. Quemadmodum autem illud foramen, quo deſcendit peſſulus ſiue βάλανος, Graeci βαλανοδόκην dixerunt; ſic claues, quae peſſulum adducunt et reducunt, βαλανάγρας nominarunt; quippe quae *τὴν βάλανον ἀγρεύουσι*, peſſulum venantur, id eſt, attrahunt aut retrahunt. Porro ex hoc Aeneae loco apparet, tribunum, qui mane portam aperiebat, non ſolum βαλανάγρας ſiue claues, ſed etiam βάλανον, hoc eſt peſſulum abſtuliſſe ſecum: quare

etiam, cum ad claudendum veniebat, et claues et pessulum domo secum adferebat, sicut hic diserte scribit Aeneas. erant enim apud veteres pessuli exemptiles; quod tamen Aeneas improbat; monens, debere eos esse affixos postibus, et lamina ferrea contegi, sicut hodie in nostris seris fieri videmus. ait enim capite xx. ἄριςον δὲ τὰς βαλάνυς μὴ ἐξαιρετὰς εἶναι· ὑπὸ δὲ λεπίδος σιδηρᾶς κατέχεσθαι. Ex eodem capite discimus, non solum μοχλὺς plures, quod paullo ante ostendimus, admotos fuisse ad occludendas fores, sed etiam balanos plures. ternas enim diuerso artificio confieri iubet Aeneas.

Ὅπως ἡ βάλανος ἔξω μένῃ καὶ μὴ ἐμ.) Ita emendauimus deprauatam scripturam: ἐξομένη μὴ ἐμ.

Εντεμὼν λάθρα ἢ σμίλῃ ἢ ῥίνῃ τὴν βάλανον.) Probauimus balanum ferream fuisse: quod videtur refellere Aeneas cum ad eius incisionem adhibet σμίλην, scalprum. non enim est aptum instrumentum σμίλη secando ferro. sed aliud est τέμνειν, *secare*, aliud ἐντέμνειν, *incidere:* vt cum in baculo vel paxillo, quem funiculo alligare volueris, fit incisio, ne funiculus defluat, sed haereat vinculum, atque vt paullo post ait Aeneas, πρὸς τὸ ἐνέχεσθαι λίαν. potest autem etiam scalpro incisura aliqua in ferro fieri. et auctor σμίλῃ adiungens ῥίνην, tum hic, tum paullo post in exemplo Temeni, satis ostendit, ad veram incisionem lima fuisse opus.

Ἄλλος δὲ προετοιμάσας ἐν γυργάθῳ λεπτῷ ἔβαλεν προσημμένυ λίνυ καὶ ὕςερον ἀνέσπασε.) Ait, doli auctorem foramini, in quod pessulus erat descensurus, aptasse reticulum lini subtilis, quo minus fraus animaduerteretur; vt postquam pessulus esset foramen ingressus, tractione fili siue funiculi, simul pessulus attraheretur et clausura resolueretur. Huic fraudi locus non fuisset, si claustrum lamina ferrea fuisset obtectum, de qua modo dicebamus. γύργαθον esse reticulum, probauimus ad Theophrasti characteres. paullo post in vrbis Achaicae exemplo, βρόχος videtur pro eodem vsurpari. λίνον προσημμένον interpretor, filum, siue funiculum alligatum, vt trahi posset claustrum, et eo quasi manubrio agitari ac concuti. in subiecto exemplo vocat τὰς ἀρχὰς τῦ λίνυ capita, siue extrema fili, per quae apprehendi potest, non secus atque per propendentem laciniam prehendimur.

Ἔτι

Ἔτι δὲ καὶ θερμαςίῳ λεπτῷ ἐξηρέθη.) Plane fabrum ferrarium eſſe oporteat, et quidem rerum priſcarum admodum callentem, qui haec ſe poſtulet penitus intelligere. verba tamen ipſa, interpretatioue noſtra, niſi fallor, expreſſimus. *θερμάςιον* vaſis eſt appellatio, vt et *θερμαςρὶς*; de qua voce ſic Heſychius: *θερμαςρὶς, σκεῦος παραπλήσιον καρκίνῳ, ᾧ χρῶνται οἱ χρυσοχόοι.* comparat thermaſtridem cum alio vaſe, quo vtuntur aurifices et cancrum vocant. ſicut medici *καρκίνον* appellant genus vinculi ſiue faſciae, diuiſae in plures lacinias; quarum vſus eſt in vinciendo et aſtringendo; ſic et aurarii fabri atque clauſtrarii, artium ſuarum propria inſtrumenta, *καρκίνας* appellarunt, propter aliquam cum aſtacis et cancellis multipedibus ſimilitudinem. cancri vſum in fabrica clauſtrorum oſtendit Aeneas capite XX. idem capite XXXII. auctor eſt, ſaxa ingentia de ſummis muris hoc inſtrumento ſolita ſuſpendi, vt in aſcendentes demitterentur. at *θερμαςρὶς*, vt ex ſuperioribus colligimus, velut forcipula denticulata erat, qua vtebantur ad prehendendum. non diſſimilis vſus fuit et *θερμαςίȣ*, vt ex verbis Aeneae datur intelligi. nam praeſtat eundem vſum cum reticulo, cuius modo facta mentio. forma tamen longe diuerſa, vt ex deſcriptione conſtat, quam ſubiicit Aeneas.

Ὥς τε τῷ μὲν σωληνοειδεῖ ὑπολαμβάνειν, - - - - τῷ δ' ἐπιλαμβάνειν.) Lego, *τῷ δὲ πλατεῖ ἐπιλαμβ.* ex praecedentibus auctoris verbis. Proprie locum habent verba *ὑπολαμβάνειν* et *ἐπιλαμβάνειν*, cum duae res corpus aliquod ita continent, vt pilam caua ambarum palmarum, inuicem iunctarum, quarum altera alteri eſt ſuppoſita.

Περὶ Ἀχαΐαν δ' ἐν πόλει - - - ἐπιχειρȣ̃ντες δέξαϑαι ξένȣς.) duo in hac oratione ſunt hiatus. nam praeter nomen vrbis, etiam poſt verbum *ἐπιχειρȣ̃ντες* deeſt aliquid. Corrigendum; *περὶ Ἀχ. δ' ἐν πόλει Ἡραιέων ἐπιχειρȣ̃ντές τινες δεξ. ξ.* appellat vrbem Achaeorum Heraeam, quae ſita quidem fuit in Arcadum finibus, vt docet Pauſanias: ſed quam modo Elei, modo Achaei ſui iuris fecerunt. quare etiam Philippus Perſei pater, quo tempore res Peloponneſi auctoritate ſua regebat, Achaeis tum hanc vrbem, tum Alipheram reddidit, vt eſt auctor Liuius lib. XXVII. Quin etiam tunc ipſum quando is dolus eſt patratus, quem hic deſcribit Aeneas, id agebant proditores, vt vrbem Achaeis

ſubiicerent, et Dioetae praetori Achaeorum eam traderent. Hiſtoriam breuiter narrat Polyaenus lib. II. his verbis. *Διοίτας στρατηγὸς Ἀχαιῶν, τὴν Ἡραιέων πόλιν φανερῶς ἑλεῖν ὐ δυνάμενος, ἀφανῶς εἷλε, φθείρας μεγάλοις χρήμασι τῶν Ἡραιέων τινάς. Οἱ φοιτῶντες ἐπὶ τὰς πύλας πολλάκις, καὶ καθομιλοῦντες τὺς πεπιστευμένυς τὰς κλεῖδας τῶν πυλῶν, καὶ σὺν αὐτοῖς πίνοντες, ἔλαθον ἀπομαξάμενοι τὰς βαλανάγρας, καὶ τὰ ἐκμαγεῖα τῷ Διοίτᾳ διέπεμψαν· ὁ δὲ παραπλησίας καὶ ἴσας κλεῖδας ταῖς δημοσίαις κατασκευάσας, ἀντέπεμψεν αὐτοῖς, νύκτα συνθεμένοις, καθ᾽ ἣν οἱ μὲν ἀνέῳξαν τὰς πύλας, ὁ δὲ Διοίτας μετ᾽ ὀλίγων στρατιωτῶν εἰσῆλθε.* Omnino eandem puto eſſe hiſtoriam cuius meminerunt Aeneas et Polyaenus: etſi rei narratio aliquantum eſt diuerſa; vt fere amat in expoſitionibus rerum occultarum, et quarum conſcii fuere perpauci. Aeneas ait, ipſos proditores extracto arte ſubtili peſſulo, menſuram eius iniiſſe, et cognito eius modo, claues ſibi in ipſa vrbe curaſſe conficiendas. Polyaenus aliter, proditores, quum blanditiis decepiſſent cuſtodes clauium, earumque attrectandarum facultatem eſſent nacti, figuram ipſarum cera aut argilla macerata, expreſſiſſe, et ſtatim illum typum ad Dioetam praetorem Achaeorum miſiſſe, qui in alia vrbe claues ad propoſitum exemplar iuſſit confieri.

Προκαθέντες ἐν τῇ ἡμέρᾳ εἰς τὴν βαλανοδ.) Eſt idem dolus quem ſine exemplo ante propoſuit. *βρόχον* hic appellat, quem modo *γύργαθον*, vt iam monuimus. *λῖνον* Graecis non ſimpliciter filum, ſed etiam funiculum ſubtiliorem ſignificat. quomodo hic accipiendum.

Καὶ τὰς ἀρχὰς ἔξω ὖσας ἀφανεῖς.) Lego *ἐάσας*, non *ὖσας*. corruperunt, qui non concoquebant pene perpetuam huic ſcriptori figuram. nam dixerat, *προκαθέντες*: ſed conſtat ſibi, cum ſtatim ſubiicit *ἀνέσπασε*. Appellat auctor *ἀρχὰς* extrema *πέρατα*, et quod Gallicus idiotiſmus dicit *les bouts*. Sic *ἀρχὰς λίνυ* et *ἀρχὰς σπάρτυ* ſaepius leges in hoc libello. Vetus criticus apud Suidam in *διαξῆναι*. *τῶν ἐρίων οἱ μαλλοὶ ἔχυσι τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς κορυφὰς πεπιλημένας.* locus quem Suidas explicat, eſt Ariſtophanis e Lyſiſtrata. Sic apud Hippocratem de officina chirurgi, *ἀρχαὶ ἐπιδέσμων*, de quibus verbis prolixe diſputat Galenus in commentario ſecundo.

Ἀνέσπα-

Ἀνέσπασε τὰς ἀρχὰς τῦ λίνυ τὸν βρόχον.) Scrib. καὶ τὸν βρόχον· qui trahebat, funiculi extrema tenebat manibus, eaque trahebat: ſed haec laqueum adduxerunt, laqueus τὴν βάλανον, cui fuerat applicitus.

Ἔπειτα πρὸς μέτρα ὅτω τῆς βαλάνυ βαλανάγραν ἐποιήσαντο τρόπῳ τοιῷδε.) Vox ὅτω aut vacat et tollenda eſt, aut aliquid deſideratur. vertimus nos, quaſi ὅτω ληφθέντα ſcriptum eſſet. βαλανάγραν eſſe clauem et ante dicebamus, et demonſtrat haec narratio. in verbis Polyaeni, quae adduximus, βαλανάγραι et κλεῖδες pro eodem ponuntur. Xenophon libro quinto rerum Graeciae: παραδιδὰς αὐτῷ τὴν βαλανάγραν τῶν πυλῶν, εἶπε μηδένα παριέναι εἰς τὴν ἀκρόπολιν, Polyaenus libro primo: Βρασίδας Ἀμφίπολιν προδοθεῖσαν εἷλε, καὶ τοῖς προδόταις κελεύει κλεῖσαι τὰς πύλας· καὶ βαλὼν (ſcr. λαβὼν) τὰς βαλανάγρας ἔῤῥιψεν ὑπὲρ τὸ τεῖχος. ſic et libro v. in Clitarcho, βαλεῖν τὰς βαλανάγρας ὑπὲρ τὸ τεῖχος, in his igitur et ſimilibus locis βαλανάγραι ſunt claues, quae tamen interpretatio non ſemper conuenit. Polybius libro VII. de occupata vrbe Sardium loquens: ἵν', ἐπειδὰν ὑπερβάντες αὐτοὶ πρὸς τὴν παρακειμένην παραγένωνται πύλην, ὅτοι μὲν ἔξωθεν προσπεσόντες πειρῶνται διακόπτειν τὰς στροφεῖς, καὶ τὸ ζύγωμα τῶν πυλῶν· αὐτοὶ δὲ τὸν μοχλὸν ἔνδοθεν καὶ τὰς βαλανάγρας. hoc loco voce βαλαναγρῶν non poſſunt claues intelligi, niſi quis ſenſu etiam communi careat. iccirco *clauſtra* vertimus, non claues. appello clauſtrum, quod Gallicus idiotiſmus, *la ſerrure.* Sic et apud Aratum κλεῖς, et apud Latinos poetas, *clauis* pro clauſtro. Tibullus,

Quid tenera tibi coniuge opus, tua ſi bona neſcis
Seruare? fruſtra clauis ineſt foribus.

Ἐχαλκεύσαντο σίφωνα καὶ φορμοραφίδα.) Clauis duae ſunt partes praecipuae: ſcapus ipſe, vt ſic dicam, hoc eſt, pars illa, quae hodie aut ναστὸς et ſolida fieri ſolet, aut caua. cum eſt ſolida, non male hanc partem appellaueris cum Plinio *radium ferreum:* cum eſt caua, tubus quidam eſt paruus et canaliculus, ab altera parte peruius: propterea etiam σιφὼν Aeneae dicitur, ſipo, vel ſipunculus, aut fiſtula. altera pars eſt, quae in clauſtrum inſerta, ferrum balani ducit aut reducit. atque hae duae partes in claui cohaerent, et vnum corpus continuum efficiunt. iſti vero proditores, qui clauem locare faciendam non audebant, ne

 fraus

fraus ipſorum detegeretur; duas partes clauis quas diximus, ſeparatim ſibi conficere fabrum iuſſerunt; diſſimulato propoſito iungendi illa duo, quae imperabant, in vſum clauis. Quod paruum ex aere aut ferro potius tubum fieri ſibi mandant; quia huiusmodi tuborum multiplex poteſt vſus eſſe; omni prorſus res caruit ſuſpicione. in altera parte clauis maiore opus fuit cautione, ne faber intelligeret, quo pertineret opus imperatum. id erat φορμορραφὶς, acus ad ſtoreas et tegetes conſuendas apta. nam tegetes acu contexi declarat verbum, quod etiam Demoſthenes vſurpauit φορμοῤῥαφεῖσθαι, pro eo, quod D. Paulus dixit σενοχωρεῖσθαι. apparet has acus et forma et magnitudine a ceteris fuiſſe diuerſas, vt hodieque ſunt illae, quibus ſegeſtria et ſacci e craſſiore tela conſuuntur. Porro iſti proditores, quo ſuſpicionem omnem fraudis amolirentur, velle ſe fingunt, in poſticam partem huius acus anſam inſerere ex obuio quouis ligno: quum reuera cauum illud in poſtica parte acus, non ad indendum manubrium deſtinarent; ſed ad ſipunculum, de quo dixit, recipiendum: vt ex duabus hisce partibus clauem abſoluerent.

Ἡ δὲ λαβὴ ἦν κοίλη ὥσπερ συρακίου - - - ἣ σελέα ἐμβάλλεται.) Lacuna quam hic vides, in regio codice multis partibus maior eſt. ego deeſſe arbitror non multa. Lego igitur, ὥσπερ συρακίου στειλεὰ, ἣ στειλεὸν ἐμβάλλεται. et mox τὸ στειλεόν. in haſta quid ſit συράκιον paullo ante dicebamus. proprie iaculi genus eſt e ſtyrace arbore. hoc loco pro cuſpide haſtae aut iaculo qui poſſit accipi, non video. nam eſt quidem κοίλη cuſpis; cuius cauitas haſtilis alterum extremum recipit. Sed ea cauitas an στειλεὰ dici poſſit, doctioribus iudicandum relinquo. nam apud poetam et alios στειλεὴ foramen ſignificat, quale eſt in ferro ſecuris aut tuditis, in quod manubrium inſeritur. neque aliter grammatici interpretantur: στειλειὰ τὸ τρῆμα τοῦ πελέκεως, δι' οὗ τὸ στειλεὸν ἐνείρεται, ἣν τρύμην Ἀττικοὶ λέγουσι.

Ὥστε πρὸς τὴν βάλανον προσαχθεῖσαν ἁρμόσαι.) capio ſic; acum, cui in officina fabri aptatum fuerat manubrium, poſtquam domum fuit allata, dempto manubrio coniunctam eſſe cum tubo, quae erat pars altera huius inſtrumenti, quo vſuri erant pro claue. quid hic faciat vox βάλανον neſcio.

Καὶ ἡ φορμορραφὶς καὶ τὰ ἄρμενα γίνεσθαι) Non eſt plena ſententia. inſtrumenta ad opus faciendum neceſſaria Graeci

Graeci ἄρμενα vocant. et patet latiſſime vocis huius ſignificatio, vt cap. XXI. paullo poſt, ἀρμένῳ καθῆκαν, *demiſerunt in clauſtrum aliquo inſtrumento.*

Πηλὸν Κεραμεικὸν περιελίξαντες ὀθονίῳ λ.) Lego, πηλὸν κεραμικὸν, et de macerata argilla ad figlina fingenda interpretor. ad huiusmodi ἐκμαγεῖα exprimenda cera eſt aptiſſima.

Συμβάλλεται γίνεσθαι Τημένῳ Ῥοδίων ἐν Ἰωνίᾳ Τέως πόλις.) In Ioniae velut vmbilico erat Teos, vrbs quondam clara: quam ad populi Rhodiorum imperium aliquando pertinuiſſe teſtis Aeneae hic locus. Sed notent lectores Helleniſmum, συμβάλλεται γίνεσθαι Τημένῳ, pro συνέβη γίνεσθαι ὑπὸ Τημένῳ, *contigit, vt veniret in Temeni poteſtatem.*

Προειδότα ὑπὸ τοῦ πυλωροῦ) Mira literarum metatheſis. nam ſcribendum προδοθεῖσα ὑπ. neque deeſt quicquam.

Ἔπειτα εἰς τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα παρῆν τ.) In exemplari erat inſerta vox πραχθῆναι ante παρῆν. quae niſi plura verba deſunt, locum hic nullum habet.

Καὶ αἱ πύλαι ἔμελλον κλείεσθαι.) Poſt haec verba deſunt haec aut ſimilia, ἔμελλεν ἀπιέναι. vel certe in praecedentibus vox ὅσις tollenda, et ſententia aliter diſtinguenda.

Ἐκδήσας ἀρχὴν ἀκανθίδος λίνου κλωσοῦς.) Et hic et duobus ſequentibus locis ſcriptus liber eodem modo eſt corruptus. nam ἀκανθὶς λίνου, quid ſit nemo Graece doctus diuinabit: at glomum fili Graecis dici ἀγαθίδα, nemo ignorat. Lege ἀγαθίδος λίν. ſenſus eſt; eum qui a Temeno ad portae cuſtodem, architectum doli, fuerat miſſus, cum ineunte nocte oppido exiuit, glomerati fili glomum geſtaſſe, quod inter eundum euoluebat; quum caput fili ad interiorem portae faciem, prius quam egrederetur, alligaſſet. Sic Theſeus, cum labyrinthum erat ingreſſurus, glomum fili accepit; cuius extremum primis foribus erat alligatum: quod autem in glomo conuolutum erat, ipſe eundo euoluebat. ſed Theſeus quidem ad vitandum errorem viarum, hoc ſubtili commento eſt vſus; iſte vero, ad ſignum proditori dandum, vel ab eo accipiendum.

Τὴν δὲ ἀκανθίδα ἐπορεύθη * ἀπιλάσσων.) Lege, τὴν δὲ ἀγαθίδα ἐπορεύθη ἀνελίσσων. inter eundum, fili glomum euoluebat, et vt ſic dicam deglomerabat: quod proprie in arte textoria dicitur ἐκμηρύεσθαι. vnde illam vocem Tactici ſunt mutuati pro agmen explicare, et velut in longum filum exporrigere, vt pluribus exponimus in commentar. Polybianis.

Μετὰ δὲ ταῦτα κινήσας τὸν μοχλὸν καὶ ἐπιδείξας τῷ στρατηγῷ κεκλεισμένην τὴν πύλην.) Apparet fuiſſe moris, vt, quoties alicuius opera dux eſſet vſus in claudenda porta, ille qui claues acceperat, re peracta, quo fidem faceret prouinciam bene eſſe curatam, compellato duce obicem agitaret, et fores clauſas illi oſtenderet. quare hic quoque proditor, facit idem: ſed dicis cauſſa dumtaxat, et moris vſurpandi.

Τὴν ἀρχὴν τῦ σπάρτυ πρὸς αὐτὴν ἔδησε.) Imo αὐτὸν non αὐτὴν, et ita in exemplari: *ſibi alligauit caput funiculi.* plane ita erat neceſſe, vt attractione funiculi poſſet iſte expergefieri; quem ait Aeneas fuiſſe finem huius alligationis. Funiculus autem hic, attracto filo, de quo antea dictum, ſimul trahebatur. at filum per aliquod foramen forium fuit traiiciendum: niſi forte aliqua ſe commiſſura laxauerat.

Πρὸς τὸν τὴν ἀκανθίδα ἔχοντα.) Scrib. ἀγαθίδα.

Ἠσθάνοντο ἂν ἐν τῇ νυκτὶ τὸ σπάρτον ὑπάρχον ἐν τῇ πόλει· ὐχ οἷόν τε ἦν προϊέναι.) Ex praecedentibus colligimus, conueniſſe inter proditorem et Temenum, vt, quando omnia forent ad perficiendum quod moliebantur praeparata, funiculus laxaretur. quare ſenſum horum verborum eſſe reor: quia funiculus, cuius caput intra vrbem erat, non laxabatur; ex eo intellexiſſe Temenum, nihil dum intus eſſe ſatis paratum: ac propterea vlterius pergendum ſibi non eſſe. in verbis auctoris quaedam ſunt animaduertenda. σπάρτον dixit, quum τὴν ἀρχὴν τῦ σπάρτυ intelligeret: non enim totus funiculus erat intra muros, ſed alterum tantum extremorum. deinde τὸ σπάρτον ὑπάρχον, ſi ita ſcripſit, purus putus eſt Atticiſmus, pro τῦ σπάρτυ ὑπάρχοντος. poſtremo ſcribendum eſt, ἐν πόλει, ὅτι ὐχ οἷόν τε ἦν πρ.

Τρόπον δὲ κατὰ τόνδε προεδόθη ἡ πόλις ἀπὸ τῦ πυλωρῦ.) Eſt alia hiſtoria, a ſuperiore ſeparanda, quare melius ſcribas; τρόπον δὲ καὶ τόνδε.

Ὑδρίον ἔχων * εἰσιέναι ὡς ἐφ' ὕδωρ.) Niſi defectus eſt codex pluribus verbis, omnino ſcribendum, ἐξιέναι.

Ἕνα λίθον ἐτίθει πρὸς τὸν συγκείμενον τόπον.) Certae atque indubitatae coniecturae telo portentum ſcriptae lectionis confecimus, ἀνθ' ὧν ἐτίθει.

Πράσσοντα δέ τι τοιῦτον τὸν μοχλὸν ἀφανίζειν.) Miror dari hoc loco et ſequenti etiam capite praecepta ei, qui proditionem vrbis moliatur accommodata. Solent quidem Tactici vtriusque conſilii rationes explicare; repugnandi, inquam,

inquam; et oppugnandi. ſed Aeneae id iam propoſitum non erat: quem initio dicebamus, titulo libelli ſui ea ſola eſſe pollicitum, quae ad defenſionem vrbis ſunt vtilia.

Ἀπολλωνιάται δὲ ἐν τῷ Πόντῳ.) Apolloniae olim multae, ideo cognominibus diſtinctae. haec illa eſt, de qua Strabo libro ſeptimo, quam Ariſtoteles appellat Ἀπολλωνίαν τὴν ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ. in laterculo vrbium eo nomine dictarum apud Stephanum de vrbibus, iſta recenſetur ordine XXII. antiqua fuit Mileſiorum colonia, vrbs quondam potens; ſed quae per ciuium diſſenſiones multas fortunae varietates fuit experta; quarum meminit philoſophus Politicorum libro V. cap. III. et VI.

Κατεσκεύασαν τὰς πύλας κλείεσθαι ὑπὸ σφύρας μεγάλης.) Nimirum ita foribus portae appoſitus aut appenſus erat malleus arte mechanica, vt cum patere fores vellent, vis illius inhiberetur et pondus ſuſtineretur: cum autem claudendae portae eſſent, malleus laxaretur, qui toto pondere irruens in fores, cum ſonitu eas impellebat, et portam claudebat. Diuerſa fuit ratio cataractae, de qua inferius capite XXXIX.

Οὕτω μεγάλαι τε καὶ σεσιδηρωμένα πάντα τὰ κλεῖθρα.) *adeo magnae ipſae erant, et omnia clauſtra ferrata:* vtrumque valet ad ſoni magnitudinem intendendam. Ait, μεγάλαι, nempe πύλαι, id eſt fores, non autem porta. ſed Graeci, πυλῶν appellatione tam illud inane intelligunt, quod peruios muros facit, quam fores, quae inane illud opplent. malim tamen ſcribi μεγάλα, vt referatur ad κλεῖθρα. alioquin μεγάλαι poſitum fuerit pro παχεῖαι. nam ad forium magnitudinem nihil addi poteſt; ad craſſitudinem plurimum. Quum autem σιδηροῦσθαι de iis dicatur, quae ferrea non ſunt, ſed ferro muniuntur, vt ſupra exponebamus, cogitandum quid ſibi Aeneas velit, cum dicit omnia clauſtra σεσιδηρῶσθαι. neque enim omnibus clauſtrorum partibus, id verbi conuenit; ſed tantum vecti, et ſi quid aliud fuit ligneum inter partes clauſtrorum.

Ἐπὶ τὰ φυλάκια διαπέμψαι.) hoc eſt, δεῖ διαπέμψαι. et fortaſſe ita ſcripſerat.

Ad cap. 21. Quae ſupererant de propoſito argumento, diuidit in duo capita; alibi explicandorum, quae hic ſe praetermiſſurum ait: et deinceps explicandorum; quae ipſa tamen eo breuius ſe hic tractaturum oſtendit, quia in

commentario de re castrensi vberius de iisdem vel iam scripserat, vel erat scripturus.

Περὶ δὲ ἁρμένων σκευασίας.) Per ἅρμενα intelligo hic, non solum belli instrumenta defensoribus necessaria; sed etiam quas appellat Vegetius *species pro defensione murorum praeparandas;* cuiusmodi sunt, bitumen, sulphur, pix liquida, et alia, quae ab eodem enumerantur capite VIII. libri IV. Philo in Poliorcetico suo has species recenset: ferrum, aes, lateres, saxa, cophinos, ligones, amas, plaustra, secures, alueolos, saccos e storeis, et erones, coria, picem, plumbum, sulphur, funes qua crassos, qua subtiles, palos, algam, stuppas, ligna καύσιμα ad comburendum, materiam ad naues, perticas item et trabes, (ipse appellat ξύλα στρογγύλα καὶ τετράγωνα) remos, tabulas palmeas, quarum vsum multiplicem ostendit, Arabium pharmacum, conchylium, quod in lacu reperiri ait, quem tamen ipse non designat; item viscum, salamandras, venena viperarum et aspidum, naphtha Babylonicum, postremo oleum incendiarium. Diuersae species sunt, quae ad alendum inclusos pertinent; aut ad curandum vulneratos: de quorum omnium praeparatione nihil in hoc libro Aeneas, at Philo multa de illis. vide et Vegetium lib. IV. cap. VII.

Ad cap. 22. Varia proponuntur hoc capite monita ad vigilias spectantia. qua de re praeclare multa Polybius in militia Romana; vbi singula diligenter illustrauimus.

Τὸν μὲν στρατηγὸν τὸν τοῦ ὅλου ἡγεμόνα.) Τοῦ ὅλου dixit, pro τῶν ὅλων. Sic enim potius Graeci loquuntur. τὰ ὅλα passim Polybio aliisque, vel τὰ ὅλα πράγματα, summa rerum, siue summum imperium. ὁ τῶν ὅλων ἡγεμὼν, *qui summae rei praeest*, vt vertit Liuius, vel vt idem alibi, *cui summa resp. tuenda permissa est.* hoc monui, quia in regio codice scriptum τοῦ ἴλου: mendo manifesto, nec aliter corrigendo.

Περὶ δὲ τὸ στρατήγιον σκηνοῦν καὶ διατελεῖν ἀεὶ τὸν σαλπιγκτὴν καὶ τοὺς δρομοκήρυκας.) In Graecorum militia κήρυκες et δρομοκήρυκες ea munia obeunt, quae in Romana nuntii, speculatores et accensi praetorum. Est vero quod hic proponitur praeceptum, prudentiae plenum et magno imperatori conuenientissimum. Vult enim Aeneas, imperatorem, qui vrbi castrisue, quae oppugnantur, praeest, in illustri et conspicuo omnibus loco consistere, vnde saluti omnium prospiciat, et quae fieri velit, per tubicinem et dromoce-

rycas

rycas vniuersis praecipiat. Oppius siue Hirtius Africani belli cap. IV. de Caesare in castris suis obsesso. *Caesar iubet milites omnes intra munitiones minutatim modesteque sine tumultu aut terrore se recipere, atque in opere consistere: equitibus autem, qui in statione fuerant, praecipit, vt vsque eo locum obtinerent, in quo paullo ante constitissent, donec ab hoste missum telum ad se perueniret: alii quoque equitatui edicit, vti quisque suo loco paratus armatusque praesto esset. at haec non ipse per se coram cum de vallo perspecularetur, sed mirabili peritus scientia bellandi in praetorio sedens, per speculatores et nuntios imperabat, quae fieri volebat.*

Καὶ εἴτε οἱ ἄλλοι Φύλακες τὸ μέλλον αἴσθονται.) Nisi desunt quaedam, scribendum, καὶ οἴτε ἄλλοι Φύλ. plana est sententia quam expressimus, τὸ μέλλον est praesens aliquod periculum, cuius notitia ad ducem repente prouenit.

Ἧττον τ᾽ ἂν ὕπνοι ἐγίγνοντο διὰ βραχέος Φυλασσόντων.) Inuenimus scriptum, ἥγοντ᾽ ἂν ὕπνοι. fecimus ἧττον. pro ἐγίγνοντο, malim ὕπνοι ἐγγίγνοιντο. minus oboriantur somni. sic mox ὕπνος τ᾽ ἂν ἐγγίγνοιτο.

Ἵν᾽ ὡς πλεῖστοι καθ᾽ ἑκάστην Φυλακὴν προΦυλάσσωσι.) Obseruamus apud hunc scriptorem vocum προΦυλάττειν et προΦύλακες vsum quendam peculiarem et notionem diuersam ab ea, quam ceteri scriptores illis tribuunt: nam apud Thucydidem, Xenophontem, Polybium et alios Graecorum historicos, προΦυλακαὶ sunt, stationes pro muris vrbis, aut vallo castrorum positae. quod si plures stationes collocarentur, vt dicebamus ad caput quintum, προΦύλακες veteribus Graecis vocabantur, quos corruptus Hellenismus ἐξώβιγλα appellauit, id est exteriores vigilias; quibus opponebant, ἐσώβιγλα, interiores et munitionibus propiores. Sic et apud b. Chrysostomum de satellitibus et admissionalibus loquentem, qui in magnatum aulis ianuas atque aditus custodiunt, Φύλακες et προΦύλακες distinguuntur. προΦύλακες sunt, qui ab hero longissime absunt, et primi ab adeuntibus conueniuntur. Aeneae vero προΦύλακες non pro muris, sed in ipsis muris et intra vrbem custodias agunt. Sequitur statim: προΦυλάσσοιέν τε ἂν ἐκ τῶν ἐπὶ τῷ τείχει Φυλάκων προΦύλακες ὧδε. vides inter plures Φύλακας vnius Φυλακεῖς, quod nos hodie vocamus *un corps de garde*, fuisse προΦύλακα vnum vel plures. ii erant inter stationarios primi, et munia vigilum curabant intentius quam ceteri.

Itaque

Itaque horum erat circitoribus interrogantibus respondere. capite XXVI. clarissime hoc docetur. Ait ibi Aeneas, *oportet vt circitores eiusmodi temporibus, quando ad vigiles accedunt, e longiore interuallo manifestum sui dent indicium, voce aliqua procul edita, vt si forte dormiat ὁ προφύλαξ procustos*, siue *princeps custodum, excitetur, et ad respondendum, quod fuerit interrogatus, sese comparet.* horum etiam erat proximam stationem obire, et si dormirent vigiles excitare. quod Aeneae dicitur modo simpliciter προφύλασσειν, modo προφυλάσσειν εἰς τὸ ἐχόμενον φυλακεῖον, vt statim in isto capite, vbi mos hic pluribus explicatur. non progrediebatur autem ὁ προφύλαξ vltra proximam vigiliam; sed statim post eius aduentum proficiscebatur ex illa statione alius προφύλαξ ad proximam: et ita deinceps, donec stationum vniuersarum orbis esset absolutus. Erat igitur genus quoddam circuitionis; quare etiam περιοδεύειν, ἀντὶ τοῦ προφυλάττειν manifesto vsurpat Aeneas post pauca. vt contra capite XXVI. προφυλάττειν pro περιοδεύειν. proprie tamen res sunt diuersae περιοδεύειν, circumire vigilias cum signo per omnes stationes deferendo, vt capite illo dicetur; et προφυλάσσειν, proximam vigiliam sine signo adire. quare Aeneas quum in hoc capite institutum τοῦ προφυλάσσειν exposuisset, cap. XXVI. de circuitione ex professo agit. qui etiam capite XXIV. τοὺς περιοδεύοντας et τοὺς προφύλακας facit diuersos.

Τῶν φυλάκων μηδένα προγινώσκειν, μήτε ὅπου στήσει, μήτε ὅπου φυλ.) Philo in Poliorcetico de vigilibus: καὶ μὴ εἰδέναι αὐτοὺς καθ' ὃν τόπον φυλάσσουσι τὸ τεῖχος· ἵνα μὴ δύνωνται προδοῦναι τοῖς πολεμίοις τὴν πόλιν.

Ἀλλ' ὡς πυκνότατα πάντα μεθιστάναι τὰ περὶ τὴν πολιτοφυλακίαν.) Ibidem Philo; καὶ οὗ ἂν ἐπιστῇ τῶν στρατιωτῶν, ἢ τῶν πολιτῶν φυλακή, ὀρθῶς ἔχει μεταλλάσσειν αὐτῶν τὰς ἐκκοιτίας καὶ τὰς φυλακάς. neque tantum stationes consuetas vigilibus saepe mutare fuerit vtile, sed etiam alia omnia, quae ad custodiam vrbis pertinent: inprimis ipsas claues; quarum formam magni duces subinde mutare soliti; quidam bis in mense. Procopius Gothicorum lib. I. de Belisario Romam oppugnante a Vitige obsessam: δὶς ἑκάστου μηνὸς τάς τε κλεῖς ἁπάσας ἀφανίζων, ἀνενεοῦτο ἀεὶ εἰς ἕτερον σχῆμα· καὶ τὰς φύλακας εἰς φυλακτήριον ἄλλο μακρὰν πη ἄποθεν τοῦ προτέρου ἀντικαθίστη. et plura ibidem lege in eam sententiam.

Οὐ

Οὐ γὰρ ἐπιτήδειον προϊέναι, ἀμελεῖ ἕκαστος πράσσειν.) *Omnes homines ea munera negligenter curant, ad quae obeunda consuetudine quadam ducuntur:* ita interpretor haec verba sane obscura, sed in quibus prudentiae singularis sententia continetur. Duplex affertur ratio cur ordo et tota ratio vigiliarum subinde mutari debeat. prior erat, vt proditionibus obuiam iretur. deinde altera haec subiicitur; quia mortalium ea natura est, vt consuetudo faciendi aliquid, diligentiam minuat. Caesar belli Gallici libro VIII. *Caesar praesidio pabulationibus mittit, qui subitas hostium incursiones sustinerent: quod quum quotidie fieret, et iam consuetudine diligentia minueretur, quod plerumque accidit diuturnitate, Bellouaci insidias disponunt.* Idem Caesar belli ciuilis libro III. *cum diuturnitas oppugnationis negligentiores Octauianos effecisset, nacti occasionem meridiani temporis, in proxima Octauii castra irruperunt.* Hirtius de bello Africo: *Caesar paucis diebus ibi commoratus, dum hostes quotidiano instituto, saepe idem faciendo, in negligentiam ducerentur.* porro vbi semel prius institutum coeptum est negligi, accedente mox consuetudine peccatum quamuis magnum paruum videtur, sicut praeclare b. Augustinus ait. Atque huius rei obseruationem magnis imperatoribus pulcherrimorum stratagematum occasionem praebuisse, alibi fuse demonstramus. Exemplum habes non inelegans cap. XXIII. in eo, qui velum pansum de muris saepius demisit sustulitque: vbi sunt auctoris verba, ὕστερον δὲ καὶ πολλάκις γινομένου ἀμέλειαν εἶχον.

Τῶν προφυλασσόντων εἷς ἀνὴρ ἐπὶ τὸ ἐχόμενον φυλακεῖον.) Dele illud τῶν: quod ab iis est adiectum, qui non cogitabant, προφυλασσόντων Atticam vocem esse pro προφυλασσέτωσαν. vt paullo post, ἐρωτώντων pro ἐρωτάτωσαν. sic in superioribus, φυλασσόντων, ὑπηρετέντων, λαμβανόντων.

Ἄλλων φυλάκων παρ' ἄλλοις γινομένοις πρὸς φύλαξιν.) quid haec sibi velint nemo intelliget, qui vates non fuerit. Hellenismo erit consultum si scribatur ἄλλων φυλάκων παρ' ἄλλοις γινομένων προφύλαξιν. sed rursus haec lectio sententiae non quadrat: neque enim dictum est, custodes venire debere ad προφύλακας; verum contra. An igitur scribemus, mutata distinctione, πυκνὰ ἄλλων προφυλάκων παρ' ἄλλοις γινομένων φύλαξι. *quum crebro alii circuitores, siue procubitores ad alios veniant vigiles.*

Ὅταν

Ὅταν τι ἐκ τῶν Φυλάκων νεωτερισθείη, τοὺς δὲ * προφυλάσσωσιν ἀντιπρ.) Hic quoque locus diuinationis indiget, non autem mediocris ingenii. Non dubito deesse plura verba post vocem νεωτερισθείη. deinde autem scribendum censeo; ὅσοι δὲ προφυλάσσωσιν, ἀντιπρ. iam ostendimus προφύλακας eos fuisse, qui omnes vigilum partes obibant diligentius aliis.

Ἅπερ ἤδη γεγονότα περὶ τὰ ἡμεροσκόπια δεδήλωται.) Obiter dumtaxat attigit, quod ait se dixisse; nam illa verba respicit capitis sexti, ἐὰν συλληφθῶσιν ὑπὸ τῶν πολεμίων.

Ἐν δὲ ταῖς χειμεριναῖς καὶ σκοτειναῖς νυξὶν, * ἄλλην αὐτοὺς λίθους βάλλειν εἰς τὸ ἔξω μέρος τοῦ τείχους.) Quae sunt omissa, restitue, vt in fine Graeci textus annotauimus. Quae desunt autem supple, ac scribe: ἄλλην καὶ ἄλλην αὐτ. λ. β. infra capite XXVI, vbi hic locus tangitur: ἔχειν δὲ καὶ περιοδεύοντας λίθους ἐν ταῖς σκοτειναῖς νυξὶ, καὶ βάλλειν ἄλλην καὶ ἄλλην εἰς τὸ ἔξω μέρος τοῦ τείχους.

Καὶ ὡς δὴ ὁρωμένους τινὰς ὑπ' αὐτῶν, ἐρωτώντων.) Nihil mutandum; sed illa ὁρωμένους τινας accipienda pro ὁρωμένων τινων.

Οἱ δέ τινες τοῦτο φασὶ βλαβερὸν εἶναι.) Philo tamen in Poliorcetico non omittit. Δεῖ δὲ καὶ βάλλειν ἐκ τῶν καρβατιώνων λίθοις ὡς μεγίστοις τοὺς πλησιάζοντας τῷ τείχει. *oportet saxis quam maximis eos, qui propius ad moenia accedunt, petere e tuguriolis supra muros.* καρβατίωνες Philoni sunt casulae in summis muris aedificari solitae, quas citima Latine loquentium aetas appellauit garitas. Gulielmus Brito Philippidos libro II.

Non nisi rarus erat, qui muris staret in altis:
Omnibus ad tutas fugientibus vltro garitas.

Idem Philo postea huiusmodi casulas speculatorias et iaculatorias, καρβατίνας appellat, nisi est vitium codicis. καρβατίναι δέ σοι οἰκίαι, καὶ ἐκ τῶν καρβατινῶν βάλλοντες καὶ οἱ λιθοβόλοι, καὶ οἱ τοξόται, καὶ οἱ σφενδονῆται. Vegetius *tuguriola* nominat, sic scribens lib. IV. cap. XXVI. *in ipsis muris aut turribus tuguriola collocanda; in quibus vigiles hibernis mensibus ab imbribus, vel frigore; aestiuis defendatur a sole.*

Προαισθάνεσθαι - - - οὐ γὰρ * προσπηγαῖον ἐ.) Magnum et per librum regium aut ingenium nostrum δυσίατον vulnus. cap. XXVI. vbi laudatur hic locus, hoc tantum ait auctor; οἱ

δὲ ἐκ

δὲ ἐκ ἐπαινῦσι τῦτο διὰ τὰ προγεγραμμένα, ἐν ὑποψίᾳ ὄντων ἀλλήλοις. Suſpicamur ſententiam huiusmodi fuiſſe: propterea non probari a nonnullis, vt lapides extra muros a circitoribus iaciantur; quia cum clamoribus et magno ſtrepitu id ſoleat fieri: quae res impedit, quominus percipi queant, ſi qui ſilentio noctis leniter et ſuſpenſo veſtigio muris ſuccedere conentur.

Ἔξω τῦ τείχεος κύνας προσδεδέσθαι νυκτερεύοντας.) Canum in bellis multus olim vſus. interdum ad dimicandum, vt de Colophoniis et aliis notat Solinus Polyhiſtore cap. XX. aliquando ad conquirendum hoſtem latitantem, vt de Philippo obſeruat Polyaenus libro IV. ſaepiſſime vero ad cuſtodiam vrbis aut arcis, quod hic docet Aeneas. traductum videtur exemplum a cuſtodia templorum et baſilicarum; de quo Seneca, de breuitate vitae cap. XI. Auctor eſt Plutarchus, Aratum, capta arce Corinthi vrbis Acrocorintho, ad loci cuſtodiam canes quinquaginta cum totidem cynegis et ductoribus ibi aluiſſe. Hos canes extra muros noctu duci praecipit Aeneas, et alligatos ibi relinqui. alii ſolutos et liberos portis oppidi excluſerunt. Procopius Gothicorum libro I. de Beliſario Romae obſeſſo: τῶν ϛρατιωτῶν τινὰς, καὶ ὐχ ἥκιϛα Μαυρυσίων ἔξω ἔπεμπεν· οἳ ἀμφὶ τὴν τάφρον διανυκτερεύειν ἀεὶ ἔμελλον. καὶ ξὺν αὐτοῖς κύνας ἠφίει, ὅπως δὴ μηδὲ ἄποθέν τις ἐπὶ τὸν περίβολον ἰὼν διαλάθοι. Poteſt his adiici alius canum in bellis vſus, ad nuntios deferendos; de quo extat teſtimonium Aeneae cap. XXXI. Qui recentiores hiſtorias Hiſpanorum et aliorum populorum legerunt, ſciunt eſſe hodie, qui ad ſimilia miniſteria canibus vtantur.

Ἤ πῃ ὁρμώμενον αὐτομολῦντα.) Tangit aliam canum vtilitatem in re bellica, ad transfugas deprehendendos, qui ad hoſtem facere tranſitionem conantur. Polyaenus libro II. de Ageſipoli Mantineam obſidente. Ἀγησίπολις μαθὼν τὰ δρώμενα, κύνας περὶ τὸ ϛρατόπεδον ἠφίει πολλὰς· πλείονας δὲ κατὰ τὸ μέρος τὸ πρὸς τὴν πόλιν· ὅπως μηδεὶς αὐτομολοίη φυλαττόμενος ὑπὸ τῶν κυνῶν ἁλῶναι.

Ὅσα δὲ πάθεα γέγονε περὶ τῦ ϛοιχεῖυ τὰς καιρὰς.) Mira deprauatio; nam ſcripſerat ſine dubio Aeneas, περὶ τὰς τοιύτας καιρὰς. ſicut paullo ante, περὶ τὰς ἑορτὰς καὶ τοιύτας καιρὰς μάλιϛα οἱ β.

* Ὁμαλὸν δὲ ἅμα τύτοις μ.) Lego, καλὸν δὲ ἅμα τύτοις,

Μετὰ

Μετὰ δὲ τὴν ἔξω ναυμαχίαν ἐπιβουλευόμενος ὁ Φρούραρχος Νικοκλῆς.) Nicocles hic non eſt, opinor, ille Salaminis in Cypro rex Teucri *ἀπόγονος*, Euagorae F. Iſocrati decantatus. ſed eſt, dux aliquis, fortaſſe Athenienſium, qui praeſidio vrbem, cuius nomen auctor non indicat, tenere iuſſus fuerat. id enim eſt *Φρούραρχος*, *praeſidii praefectus.* Quid appellet auctor *τὴν ἔξω ναυμαχίαν*, difficilis quaeſtio eſt. Scio inſularum continenti propinquarum latus *τὸ πρὸς τὸ πέλαγος νεῦον*, quod auerſum eſt a terra, et altum mare ſpectat, appellari hiſtoricis *τὴν ἔξω πλευράν*. vnde *ἔξω πλεῖν* dicunt iidem pro altum petere. ſed hic nullum inſulae nomen eſt appoſitum. Legendum coniicio, *μετὰ τὴν ἐν Νάξῳ ναυμαχίαν.* Naxus inſula, iam inde a Piſiſtrati temporibus occupata Athenienſibus, auctore Herodoto; quum prima omnium ſociarum inſularum ſeruitutis iugum exuiſſet, armis in ordinem eſt coacta. et nobilis item eſt illa Chabriae ad Naxum victoria naualis, quam anno vltimo Olympiadis centeſimae de Pollide Lacedaemoniorum nauarcho retulit. vide Diodorum libro XV.

Ἐν τῷ τείχει Φυλακείοις.) *Ἐν τοῖς ἐν τῷ τ. Φ.*

Δεῖ τὰς νύκτας λύχνα καίεσθαι λαμπτῆρσι.) hoc eſt, *ἐν λαμπτῆρσι*: et ita fortaſſe ſcripſerat. *λαμπτὴρ* ſaepe Graecis eſt laterna, vt ad Suetonium monebamus: vbi laternae militaris formam deſcribebamus e Iulio Africano. laternae vt plurimum erant corneae, quarum Plautus meminit et Olympiodorus in Meteorologicorum *πράξει* XLIX. in illis de quibus Africanus, et quarum vſus in vigiliis et circuitionibus, tria latera corio nigro contegebantur, vno tantum ad lumen transmittendum relicto. alii laternas ligneas in eos vſus parabant. nam ſcribit Philo mechanicus in Poliorcetico: *ἐκκοιτίας τε καὶ ἐφοδείας τὰς προσηκούσας ποιητέον, ἐν αἷς χρήσονται ξυλίνοις λαμπτῆρσιν, ἵνα ὑπὸ τοὺς πόδας μόνον φαίνωνται, καὶ μὴ καταφανεῖς ποιῶσι τοὺς ἐφοδεύοντας τοῖς ὑπεναντίοις.* de hoc genere laternarum capienda verba Aeneae capite XXVI. vbi circuitionum praecepta proponuntur. *ὁ λαμπτὴρ φεγγέτω· εἰς ὕψος μὲν μηδέν· κεκαλύφθω γάρ τινι· ἐπὶ δὲ τὴν γῆν, καὶ τὰ πρὸ τῶν ποδῶν μόνον.* Obſeruabis in Aenea ad dationem ſigni *λαμπτῆρας* ſic attolli a vigilibus, vt ſolent faces a pyrſeutis.

Ὅταν σημειωθῇ μ.) Pro *σημεῖον δοθῇ.* quod non temere leges in hac re.

Ὅν

Ὃν δ' ἂν τρόπον ἴσως καὶ κοινῶς μακροτέρων ἢ βραχυτέρων νυκτῶν γινομένων ἅπασιν αἱ Φυλακαὶ γίνοιντο, πρὸς κλεψύδραν χρὴ Φυλάττειν.) Veteres horologiis vſos, quae aquis guttantibus horas diuidebant, aeque noctium ac dierum, ex Plinii libro ſeptimo et Caſſiodori ſecundo notum eſt. ſed huiusmodi horologiorum poſterius fuit inuentum, quum vſus clepſydrarum apud Graecos fuerit antiquiſſimus. Vſi ſunt clepſydris Graeci primo, deinde et Romani in foro, quod nemo ignorat, et in militia. de Graecis teſtatur hic locus Aeneae. Vegetius libro III. capite VIII. *In quatuor partes ad clepſydram ſunt diuiſae vigiliae; vt non amplius quam tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare.* Caeſar libro V. in deſcriptione Britanniae: *certis ex aqua menſuris breuiores eſſe noctes, quam in continente videbamus.* clepſydras intelligi nemo tam fungus eſt quin ſtatim intelligat: etſi vocem Graecam Romanae ciuitatis princeps refugit. at Graecus interpres inepte, vt alia multa; *ὕδατος μέτροις τισὶ*, quum debuiſſet, *κλεψύδραις*. Porro harum clepſydrarum facit mentionem Iulius Africanus capite XL. quod caput propterea hic placuit deſcribere, vt ex comparatione verborum Aeneae cognoſcerent lectores, vnde ſua Africanus deſumſerit, vel potius pene ad verbum deſcripſerit, et quidem diſſimulato auctoris nomine. Sic ille: Κλεψύδρα, *πάνυ χρήσιμον τὸ κτῆμα πρὸς τοὺς νύκτωρ Φυλάσσοντας, μακροτέρων ἢ βραχυτέρων νυκτῶν γινομένων. αὕτη δὲ συμβάλλεται οὕτως. χρὴ κεκηρῶσθαι αὐτῆς τὰ ἔσωθεν· καὶ μακροτέρων γινομένων τῶν νυκτῶν, ἀφαιρεῖσθαι τοῦ κηροῦ, ἵνα πλέον ὕδωρ χωρῇ· βραχυτέρων δὲ, προσπλάσσεσθαι, ἵνα ἔλασσον δέχηται. τὴν δὲ ταύτης ὀπὴν ἀκριβῶς δεῖ ποιεῖσθαι, δι' ἧς τὸ τῆς προθυμίας ὕδωρ ἐκρεῖ. Clepſydra res eſt, nocturnis cuſtodibus, ſiue productiores, ſiue contractiores noctes ſint, cum primis vtilis. haec ita compingitur. interiora clepſydrae cera oportet eſſe oblita. et longiores quidem ſi fuerint noctes, de cera eſt auferendum; quo plus aquae ipſa capiat: ſin autem breuiores, amplius allinendum: quo minus aquae contineat. foramen vero illius, per quod aquae effluit, quantum ipſe cupis, accurate debet eſſe confectum.*

Ὀχλεῖν, καὶ ε - - - περιοδείας χρὴ τῶν στρατηγῶν σκυταλίδα ἔχουσαν σ.) Haec eſt ſcripta lectio, miris modis deformata. Scribo, *ὀχλεῖν. κατὰ δὲ τὰς περιοδείας χρὴ σκυταλίδα ἔχουσαν σημεῖον παρὰ τοῦ στρατηγοῦ παραδίδοσθαι τῷ πρώτῳ*

Φύλακι. fuſtulimus voces otioſas *τῶν ϛρατηγῶν.* pro quibus legendum eſſe fortaſſe *τῶν ϛρατιωτῶν* adnotatum erat in regio. neutra vox, quod ego ſciam, ferri poteſt. Ad rem ipſam quod attinet, Graecorum militiae inſtitutum hic narratur, in quo tota circuitionis vtilitas continetur. nam circumitio vigiliarum eo ſpectat, vt in eos, qui vigilias non obierint, aut male obierint, poſſit animaduerti. quo igitur delinquentes deprehenderentur, inſtituta fuit ea *σκυταλίδος περιφορὰ καὶ παράδοσις*, quam hoc loco deſcribit Aeneas. *Σκυτάλην* nemo ignorat ſignificare lignum teres. *σκυταλὶς* eiusmodi lignum eſt, ſed minus quam ordinaria ſcytala. in hoc ligno figura quaedam et ſignum exprimebatur, vt a ceteris diſtingueretur: ſimillima his fuerunt illa *ξυλήφια βραχέα τελέως, ἔχοντα χαρακτῆρα*, quorum in Romana militia Polybius meminit libro VI. Ait auctor, eius formae taleam a tribuno tradendam eſſe illi, qui circuitionem primus obibit. hunc vero lignum acceptum ad proximam vigilum ſtationem deferre debere, atque ibi tradere *τῷ φύλακι*, id eſt illi vigilum, qui in circumeundi munere ipſi eſt ſucceſſurus; illum ad proximam ſtationem ſignum debere deferre, et alteri ſimiliter tradere; qui porro idem ſit facturus; donec orbe vigiliarum omnium confecto, ad tribunum, qui dedit, ſcytalis reuertatur. quod ſi circitor aliquam ſtationem a vigilibus deſertam inuenerit, vt cui tradat ſcytalidem non habeat; retro ad tribunum pedem referre illum debere, vt tribunus vitio intellecto, per centurionem deſertae ſtationi ſtatim proſpiciat, et mox in deſertores animaduertat. Haec ratio et vtilitas eſt eius inſtituti, quod hoc loco Aeneas deſcribit. Alii Graeci in eam rem non ſcytalide, ſed nola ſiue tintinabulo vtebantur. nam *τῇ τῆς σκυταλίδος περιφορᾷ καὶ παραδόσει*, ſimillimum fuit inſtitutum *τῆς παραφορᾶς τοῦ κώδωνος καὶ παραδόσεως*: circitores enim ad proximam ſtationem tintinabulum deferebant et alteri tradebant, qui et ipſe rurſus faciebat idem. Romanae vero militiae conſuetudo, partim ſimilis, partim diſſimilis. Scytalidi reſpondet illud *κάρφος*, vt appellat Polybius, id eſt lignum minutum, in quo erat aliquid inſcriptum. at ratio vtendi hoc ligno multum diuerſa. Sed de iſtis omnibus vbertim *σὺν Θεῷ* ad VI. Polybii.

Πάντα ἀντιδιδόναι παρ' οὗ ἔλαβε τὴν σκυταλίδα.) Quid eſt *πάντα*? non enim reddendum eſt aliud, quam ſcytalidem.

talidem. Forte ſcribendum, παραχρῆμα ἀντιδιδόναι, vel ἀποδιδόναι.

Τὸν μὴ παραδεξάμενον, ἀλλ' ἐκλιπόντα τὴν φυλακήν.) Quid ſi ſtationem quidem non deſeruerit, ſed dormiens fuerit deprehenſus? miror Aeneam alterum hoc vigiliarum peccatum praetermittere, et hoc loco, et mox iterum de poena deſertoris cum loquitur. Polybius de circitoribus Romanis verba faciens, ἐὰν δ' εὕρῃ κοιμώμενον, ἢ λελοιπότα τινὰ τὴν τάξιν.

Ὃς δ' ἂν φυλακῆς αὐτῷ οὔσης μὴ παρῇ εἰς τὸ τεταγμένον.) Procopius de circitoribus a Beliſario inſtitutis, in vrbe Roma a Gothis obſeſſa. τοῖς ἐν τῷ περιβόλῳ ἄρχοντας ἐς νύκτα ἑκάστην ἑτέρους ἐφίστη. οἷς δὴ ἐπέκειτο, μέτρον τι τοῦ τείχους περιιοῦσιν, ἐκ περιτροπῆς ἀναγράφεσθαι τὰ τῶν φυλάκων ὀνόματα· καὶ ἤν τις ἐνθένδε ἀπολειφθείη, ἕτερον μὲν ἀντ' αὐτοῦ καταστήσασθαι ἐν τῷ παραυτίκα. ἀναφέρειν δὲ τῇ ὑστεραίᾳ εἰς αὐτὸν, ὅστις ποτὲ ὁ ἀπολειφθεὶς εἴη, ὅπως δὴ κόλασις ἡ προσήκουσα ἐς αὐτὸν γένοιτο. Simillime vt praecepit Aeneas, deſertoris in locum ſubito alium hi quoque circitores ſubſtituebant, et die inſecuto in reum militaris delicti animaduertebant.

Ὁ λοχαγὸς αὐτοῦ παραχρῆμα τὴν φυλακὴν ἀποδόσθω.) *Centurio confeſtim eius cuſtodiam vendito.* ἀποδόσθω verbum ita accipiendum eſſe, arguunt ſequentia ἀποδιδότω τῷ πριαμένῳ τὴν φυλακήν. Porro *vendere cuſtodiam*, ſiue *vigiliam*, interpretor, aliquem conducere, qui et commoda illa percepturus ſit, quae deſertor capiebat, et vicem illius vigilias acturus, et ceteras λειτουργίας omnes praeſtiturus. Hic notandum eſt, in conductitio ſolum milite et mercenario, non autem in ciue, iſtud Aeneae praeceptum poſſe locum habere. de more autem et modo militis conducendi ad vrbis defenſionem, dictum ante capite XIII. nonnihil et cap. IX. ex illis locis apparet, μίσθωσιν et conductionem potius fuiſſe, quam veram venditionem aut emtionem, de qua hoc loco agitur; licet Aeneas verbis vtitur legitimae emtioni conuenientibus. non diſſimile eſt, quod Romani *emere militem* vel *auxilia* dixerunt, pro conducere. At quod in iure Romano paſſim legitur de militia emta, vendita aut legata, plane res diuerſa eſt, neque horſum vllo modo pertinet.

Ἔπειτα πρόξενος ἐξ αὐτοῦ ἀποδιδότω τῷ πριαμένῳ τὴν φυλακήν.) Quemadmodum apud Romanos teſſerae frumenta-

riae iis dabantur, quos ad frumentationem volebant admitti: sic videntur apud Graecos priuati homines, qui conductos a se milites alebant, vt fuit ante expositum, signum aliquod dedisse, et velut tesseram hospitalem; vt scirent singuli, quo sese reciperent, et cuius hospitio vti deberent. eam tesseram Aeneas hic φυλακὴν appellat, *custodiam*, quia quasi pignus est mercedis pro custodia debitae. nam ὁ πριάμενος τὴν φυλακὴν, is est, qui in locum et munera desertoris succedens, ius nactus est fruendi tessera illius, et omnibus commodis.

Ἄφωνα ποιοῦντα τόνδε τὸν καιρὸν, ἐπικαύσαντά τι τοῦ σώματος.) Vt canes et gallos gallinaceos inusta parte aliqua corporis, quod ait Aeneas, dolor reddit mutos; sic etiam equos vetat hinnire, ex hac aut simili causa concitus dolor. adeo verum est, quod dicebat Plato, οὐδὲν ζῶον λυπούμενον ᾄδει. Iulius Africanus capite IX. obseruat, equorum hinnitum in rebus bellicis magnum interdum momentum facere. eamque adeo rem Aristomeni Messenio pulcherrimi strategematis ansam praebuisse, quo Lacedaemonios deuicit. Parthos vero quoties vellent efficaciter equos suos impedire, quo minus inter pericula hinnirent, solitos vinculo valido caudam illis vehementer adstringere; ita vt acrem ex ea constrictione dolorem caperent. τῇ γὰρ εὐνοίᾳ, inquit, τῆς ἐπιδέσεως ὁ ἵππος ἀλγῶν τὸν αὐτὸν μὲν θυμὸν φυλάττει καὶ τάχος· μόνον δὲ τὸ φώνημα ἴσχει.

Ad cap. 23. Monita et cautiones proponuntur iis necessariae, qui eruptionem in hostes sunt facturi: de quibus ante dictum capite XV. et sequente.

Φυλάξαι ὅπως μὴ ἐξαυτομολήσῃ.) Scrib. μή τις ἐξαυτ. vt mox. ἐφύλασσον μή τις αὐτομολήσῃ.

Ἵνα μήθ' ὑπὲρ τῆς πόλεως ἀνὴρ πυρ.) Quid auctor sibi velit istis verbis, non capio.

Καὶ ὧδε ἐλθόντες.) Quo? aut quid sibi voces istae volunt? apparet deesse aliquid, neque mendo haec verba carere.

Ταύτῃ κατεπέτασαν ἀγγεῖον.) Magnum linteamen instar veli appellat ἀγγεῖον. mox vocat ἱστίον. sed vocum ἄγγος et ἀγγεῖον amplissima significatio est. cap. XXIX. ἄγγεσιν ἀχύρων, id est φορμοῖς, vel σάκκοις.

Πυρσεύοντές τι, ἢ ἐμπρήσαντες.) Πυρσεύσαντες editum oportuit, vt in autographo.

* Πρά-

* Πράξεις δὲ καὶ ὧδε ἐξοισθήσεται ἐξ ἀρχόντων προετοιμ.) Nisi grauius acceptum est vulnus scribo, πρᾶξις δὲ καὶ ὧδε γεγενημένη, ἐξοισθήσεται ἐξ ἀρχόντων. Προετοιμ. est transpositio non inuenusta, pro ὧδε γεγενημένη ἐξ ἀρχόντων. verbo ἐκφέρειν non semel sic vtitur, capite II. ἐξοιστέον δὲ καὶ τὰ ὑπεναντία τούτοις. capite XVII. παράδειγμα δ' ἐξοίσω γενόμενον πάθος. alibi verbum hoc omittit ἔξωθεν supplendum. capite XXIX. παραδείγματος ἕνεκεν ἐπὶ πράξει γεγενημένα.

Οἵ γε ἄρχοντες καὶ οἱ συνελθόντες, τοὺς πολεμίους παρεκάλουν εἰς βοήθειαν.) Omnino τοὺς πολίτας scribendum, quamuis repugnante scripto exemplari.

Ὡς κατασκεψόμενοι τὰ ἀγγελλόμενα.) Non dubitauimus ita corrigere scriptam lectionem, ὡς κατακοψόμενοι. potest scribi etiam ὡς κατοψόμενοι. mox δῆθεν scripsimus, quum inuenissemus μηδέν. et statim ἦν αὐτοῖς ξενικὸν προητοιμασμένον κρυφαίως κομισθὲν κατὰ θαλ. pro deprauatissima mſ. scriptura, κρύψαι ὡς κομισθέντες κ. θ.

Ad cap. 24. Proponuntur obseruationes et cautiones variae super tesseris dandis. σύνθημα Graecis historicis tesseram plurimum significat, quod vocale signum est, vt dicebamus ad caput IV. saepe tamen generali notione pro signo, ἀντὶ συσσήμου καὶ σημείου, capitur. vt cum scribit Polybius libro primo, οἱ Καρχηδόνιοι συνθήματος ἀρθέντος ἐκ τῆς Ἀιίλου νεὼς μετεβάλλοντο. iterum ἀρθέντων τῶν συνθημάτων ἐφ' ἑκατέρας τῆς ναυαρχίδος συνέβαλον. nam ἀρθῆναι τὸ σύνθημα, de tessera dici non potest: sed potius εἰπεῖν, δηλοῦν, παραδιδόναι et παρέρχεσθαι, vel παριέναι, apud Xenophontem et alios.

Παρὰ τὰ νομιζόμενα ἑκάστῳ ἔθει τῶν ἀνθρώπων.) Lego ἔθνει.

Ἐὰν κατὰ γλῶσσάν τις παραγγέλλῃ ἢ κοινόν τι ἅπασι.) Delenda vocula ἢ ante κοινόν. si rem communiter omnibus notam, pro tessera dans, dialecto peregrina vtatur: vt si Athenis, vel inter Athenienses dei nomen tesserae loco velit dare, et pronuntiet σιός; aut inter Lacedaemonios Θεός. notum quid sit γλῶσσα, vnde Glossarium, et γλώσσαις λαλεῖν, apud Apostolum.

Οἷον Χαριδήμῳ Ὠρείτῃ.) Hic est Charidemus Oritanus, cuius res gestas suse persequitur Demosthenes in oratione aduersus Aristocratem, quam plerique censent habitam Olympiadis CVII. anno primo. ibi etiam meminit orator capti Ilii a Charidemo, vt et Plutarchus initio Sertorii, et

 alii.

alii. Ariſtoteles quoque in II. Oeconomicorum inter illos, qui parandae pecuniae ſubtiles rationes excogitarunt, hunc commemorat.

Περὶ τὴν Αἰολίδα συνέβη καταλαβόντι Ἴλιον.) hoc eſt, quo tempore in Aeolidis parte dominabatur. Ariſtoteles, Χαρίδημος Ὠρείτης ἔχων τῆς Αἰολίδος τινὰ χωρία. eo igitur tempore cepit Ilium Charidemus, in Phrygia vicina ſitum, non in Aeolide.

Εἰσεπορεύετο εἰς ἀγρὸν - - - τὰ ἀγρευθέντα ἑκάστοτε.) Nihil puto deeſſe. lego εἰσεπορεύετο εἰσάγων τὰ ἀγρ.

Οἰκεῖσται καὶ εἰς λόγους κρυφαίως ἀφικόμενος.) Alii narrant aliter: famulum hunc, quum de more praedatum exiiſſet, a Charidemo fuiſſe captum. Polyaenus libro III. Χαρίδημος, Ἰλιέων λεηλατούντων αὐτοῦ τὴν χώραν, οἰκέτην Ἰλιέα προελθόντα ἐπὶ λείαν συλλαβὼν, μεγάλοις δώροις ἔπεισε προδοῦναι τὴν πόλιν.

Μεθ᾽ ἵππου δ᾽ ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐξελθεῖν ἐν τῇ νυκτί.) Etiam hic auctorum narrationes diſſentiunt. nam Polyaenus ſcribit, Charidemum ipſum famulo equum dediſſe abducendum inter cetera praedae dolo conceſſae. ſed Aeneas de re loquitur, quae ſua procul dubio aut patrum memoria contigerat. In eo omnes conſentiunt, fatalem Troiae hunc equum fuiſſe, et cauſſam praecipuam cur a Charidemo caperetur. et obſeruant veteres, propter equos, aut per equos ter captum fuiſſe Ilium: primo cepiſſe Herculem propter Laomedontis equas: iterum Agamemnonem dolo equi duratei vſum: tertio nunc Charidemum. Plutarchus initio Sertorii; ἑάλω δὲ τὸ Ἴλιον ὑφ᾽ Ἡρακλέους διὰ τὰς Λαομέδοντος ἵππους, καὶ ὑπὸ Ἀγαμέμνονος διὰ τοῦ δουρείου προσαγορευθέντος ἵππου. τρίτον δ᾽ ὑπὸ Χαριδήμου, ταῖς πύλαις ἵππου τινὸς ἐμπεσόντος, ἀποκλεῖσαι ταχὺ τῶν Ἰλιέων μὴ δυνηθέντων. epigramma vetus.

Carminis Iliaci libros conſumſit aſellus:
Hoc fatum Troiae eſt, aut equus aut aſinus.

Ἀλλὰ μὴ κατὰ τὴν διάλυσιν ἢ τὴν ἐκτομίδα πυλίδα, ὥσπερ εἰώθει, εἰσέλθοι.) Interpretor διάλυσιν, de portarum foribus hiantibus, potius quam apertis. Latini hiſtorici *ſemiapertas fores portae*, vel *adapertas* dicere ſolent, vt Liuius. alii *ſemiclauſas*, vt Marcellinus. *adaperire* eſt διαλύειν, aut ὑπανοίγειν, non autem ἀνοίγειν. vulgo dicemus, *entreouvrir.* πυλὶς paruam portam proprie ſignificat; et quam hiſtorici ῥινοπύ-

ῥινοπύλην aut *παραπορτίδα* nominant; Liuius *portulam*. Sed hoc loco *πυλὶς* de foribus, non de alia porta dicitur. pars igitur forium, quae aperta portulam in ipsis foribus efficit, appellatur ab Aenea *πυλὶς ἐκτομὶς*, siue *ἐκτομὰς*, *portula exsectitia*. aliter Graecam exprimere non possumus. per hanc non admittebantur iumenta, sed tantum homines, atque ii non nisi singuli. infra cap. XXVIII. *προνοεῖσθαι δεῖ ἐν τῇ πύλῃ ἐκτομάδα, ἵνα σώματα μόνον ἀνθρώπων κατὰ τὴν ἐκτομάδα πυλίδα ἐξίῃ καὶ εἰσίῃ καθ' ἕνα.* Iulius Africanus hunc locum describens *ἐκτομάδα* similiter appellat. *ἐκτομὰς* vt *ἐκβολὰς*, *eiectitia vulua.*

Ἔτυχε δὲ καὶ αὐτὸς ἀγχίνως πάλιν ἀνθυποπτεύσας.) Neminem dubitaturum arbitror, recte haec a nobis esse concepta, quae in exemplari ita erant: *ἔτυχε δὲ καὶ αὐτὸς* - - *ἀγχίνως πάλιν ἂν* - - - *ὑποπτεύσας.*

Ἐπὶ μὲν ἄγραν πορευόμενος.) Est quidem *ἄγρα* venatio, non autem depraedatio: hic tamen de venatione praedae bellicae accipiendum. vsus autem est de industria illa voce, vt conuenientiam instituti ostenderet cum nomine Dianae *ἀγροτέρας*.

Ἐπὶ δὲ κλοπήν τινα πράξων ΕΡΜΗΝ ΔΟΛΙΟΝ.) Omnibus in vniuersum consiliis clandestinis Mercurium praeesse stulta antiquitas habuit persuasum. Chorus apud Sophoclem in Electra de Oreste vltionem patris moliente. Ὁ Μαίας δὲ *παῖς Ἑρμῆς σφ' ἄγει δόλον σκότῳ* Κρύψας *πρὸς αὐτὸ τὸ τέρμα, κοὐκέτ' ἀμμένει.*

Ἰφικράτης δέ.) Huius multa celebrantur a scriptoribus inuenta bellica et res gestae praeclare, Polyaeno inprimis, quem vide libro III.

Τὸν *περίοδόν τε καὶ φύλακα ἔχει.*) Hoc est, *τὸν προφύλακα*; et fortasse ita scripsit, vt statim *τοῖς περιοδεύουσι καὶ προφύλαξι.* vide ad caput XXII. Noua autem ratio vitandae fraudis in re tesserarum hic proponitur ab Iphicrate instituta; vt duplex in castris tessera versaretur, vna vigilum proprie, altera circitorum. vtramque autem vtrisque notam esse oportuit. nam vt circitor procustodem, sic procustos circitorem interrogabat, Inuenio apud Philonem, de duplici tessera praeceptum huiusmodi. *ξένα δὲ καὶ διπλᾶ δοτέον ἐστὶ τὰ συνθήματα· ἵν' ἐργωδῶς οἱ πολέμιοι καταμανθάνωσιν αὐτὰ, ἐὰν καὶ ἐξάκουσον ἀπὸ τοῦ τείχους τι γένηται.* et fateor quidem rationem hanc vulgari esse aliquanto seueriorem; sed et multo operosior eadem et difficilior.

Ὁ δ' αὖ ἐρωτηθείς.) Erat ſcriptum ἄν. poteſt etiam ὁ δ' ἀντερωτηθείς.

Καὶ ἐν Θήβαις ὅτε τὴν Καδμείαν καταλαβόντες ἐσκεδάσθησαν νυκτός.) Fallor aut ſcribendum, ὅτε οἱ τὴν K. vt intelligatur haec diſperſio et error accidiſſe, cum in eo eſſent, vt arcem occuparent, non poſt occupatam Cadmeam, quod altera lectio ſignificat. obſcure autem et breuiter Aeneas rem, quae ipſius aetate acciderat, ceu notam omnibus, tantum attingit. non enim dubium eſt contigiſſe hunc caſum, vel quum Phoebidas Lacedaemonius Cadmeam cepit, anno tertio Olympiadis nonageſimae nonae: vel quum Pelopidas eam recepit ſequentis Olympiadis anno tertio. cuius poſterioris ἁλώσεως mentio fit iterum capite XXXI.

Τὰ δὲ συνθήματα ἐρωτᾶσθαι κοινῶς τοῖς τε περιοδ.) Plane quid ſibi velit auctor iſtis verbis, non poſſum coniectura aſſequi. eſt enim et corrupta, et fortaſſe etiam mutila ſententia. In tantis tenebris vnum ſuccurrit, videri Aeneam redire ad Iphicratis inſtitutum, et hoc dicere: communiter illud eſſe ſeruandum, et circitori et procuſtodi, vt alter alterum viciſſim de teſſera ſeſe interrogent. nam alioqui ſi non duplici teſſera vtantur, ſed ſimplici dumtaxat, poſſe etiam hoſtem, qui datam procuſtodi teſſeram aliquo caſu cognouerit, (quod multis modis poteſt accidere) ſub ſpecie circitoris latere. Haec mea ſuſpicio eſt; qua ſi quid melius doctiores et acutiores excogitarint, περιχαρὴς admittam et gratias habebo.

Ὁ γὰρ περίοδος καὶ πολέμιος ἀνερωτῶν.) Verti quaſi ſcriptum eſſet ὡς γὰρ περίοδος καὶ πολέμιος ἂν ἐρωτῴη. *nam etiam hoſtis ceu circitor poſſit de teſſera interrogare.* Senſum iam expoſuimus. ſimilis ſententia apud Onoſandrum neceſſitatem παρασυνθήματος hac demonſtrantem ratione; quia poſſit fieri, vt hoſtis, qui ſimplicem teſſeram reſciuerit, ea vtatur tamquam amicus. ἵνα μὴ, inquit, μόνον γενομένης ποτὲ ταραχῆς, πιστεύσωσι τῷ λεγομένῳ συνθήματι (τοῦτο γὰρ δύνανται καὶ πολέμιοι καταλαβέσθαι πολλάκις ἀκούοντες) ἀλλὰ καὶ τῷ παρασυνθήματι. Horſum quoque ſpectant Philonis verba, quae infra ſubieci: μεταλλακτέον δέ ποτ' ἐστι καὶ τὰ συνθήματα, ἵνα, εἰ τῶν ἔνδοθέν τις κακουργῶν τὸ σύνθημα δῷ τοῖς πολεμίοις, ἢ αὐτοὶ νυκτὸς ὑποτάξαντες τῷ τείχει λάβωσιν, ἀχρεῖον αὐτοῖς ᾖ, γενομένης τῆς μεταλλαγῆς. *Teſſeras interdum mutare oportet, vt ſi quis incluſorum fidem violans inimicis teſſeram*

seram indicet, aut ipsi per noctem moenibus succedentes, signum audiant; facta mutatione tesserae, ea res sit ipsis inutilis.

Ad cap. 25. ΠΑΡΑΣΥΝΘΗΜΑΤΑ de quibus hoc loco agitur, signa esse muta, vt appellat Vegetius, ad quartum caput iam ostendimus. Meminit horum Polybius libro nono in luculenta digressione, quae est de institutione imperatoris. τὸ δὲ τελευταῖον, ait, συνθημάτων καὶ παρασυνθημάτων, ἔτι δὲ ἐκλογῆς, δι' ὧν καὶ μεθ' ὧν ἐνεργηθήσεται τὸ κριθὲν, ἐκ ὀλιγωρητέον. ea esse muta signa, et vocalibus opponi, varieque fieri, vt nutu manus, armis collisis, aut concussis, hasta inclinata, aut ense huc illuc agitato, docet Onosander his verbis: τὸ δὲ παρασύνθημα μὴ διὰ φωνῆς λεγέσθω, ἀλλὰ διὰ σώματος γινέσθω, ἢ νεύματι χειρὸς, ἢ ὅπλων συγκρέσει, ἢ ἐγκλίσει δορατίε, ἢ παραφορᾷ ξίφες. Apud alios Tacticos signa eiusmodi non παρασυνθήματα nominantur, sed ὑποσυνθήματα. scribit enim Philo in suo Poliorcetico; τέτοις καὶ τοῖς ἀμφοδάρχαις συνθήματα καὶ ὑποσυνθήματα παρὰ τῶν ςρατηγῶν δίδοσθαι δεῖ· τὸ μὲν φωνῆεν, τὸ δὲ ἄφωνον. idem scriptor postquam de mutatione tesserae ea dixisset, quae modo recitauimus, subiicit de vtilitate mutorum signorum, et variis eorum modis haec: Διὰ τὰ ὑποσυνθήματα καταφανεῖς γίνονται οἱ λάθρα ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβάντες· ἔςι δὲ τὰ ὑποσυνθήματα τοιαῦτα. ἀπαιτήσαντα δεῖ τὸ σύνθημα ἀφελέσθαι τὴν καυσίαν, ἢ τὸν πῖλον, ἢ τὴν περικεφαλαίαν, ἣν ἔχῃ, ἢ πρόσκωπον τὸ ἐγχειρίδιον ποιῆσαι, ἢ τὴν δεξιὰν ἐμβάλλειν, ἢ τῆς χλαμύδος ἐπιλαβέσθαι. *Mutorum signorum ope, illi fiunt manifesti, qui muros clam conscenderunt. Signa autem muta huiusmodi sunt; postquam tesseram exegerit, oportet causiam vel pileum tollere, vel galeam, si habuerit, aut pugionem vel ensem capulo prehendere, aut illi dextram iniicere, aut chlamydis laciniam apprehendere.* Leo Augustus constitutione XIX. vbi de pugna nauali dantur praecepta, postquam dixit hoc signorum genere esse vtendum; in declarando eorum vsu verbum ὑποσημαίνειν vsurpat, sicut Philo ὑποσύνθημα. Sic imperator §. 41. τὸ δὲ σημεῖον ὑποσημαινέσθω η ὀρθὸν ἱςάμενον, ἢ ἐπὶ δεξιᾷ, ἢ ἀριςερᾷ κλινόμενον, ἢ ὑψέμενον, ἢ ταπεινέμενον, ἢ ὅλως ἀφαιρέμενον, ἢ μετατιθέμενον, ἢ διὰ τῆς ἐν αὐτῷ κεφαλῆς ἄλλοτε ἄλλως φαινομένης ἀλλασσόμενον, ἢ διὰ χημάτων, ἢ διὰ χρωμάτων. *Signum illud dato significationem, vel stans erectum, vel ad dextram sinistramue inclina-*

tum, vel concuſſum, vel ſublime factum, vel depreſſum, aut omnino ſublatum, aut tranſpoſitum, aut per verticem alias aliter apparentem immutatum, aut figurarum vel colorum variatione. Eſt vero obſeruandum, in expoſitione παρασυνθημάτων a ceteris diſſentire Aeneam. quum enim probauerimus diſertis Onoſandri et Philonis verbis, παρασύνθημα id ipſum eſſe ſignorum genus, quod Latini mutum vocant, quia neque voce neque ſono editur: noſter tamen inter παρασυνθημάτων exempla, etiam vocem aliam praeter teſſeram et ſonum ponit; ἄλλο προσυγκείμενον φωνῆσαι, ἢ ψόφον ἐμφανίσαι. confundit igitur Aeneas diſcrimen, quod Tactici ſtatuunt inter ſigna vocalia, ſemiuocalia, muta, vt dicebamus ad caput quartum; vbi etiam docuimus, diſtingui παρασυνθήματα, inter ordinaria et extraordinaria, quae dicuntur Graecis τὰ ἐκ τοῦ καιροῦ.

Ad cap. 26. Iam diximus ad caput XXII. quo loco diſcrimen expoſuimus, quod fuit olim inter circitores et προφύλακας.

Καὶ παρασύνθημα ὡς ἀκριβῶς ἐκ πλείονος διαγνῶναι ἑαυτούς.) Videtur ſcribendum, παρασυνθήματι, vel παρασυνθήμασι.

Περιοδεύειν δὲ ἄνευ λαμπτῆρος, ἂν μὴ λίαν χειμὼν ᾖ καὶ σκότος.) Philo contra, ἐκκοιτίας τε καὶ ἐφοδείας τὰς προσηκούσας ποιητέον, ἐν αἷς χρήσονται ξυλίνοις λαμπτῆρσι. Vide ad caput XXII.

Καὶ τὰ πρὸ τῶν ποδῶν μόνον φεγγέτω.) In regio vox ποδῶν deſideratur; ob nimiam videlicet conuenientiam cum praecedentibus πρὸ τῶν, qui eſt familiariſſimus librariis error. Philo, quem ante attulimus, ἵνα ὑπὸ τοὺς πόδας μόνον φαίνωνται.

Ἐν γὰρ τοῖς ψύχεσι καὶ * δήλοις.) Probabilis eſt, ſi minus vera, lectio quam ſumus ſecuti, καὶ ὑετοῖς. poteſt et πάγοις, cum gelu concreta ſunt omnia.

Ἐὰν δὲ ἅμα τούτοις καὶ ἐπὶ τοῦ τείχους περιοδεύουσι.) Oratio eſt imperfecta. Scripſit fortaſſe Aeneas ἔνιοι δὲ ἅμα τούτοις καὶ ἐπὶ τοῦ τείχους περιοδεύουσι. *Sunt etiam qui circuitionem faciant ſuper ipſis muris.* Alioquin pugnare ſecum auctor videbitur, qui ſtatim ſubiiciat, χρὴ δὲ τὰς περιοδείας εἶναι κάτω τοῦ τείχους, καὶ μὴ ἀναβαίνειν τοὺς περιόδους. quomodo enim circuitio fiet ſuper ipſis muris, ſi circitores moenia vetantur aſcendere? nulla erit pugna, ſi hoc poſte-

posterius ex sententia sua dicere Aeneam intelligamus; illud prius ex aliorum.

Διὰ τὰ προγεγραμμένα.) Locus ad quem reiicit lectorem extat cap. 22.

Πλὴν τῶν Φυλακῶν.) Scribo *Φυλάκων.*

Ἢ διὰ τὸ πλῆθος ἀποβαλεῖν, ἢ τραυμάτων, ἢ συμμ.) Ita regius. Legendum, *ἢ ἐκ τραυμάτων. propter accepta vulnera;* hoc est propter multitudinem vulneratorum. Mox tolli potest lacuna atque ita scribi, *καὶ τεταπεινωμένου ἢ ἐπικίνδυνά τε ἢ πολεμίων ἐγγὺς ὄντων.*

Μετὰ τῶν αὐτῶν ἀποδεκτῶν ἀνδρῶν.) Scribendum *ἀπολέκτων.* mos est militiae, vt singulis ducibus praesto semper sit manus selectorum militum, plurium pauciorumue, pro dignitate ducis. Scribe deinde, *ἀποδέχονται δέ τινες καὶ τάδε.*

Καὶ πρὸς ὃν πάντες ἀνταίρεσιν οἱ προφύλακες.) Planior futura sententia, si scribatur, *καὶ εἷς, πρὸς ὃν π.* Vult Aeneas; omnes murales custodes paratos habere suos *λαμπτῆρας* ad dandum signum. praeter quos, alium in loco maxime edito iubet collocari, quem omnes speculatores et procustodes teneantur diligenter obseruare, si quod inde signum dabitur.

Ad cap. 27. De Panicis terroribus est hoc caput. docet quomodo et sedari in amico exercitu queant, et excitari in hostili.

Ἅπερ ὑπό τινων καλεῖται Πάνεια.) Non *Πάνεια*, sed *Πανικὰ*, vel *Πανικοὺς θορύβους* historici Graecorum vocant. quod addit Aeneas nomen esse Peloponnesium; haud scio an ad vetustam eius peninsulae appellationem alludat, quando dicebatur *Πανία.* Hesychius *Πανία, ἡ Πελοπόννησος.* sed consentiunt omnes Graeci, eiusmodi pauores et *δείματα ἄλογα καὶ ἐκ μηδεμιᾶς αἰτίας*, a Pane credita fuisse immitti. quod praeter grammaticos scribunt diserte Phurnutus de diis, Pausanias in Phocicis, et Polyaenus libro 1. quae etiam fuisse Aeneae sententia videtur, addentis, propriam Arcadum eam esse vocem. Nam Arcadiae tutelaris Deus Pan, Simillime Romani a Fauno Deo agresti huiusmodi lymphaticos furores immitti existimabant, vt scribit Dionysius Halicarnasseus.

Τοῦτο οὖν τινὲς κελεύουσι καταπαύειν, θέλοντες αὐτὰ σημεῖα προσυγκεῖσθαι τοῖς ἐν τῇ πόλει διδόντες γνωσ.) Corrupta lectio

lectio et distinctio sententiam perdiderunt, quam ex istis nemo eliciat bonam. Fortasse codex est defectus, quod vox διδόντες arguit, si modo auctoris illa est; quod non puto. Lego totum locum sic: ἔςι δὲ τὸ ὄνομα Πελοποννήσιον, καὶ μάλιςα Ἀρκαδικὸν τοῦτο. τινὲς οὖν κελεύουσι, καταπαύειν θέλοντες αὐτὰ, προσυγκεῖσθαι τοῖς ἐν τῇ πόλει σημεῖα, δι' ὧν γνώσονται, ὅτι ἐςὶ Πάνειον.

Ἔςω δέ. αἰσθήσονται πυρός τι προσυγκείμενον ἐπὶ χ.) Potest ferri haec lectio: sed quia in tam deprauato codice omnia mihi sunt suspecta, non verebor coniecturam meam afferre. Fortasse igitur scripserat Aeneas: ἔςω δὲ (nempe σημεῖα) οἷον τόδε. πυρ. fortasse etiam vicus subest τῆς ἡμετέρας χειρουργικῆς κρεῖττόν τι.

Ἄριςον δὲ προπαρηγγέλθαι καθ' οὓς ἂν τῶν ςρατιωτῶν γένηται φόβος κατὰ χώραν ἠρεμεῖν καὶ ἀναβ.) Scribendum, τοὺς δὲ ἀναβοᾶν. vt hi quidem silentium teneant, alii vero rumpant et clament. Non dissimilis ratio est, qua olim vsus Alexander in componendo exercitu, quem Panicus terror turbauerat. tubicinem enim laeti aliquid canere imperauit, quod erat remedium pauoris: deinde proximos sibi tribunos et centuriones iussit arma ponere, et idem mandatum prope adstantibus dare, eosque iubere, vt idem facerent, donec ad vltimum agmen nuntius peruenisset: Polyaenus ita narrat libro IV. ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε τῷ σαλπιγκτῇ δοῦναι σημεῖον ἀφοβίας. τοῖς δὲ προςάταις τῶν πεζῶν, θέσθαι τὰ ὅπλα πρὸ τῶν ποδῶν· καὶ τοῦτο φράζειν τοῖς μετ' αὐτούς. καὶ δὴ πάντες τοῦτο ποιήσαντες, ἔμαθον τὴν αἰτίαν τοῦ φόβου.

Ὥςε ἧσσόν τι τοιούτου γενέσθαι χρὴ, εἰ τὴν νύκτα παρήγγελται τοῖς ςρατιώταις πᾶσι κατὰ τὰ ὅπλα εἶναι ὡς μάλιςα.) Dixit Aeneas κατὰ τὰ ὅπλα, si ita scripsit, pro eo, quod alii solent παρὰ τὰ ὅπλα, vel ἐπὶ τῶν ὅπλων μένειν. in quibus loquendi generibus appellatione ὅπλων intelliguntur τὰ φυλακεῖα, stationes vigiliarum. vnde illae locutiones apud Xenophontem, quas etiam doctissimi viri male acceperunt, θέσθαι τὰ ὅπλα, *disponere stationes*, et ἀνίςασθαι ἀπὸ τῶν ὅπλων, *discedere a vigilia aut excubiis*; ac similes multae, fuse a nobis expositae in commentariis Polybii.

Ἀνακαθίζειν αὐτοὺς εὐθὺς πρὸς τὰ ὅπλα ἐν τῇ εὐνῇ.) Intellige de cubilibus, non quae in tentoriis separata singuli habebant; sed quae in ipso vigiliarum loco, vbi custodiebant: quem propterea appellabant etiam τὰς εὐνὰς, aut

τὰς

τὰς κοίτας, vt iam ante monebamus, et multis alibi probamus.

Ὅπως ἀληθὲς τὸ παράγγελμα, μετὰ Φόβυ ἡγεμόνος τινὸς θ.) Nullum hic locum habet τὸ ἡγεμόνος. Profecto legendum, aut hoc aut ſimili modo. ὅπως ἀληθὲς τὸ παράγγελμα μετὰ Φόβυ ἡγοῖντο, γενομένυ τινὸς θορύβυ.

Ἐξανίςασθαι ἐκ τῶν κοιτῶν.) Sic ſcribendum, non ὑπὸ τῶν κ. quod neſcio quo errore irrepſit.

Ἐπαύθη δὲ καὶ τοιῷδε τρόπῳ.) De re geſta loqui Aeneam nullum eſt dubium: etſi auctor nomen ducis diſſimulat, qui hoc geſſit. Atque hoc ſaepe facit Aeneas. extat libro tertio Polyaeni inter praeclare facta et inuenta Iphicratis, narratio hiſtoriae adeo ſimilis, vt penitus eandem eſſe exiſtimem. quamquam non omni ex parte conuenit Aeneae cum Polyaeno. ſed in aliarum quoque rerum narrationibus ſimiles diſſenſiones inter hos duos ſcriptores obſeruamus. illud dolendum, pulcherrimam hiſtoriam apud vtrumque ſcriptorem deprauate admodum legi. Aeneas, ſi mentem eius capio, ita narrat. quum terror verſaretur in caſtris, Iphicratem, cui conſtabat inanem et Panicum eſſe metum, vt hoc militibus tumultuantibus pauentibusque perſuaderet, vtque eos a veri mali metu liberaret, huiusmodi praeconium voce praeconis proclamari per exercitum iusſiſſe; *ſi quis nomen illius detulerit, a quo equus fuit dimiſſus, per quem turbatus eſt exercitus, huic fore paratum praemium.* poſteriorem partem huius praeconii, quae eſt de praemio, (quod Graeci proprie vocant μήνυτρον, Romani Iurisconſulti *indicium*, Apuleius *indicinae praemium*) et Aeneas et Polyaenus omiſerunt, vt parum neceſſariam ſermoni inſtituto. ſed vox μηνύειν, quo vtuntur ambo, ſatis arguit, indici propoſitum fuiſſe praemium, vt poenae ab alio exigerentur. Lego igitur Aeneae verba: κηρύξας σιγὴν ὁ κῆρυξ ἀνήγγειλε, τὸν ἀΦέντα τὸν ἵππον, δι᾽ ὃν καὶ θορυβηθῆναι. eſt quidem in regio τὸν ἀΦεθέντα et διώκειν; ſed in Polyaeno diſerte τὸν ἀΦέντα. Lectionem regii codicis ſi tueri volumus, praeconium tale editum fuerit. *Si quis nomen eius detulerit, qui equum dimiſſum primus fuerit perſecutus, per quem turbatus eſt exercitus* etc. tum fuerit legendum, τὸν μηνύσαντα - - - τὸν ἀΦεθέντα ἵππον διώκειν, δι᾽ ὃν καὶ θορ. in lacuna deeſt, τὸν ἄρξαντα, aut τὸν ἐπιβαλόμενον, aut tale quid. Polyaeni locus ita legitur, ἐκήρυξεν, ὃς ἂν μηνύσῃ

τὸν

τὸν ἀφέντα - - - τὸν νόμον ἐς τὰ ὅπλα. ὡς δὴ πανικȣ̃ γεγονότος. ita meus codex. in alio, quem mihi vtendum concessit vir clarissimus, et omnium ore laudari dignissimus, Iacobus Bongarsius, nullum est mutilati codicis indicium. Mens Polyaeni, opinor, fuit; praeconis voce praemium fuisse promissum ei, qui nomen illius detulisset, qui male custodito equo, potestatem illi fecisset foras erumpendi et progrediendi etiam ἐς τὰ ὅπλα, id est ad stationes vigiliarum, sicut modo exponebamus. Quare lego, τὸν ἀφέντα τὸν ἵππον ἐς τὰ ὅπλα. quae sequuntur non sunt pars τȣ̃ κηρύγματος; sed sunt verba Polyaeni, ad declarandum scopum huius praeconii, ὡς δὴ Πανικȣ̃ γεγονότος. quasi diceret, Iphicratem hoc commento voluisse militibus persuadere, inani ipsos terrore fuisse territos.

Καθ' ἑκάστην φυλακὴν καθιστάναι ἐκ.) Lego, καθ' ἐκ. φυλακὴν φύλακας καθ. aut φύλακα. mens clara ex interpretatione nostra.

Αὐτὸ δὲ τὸ θορυβεῖν τὸ τῶν ἐναντίων στράτευμα, δαμάλεις τὰς ἀγελαίας μετὰ κωδώνων ἀφιέντες.) In primis verbis subesse vitium paret. Lego, πρὸς δὲ τὸ αὐτὸν θορυβ. vel sine voce αὐτόν. deinde postulat scribi sententia, ἀφιέναι δεῖ, vel ἀφιέναι τε et mox ποτίσαι. Quod ad rem attinet, propositae hic rationi turbandi exercitus hostium, simile fuit stratagema Hannibalis, quo dictatorem Fabium Maximum delusit, bobus dimissis, quibus ad cornua fasciculos sarmentorum alligauerat. Vide tertiam Polybii historiam, vbi plura similia exempla adnotauimus.

Χρὴ τȣ̀ς φύλακας εὐθὺ ἀφιέναι ἐκ τῶν φυλακείων.) Manifesta est sententiae absurditas, nisi restituatur negatio. Lege, ȣ̓κ εὐθὺ ἀφιέναι.

Ad cap. 28. In regio exemplari pro titulo vox πυλωρικὰ huic capiti est praefixa. proponuntur enim cautiones necessariae in claudendis vrbium portis. Iulius quoque Africanus, quum paucis immutatis totum caput describeret, Πυλωρικὸν similiter inscripsit.

Καὶ ἐν ταύτῃ ἐκτομάδα.) Legendum ἐκτομάδα δεῖ εἶναι. Africanus; καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πύλῃ δεῖ ἐκτομάδα, nempe εἶναι. quod tamen verbum neuter codex agnoscit. quid sit portula ἐκτομὰς, diximus ad caput XXIV.

Ἵνα σώματα μὲν ἀνθρώπ.) Τὸ μὲν vitium decurtati codicis ostendit: desideret enim alterum membrum. Puto corri-

corrigendum *μόνον*: etſi aliter etiam Africani codex; qui ita deſcripſit. *ἵνα σώματα μὲν ἀνθρώπων διὰ ταύτης εἰσίῃ ἓν καθ' ἕν.*

Ἐάνπέρ γε ᾖ ὁ πυλωρὸς νοῇ - - - ἀνοίγεσθαι, ὑπ.) Ita omnino locus extat in autographo regio. apud Iulium vero Africanum in meo exemplari ſic legitur, *ἐάν περ ὁ πυλωρὸς ἦν ὁ ἥρως. πᾶν δ' ἀν.* Corrigo ex his veſtigiis *ἐάν περ ὁ πυλωρὸς ᾖ νοήμων. πᾶν δ' ἀνοιγ.* In fine periodi ſcripſimus *ἐπισφαλὲς*, quum inueniſſemus *ἐπὶ σφᾶς* nullo ſenſu. emendatio vero euidentiſſimae certitudinis. Africanus tamen pro eo habet *ἀποτρέπω*, in ceteris nulla varietas.

Ἐν τάχει.) Videntur alieno loco poſita. quid ſi *εἰ τύχῃ*? neutrum agnoſcit Africanus.

Κατὰ τὰς ἐγγυτάτας πύλας κομίζειν.) Iulius Africanus, *ταῦτα εἰσκομίζεσθαι δεῖ προεξιόντος ϛρατεύματος. haec intra vrbem inferre oportet, educto prius exercitu.* poſtrema verba de armatorum manu prius educenda, quam fores portae penitus pandantur, non videntur Aeneae: ab Africano prudenter adiectam fuiſſe hanc neceſſariam cautionem exiſtimo.

Ὡς ἤδη καὶ - - - πολλαὶ πράξεις ἀν.) Lego *καὶ πολλαὶ πολλάκις πρ.* At quae ſtatim ſequuntur, *καὶ προφάσεων τοιῶνδε, ἐφ' ἑνὸς ἐργ.* male cohaerent, hoc pacto ſeparanda; *καὶ π. τοιῶνδε - - - ἐφ' ἑνὸς ἔρ.* deeſt in intercapedine, *δηλώσω.*

Πύθων ὁ Κλαζομένιος καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει τινῶν συνελθόντων.) Pythonem Clazomenium, quod nunc meminerim, hiſtoria vetus non commemorat: docet tamen Ariſtoteles, in quinto ciuilis doctrinae, quae huc pertineant; de ſeditionibus apud Clazomenios frequentibus, quum natura loci velut diuiſa in duas ciuitates ea vrbs eſſet.

Ἁμάξαις ἐκ παρασκευῆς πίθας εἰσαγαγέσαις.) Melius *εἰσαγέσαις.*

Κατέλαβε Κλαζομενὰς ἐν ταῖς πύλαις τῶν ἁμαξῶν.) Quod toties diximus, hic quoque repetere cogimur: librarios veteres illum quaſi communem locum fraudis habuiſſe, cum in dictionibus coniunctis eaedem aut ſimiles ſyllabae reperiebantur. nam verborum eiusmodi alterum fere omittebant, ſiue totum, ſiue ex parte. accidit hoc iſti quoque loco, vbi poſt vocem *Κλαζομενὰς* affinis dictio eſt omiſſa. Corrigendum, *κατέλαβε Κλαζομενὰς, μενεσῶν ἐν ταῖς πύλαις τῶν ἁμαξῶν.*

Ἰφιδιά-

Ἰφιδιάδης τε Ἀβυδηνὸς κατὰ Ἑλλ.) Videtur esse Iphiades Abydenus, qui orta Abydi seditione inter sodalitates, quae in ciuitate illa plures erant, quum ceterae consensissent, vt tantisper rerum potiretur ea sodalitas, cuius caput ipse erat, ciuium sodalitate sibi iunctorum opibus abusus est, vt patriae dominationem occuparet. rarae admodum historiae testem habeo Aristotelem libro v. Politicorum. *ἐν τῇ εἰρήνῃ*, inquit, *διὰ τὴν ἀπιςίαν τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐγχειρίζουσι τὴν Φυλακὴν ςρατιώταις καὶ ἄρχοντι μεσιδίῳ· ὃς ἐνίοτε γίνεται κύριος ἀμφοτέρων· ὅπερ συνέβη ἐν Ἀβύδῳ ἐπὶ τῶν ἑταιριῶν, ὧν ἦν μία ἡ Ἰφιάδου.* vtra autem nominis huius scriptio sit verior, *Ἰφιάδης*, vt in libris Aristotelis, an *Ἰφιδιάδης*, vt noster codex, nihil pronuntio. Scribe mox, *αὗται ἐγγὺς ἐλθοῦσαι.* non *ἔτι.* et *ἵνα πρὸς τὸ σβεννύειν.* non *καὶ π.* propter sequens *εἰσέλθῃ.*

Δοκεῖ δέ μοι συναγαγόντα δηλωτέον ἵ.) Si narrata ante exempla respicit, scribam; *ἐδόκει δέ μοι συναγαγόντι τάδε δηλ.* *visum mihi faciendum, vt haec exempla colligerem, et vobis exponerem.* Fortasse tamen Aeneas non descriptas hoc libro historias respicit, sed alibi describendas; nempe in libro *Ἀκουσμάτων*, quo lectorem suum non semel reiicit. Totum locum male acceptum ita concipio. *Δοκεῖ δέ μοι συναγαγόντι τάδε* (vel *τὰ τοιαῦτα*) *δηλωτέον, ἵνα δὴ Φυλάσσησθε ἐν ἰδίοις καιροῖς ἕκαςα, ἵνα τε μηδὲν εὐήθως ἀποδέχησθε.*

Ad cap. 29. et 30. Afferuntur variae rationes importandi clam in vrbem, cum armorum omne genus, tum alia proditionem molientibus necessaria. Ideo autem ista narrantur, vt obsessi fraudum huiusmodi gnari, ab illis sibi caueant. Hanc quoque partem Iulius Africanus de Aenea mutuatus, pleraque hic contenta in sui operis caput LI. transtulit et ad verbum descripsit. Eius capitis initium est: *Περὶ τῆς τῶν ὅπλων λάθρα εἰσκομιδῆς, ἥτις ἐςὶν αὕτη ἐκτέθειται τοῖς μὲν παλαιοῖς πολλάκις πεπραγμένη· ἡμῖν δὲ παράδειγμα γενομένη, πρὸς τὸ πράττειν εἰ θέλομεν, καὶ μὴ πάσχειν, ὡς εἰδότες. Εἰ μὲν οὖν ἐςιν ἑορτὴ πάνδημος* etc. ex Aenea leuiter immutata.

Εἰσεκομίσθησαν θώρακες λινοῖ.) Iulius Africanus, *εἰσκομίζεσθαι δεῖ θώρακας νέους.* ita meus liber, quem ante annos XXVI. Andreas Darmarius homo Graecus, pene contra aurum mihi rependit. in regia bibliotheca paucula tantum huius scriptoris capita a principio et a fine inueniuntur.

Non

Non dubium ſcripſiſſe Africanum λινᾶς. de veterum lineis loricis multa alibi.

Καὶ περικεφαλᾶια ὅπλα.) Scribe περικεφαλαῖαι, ὅπλα. Graeci ὅπλα cum dicunt abſolute, clypeos et ſcuta intelligunt.

Ἅπερ οἱ ἐλλιμενισαὶ ἀνοίξαντες, καὶ ἰδόντες ὡς ἱμάτια μόνον κατεσημήναντο, μέχρι τιμήσονται οἱ εἰσαγαγόντες.) Breuius Iulius Africanus; qui aeſtimationem et τίμησιν vult factam, non ab iis ad quos merces pertinebant, vt Aeneas; ſed ab ipſis publicanis et portitoribus, qui vectigal portus exigebant. Sic ille: ἅπερ οἱ ἐλλιμενισαὶ ἀνοίξαντες καὶ ἰδόντες, ὡς ἱμάτια μόνον τιμήσονται. ex veterum lectione ſcimus, fuiſſe moris, vt merces in portum illatas portitores deſcriberent. atque eiusmodi ἀπογραφῆς ἐλλιμενισῶν portus Byzantini in oratione Demoſthenis contra Phormionem, habetur mentio.

Ἐν δὲ ταρσοῖς καὶ ῥιποῖς καὶ ἱσοῖς ἡμιϋφάντοις δοράτια καὶ ἀκόντια ἐνειλυμένα εἰσηνέχθη.) Iulius Africanus; ἐν δὲ ταρσοῖς καὶ ῥιπτοῖς καὶ ἱσοῖς ἡμιϋφαντιαίοις ἀκόντια δοράτια ἐνειλημένα. in lectione noſtra melius omnia habent. nam ῥιπὸς, non autem ῥιπτὸς, Graeci appellant crates e viminibus aut calamis, arundinibusue. Dioſcorides libro primo de melini confectione; βάλε εἰς ἀγγεῖον πλατύσομον ἐπιθεὶς ῥίπον ἐκ καλάμου, ἢ ψίαθον ἀραιάν. fere idem ſignificat ac ῥίψ, quod eſt vſitatius. etiam ἡμιϋφάντοις, melius quam ἡμιϋφαντιαίοις. intelligit telas nondum perfectas, neque detextas. telae autem et omnes texturae, praeſertim quae radio fiunt, non λείαις et appenſis ponduſculis, dum texuntur, circa iugum voluuntur. Huius iugi loco poſſe haſtas ſubſtitui dicit Aeneas. ex quo fieri queat coniectura de latitudine telarum apud veteres. quam etiam ob cauſſam ἱσὸν ἐποίχεσθαι *telam percurrere* poeta dixit, pro texere. vt non ſine ratione in ſacris literis haſtae forma vulgari craſſiores maioresque quatuor locis cum ligno altero textoriae artis comparentur, quod Hebraei dicunt *manor*, LXX modo μέσαυλον, modo ἀντίον. Latinus interpres *liciatorium;* quia circa hoc lignum ſic voluuntur licia telae texendae, vt tela texta circa ipſum iugum. In telis ſemitextis transferendis, vtrumque ſimul geſtari oportuit, et iugum et liciatorium: quare in eadem tela duae haſtae potuerunt occultari.

Πρῶτον μὲν τὸ φρόνημα ἐλύθη.) Omnino corrigendum τὸ φόρημα. dixit modo, ducem qui ſummae rei erat praefe-

 ctus,

ctus, fuiſſe illatum in vrbem intra ſarmentorum ſimiliumue lignorum tenuium faſciculos. nunc ait, ante omnia ſolutos eſſe illos faſciculos. quare mirum eſt etiam in Iulii Africani codice haec deſcribentis *Φρόνημα* iſto loco legi. res ipſa refellit, et ſequentia verba. *καὶ ἐξ αὐτοῦ ὁ ἡγεμὼν ἕτοιμος ἦν.* idem liber paullo ante pro *Φόρημα* habet *ἐμΦόρημα*: quod non probo.

Καὶ ὡς Φάλαγξ - - - *γινόμενον ὁπλισθέντες δὲ ἦ.*) Lego *καὶ ἦν ὡς Φάλαγξ ἀθροιζομένη τὸ γινόμενον. ὅπλ.*

Οὐδὲ *εἰσαγαγέσθαι ὅπλα - - - καὶ ἐργάτας ἅμα οὕτως εἰσηγάγοντο.*) Puto deeſſe vocem *οἰσύας*: nam ex ſequentibus conſtat liquido galeas et clypeos e vimine iſtos texuiſſe.

Ἀλλὰ *μὴν οὐδὲ τῶν κατὰ θάλασσαν προσορμιζομένων πλοίων ν.*) Quia modo loquebatur de armis et ſimilibus rebus, quae intra mercium onera abſconditae in vrbem inferuntur, opportune monet, non eſſe permittendum temere, vt vlla nauis, ſiue parua, ſiue magna, ex improuiſo ad portum appellat et propius portas veniat. Iulius Africanus alio loco iſta inuenit collocata, aut ipſe collocanda cenſuit. deſcripſit enim haec verba ad finem capitis XXVIII. quod *πυλωρικὸν* inſcribi diximus.

Ἀδιασκέπτως *ἔχειν.*) Eadem ſcriptura apud Africanum: alioquin haut abs re putet aliquis ſcribendum, *οὐ δεῖ ἀσκέπτως ἔχειν.*

Τοὺς *λιμενοΦύλακάς τε καὶ ἀποστολέας.*) Tria hominum genera commemorat Aeneas, ad quos cura nauium ad portum appellentium, vel e portu ſoluentium, pertinuit. *τοὺς λιμενοΦύλακας*, qui ſunt milites praeſidiarii ad cuſtodiam portus collocati: *τοὺς ἐλλιμενιστὰς* publicanos et portitores, quorum erat munus, vectigalia portus curare, merces adnotare, deſcribere et prouidere, ne fraus aerario fieret: *τοὺς ἀποστολέας*, quorum proprie fuerunt partes apud Athenienſes ſoluendi e portu dare poteſtatem. nam *ἀποστόλους* vocabant triremium, vel aliarum nauium emiſſionem; vnde *ἀποστολεῖς* dicti; *οἱ ἐπὶ τῆς ἐκπομπῆς τῶν τριήρων ἀποδεδειγμένοι*, inquit Harpocration. ſed Aeneas apoſtolorum munus extendit latius; oſtenditque ius illis fuiſſe rimandi et ſcrutandi omnes merces in portum illatas.

Καὶ *παντοπωλείων ἀθροισθέντων πλῆθός τι γένοιτο.*) Corrigendum; *παντοπωλείων. ὧν ἀθροισθέντων* etc.

Παραι-

Παραιρεῖσθαι τὰ ὅπλα.) Sic oportuit, non quod irrepsit ἀφαιρεῖσθαι. vide caput nonum.

Συράκας τε ἀσπίδων.) Scribendum σωράκας. significat hic σώρακος capsam aut aliud vas ad res reponendas. Sic etiam vocabant genus clitellarum vel astrabae ad ligna deuehenda. quare Hesychius non solum ἀγγεῖον esse ait, sed etiam ξυλοκανθήλιον. paullo aliter apud Iuuenalem Satira IV. *modo longa coruscat Soraco veniente abies, atque altera pinum plaustra vehunt.*

Καὶ νυκτερεύειν ὅπου ἂν τύχῃ ἄλλα πλὴν Δείγματος.) Distingue et lege καὶ νυκτερεύειν ὅπου ἂν τύχῃ ἄλλῃ, πλὴν Δείγματος. ὅσον δ' ἄλλῃ πλ. In portu Athenarum Piraeeo fuit locus Digma nominatus, ob eam causam, quae ad Theophrasti characteres nobis est exposita, capite περὶ ἀλαζονείας. ex verbis autem istis Aeneae licet intelligere, non illum solum portus Attici locum ita fuisse dictum, sed communiter in Graeciae emporiis omnia loca, ad quae deferebantur τὰ δείγματα, et mercium indicia siue probae, vt vocem vsurpem Ammiani Marcellini. Aelianus in epistola Demyli ad Blepsiam. οὐδὲ ἀρκούμενος τοῖς παροῦσιν, Αἰγυπτίους καὶ Σύρους φαντάζεται, καὶ περιβλέπει τὸ Δεῖγμα. describit hominem, qui a cultura agrorum ad mercaturam toto animi impetu se conuertit; ac proinde nihil nisi fora et mercatuum loca cogitat. id vocat scriptor venustus, περιβλέπειν Δεῖγμα. nam ita concipiendus et exponendus est ille locus. In verbis Aeneae possunt illa πλὴν δείγματος etiam aliter accipi quasi esset scriptum, πλὴν δείγματος χάριν, nisi quod satis sit ad specimen emere volentibus exhibendum.

Ad cap. 31. Quemadmodum obsessis, aut alias in periculo versantibus, nihil queat accidere optabilius, nihil interdum salutarius, opportunitate fidelis nuntii: sic nihil est, quod hostes hostibus magis inuideant, aut cuius facultatem diligentius sibi inuicem conentur praeripere, quam huius ingentis boni, nuntios mittendi et accipiendi. Propterea iam olim a primis bellorum temporibus multa ab ingeniosis hominibus subtiliter coepere inueniri, ad significationem absentibus dandam earum rerum, quas ipsorum intererat scire. Nobilissimum omnium hoc genus inuentorum fuit illud, quod facibus accensis ea arte peragebatur, quam ab antiquissimis temporibus repertam, et Graecis hominibus vsitatam, postea perpoliuit hic ipse Aeneas, Polybius

bius vero noſter perſecit: nam per faces pyrſeutae neceſſarios pro tempore nuntios ſic transmittebant, vt per epiſtolas calamo et atramento exaratas ſolet. verum haec ratio, neque omnium locorum erat, neque omnium temporum: multis enim prouiſis opus fuit, vt illa ſubtiliore arte ſua pyrſeutae vterentur. accedit, quod inter priuatos nullus *πυρσείας* poteſt eſſe vſus. Quum igitur ſcriptio literarum prope ſola et vnica, certe expeditiſſima et communisſima ratio ſit, ſignificandi abſentibus, quae volueris cunque; multum omnibus ſaeculis homines ingenioſi, ac praeſertim militares, laborarunt, partim vt occultos ſcribendi modos, et omnibus, praeter ſcribentem et eum ad quem ſcribitur ignorabiles, excogitarent: partim vt literas quoquomodo ſcriptas occultando, ſecuritati eorum conſulerent, quorum opera in deferendis arcanis ſuis vtebantur. Ad hos duos ſcopos, ſcribendi inquam et mittendi literas ſecreto ac *μυστικῶς*, referuntur omnes illi modi XX. quos iſto capite deſcribit Aeneas: pleroſque horum ſine dubio ex hiſtoria et experientia aliorum auctor cognouerat; nonnullos ipſe primus excogitauit, homo in talibus multum et ſollerter verſatus, vt etiam Polybius oſtendit libro X. Occultas hasce literas Graeci *συνθηματικὰς* dixerunt, et *συνθηματικῶς γράφειν* epiſtolam ſcribere adhibitis notis, de quibus conuenit inter mittentem et *τὸν πεμπόμενον*: ſic noue appellat Aeneas in hac tractatione, eum cui mittuntur literae. *συνθήματα* ſunt, *compoſitae notae.* Tibullus: *Blandaque compoſitis abdere verba notis.* Suidas *γράφειν συνθηματικῶς* exponit *συμβολικῶς*: quod etſi poteſt commode accipi, quia *σύμβολον* aliquando eſt idem ac *σύνθημα*, teſſera, nota ad dignoſcendum ſeſe inuicem: tamen aliud eſt mentem ſuam *συνθηματικῶς* declarare, aliud *συμβολικῶς*; vt cum Indathyrſus rex Scytharum Dario poſt Danubium traiectum minitanti, pro reſponſo miſit, murem, ranam, gallinam, ſagittam, aratrum; quae *σύμβολα* quam varie fuerint expoſita, videre eſt apud Clementem in quinto Stromateo. at *συνθηματικῶς γράφειν* quid ſit, declarat Polybii locus, quem et Suidas affert ſine auctoris nomine. ſic ille octauo libro: *καὶ παραυτίκα, τῷ Ἀριανῷ συνθέντες* (vel potius *ἐπιθέντες*, vt probauimus in commentariis) *τὰς πρὸς τὸν Ἀχαιὸν ἐπιστολὰς γεγραμμένας συνθηματικῶς, καθάπερ ἔθος ἦν αὐτοῖς, οὕτως, ὥστε τὸν κυριεύσαντα τῆς ἐπιστολῆς μὴ δύνασθαι γνῶναι μηδὲν τῶν ἐν αὐτῇ γεγραμμένων.*

νων. paullo ante aliter expreſſerat: ἐτάξατο πέμψειν τὸν Ἀριανὸν πρὸς τὸν Ἀχαιὸν, ἔχοντα παρά τε τοῦ Νικομάχου καὶ Μελαγκόμα σύνθημά τε καὶ γράμματα. nam ita omnes membranae etiam vetuſtiſſimae ſereniſſimi ducis Vrbini locum iſtum exhibent; non autem συνθηματικὰ γράμματα: quam tamen veram puto lectionem eſſe: quia de epiſtola intelligendum συνθηματικῶς ſcripta, non de literis cum teſſera ſeparatim miſſis: quod eſt inſtitutum aliud et diuerſum, veteribus pariter vſurpatum. Liuius libro XXXIV. de Hannibale: *Ariſtonem Tyrium, nactus Epheſi, Carthaginem cum mandatis mittit, edit nomina eorum, quibus conuentis opus eſſet; inſtruit etiam ſecretis notis, per quas haud dubie agnoſcerent ſua mandata eſſe.* non dicit Liuius dediſſe Hannibalem Ariſtoni ſynthematicas literas, ſed συνθήματα καὶ γράμματα, ſecretas notas et epiſtolas. Poſſunt appellari ſynthematicae etiam illae epiſtolae, quarum inter proceres Romanos fuit vſus in commendatione amicorum. nam quum propter ambitionem ſuam multos quotidie amicis prouincias obtinentibus cogerentur commendare, ac ſaepe etiam vix ſibi leuiter notos; ſerias commendationes a perfunctoriis diſtinguebant, nota appoſita, quae conuenerat. Cicero ad Q. Valerium Orcam: *Cuſpianorum omnium commendationis cauſſam hac tibi epiſtola exponendam putaui, reliquis epiſtolis tantum faciam, vt notam apponam eam, quae mihi tecum conuenit, et ſimul ſignificem, de numero eſſe Cuſpii amicorum.* atque in hunc vſum plures fuiſſe notas vſurpatas, pro diuerſo gradu, quem in amicitia commendantis obtinebat commendatus, declarat prouerbium, *de meliore nota commendare.* Porro vt in ceteris omnibus rebus, ita in ſcriptione ſynthematicarum epiſtolarum poſteriora ſaecula adeo profecerunt, vt multa vel e ſubtiliſſimis veterum inuentis ad literarum tegenda arcana, cum hodiernorum politicorum rationibus myſtice ſcribendi collata, iocus et luſus puerilis queant videri. Sed multo magis mirabilis eorum ſollertia et capitale ingenium, qui vniuerſa occulte ſcriptarum epiſtolarum myſteria et αἰνιγματώδεις labyrinthos variorum alphabetorum, exquiſitiſſima ſubtilitate excogitatorum, atque inter ſe mirabili varietate et perplexitate permixtorum, certis coniecturis enucleare ſciunt, et omnibus ſeſe expedire difficultatibus, quae eius facultatis expertibus, humanum captum iure videantur ſupera-

 re.

re. Possem commemorare, quae proximo ciuili bello praestita sunt in eo genere plane stupenda, a praestantissimo mathematico, summi ingenii viro, Francisco Vieta, quae item ab aliis; quorum diuina industria et inaudita ingenii felicitas regi christianissimo vsui persaepe fuit maximo. nam quod praecipue equidem sum demiratus, *καὶ οὐδὲ νῦν παύομαι θαυμάζων*, etiam in synthematicis epistolis ea lingua scriptis, quam non intelligebat Vieta et alii eiusdem artis callentes, id ipsum praestabant; vt scripturae arcana et omnes, quas vocant siphras, retegerent, et descriptas epistolas, quae fuerant interceptae, peritis linguae traderent exponendas. sed neque id nobis nunc est propositum, et res vulgo in hac aula nota est omnibus. Ad veteres redeo, et Aeneam nostrum; cui vni scriptori curiosi rerum veterum, praesertim militarium, plura in hac parte sunt debituri, quam ceteris omnibus vel Graecis vel Latinis auctoribus antiquis. nullus enim hodie, quod sciam, superest, qui super hac pulcherrima antiquitate, aliquid ex professo nos doceat, sicut hic facit. ex iis vero scriptoribus priscis, qui in bibliothecis latent, attigerunt hunc locum duo eximii Tactici, Iulius Africanus et Philo mechanicus: sed ille quidem negligenter admodum et perfunctorie; paucos enim modos ex Aeneae nostri ditissima penu promsisse contentus, noui nihil quicquam affert de suo. Philo quoque diligentia longe inferior est Aenea: quod tamen eo minus miror, quia singularem de hoc argumento tractatum a se editum profitetur. sermonem enim de literis ita claudit: *πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τρόποι εἰσὶ κρυφίως ἀποστελλομένων γραμμάτων, ὡς δηλώσομεν ἐν τῷ εἴδει, τῷ περὶ ἐπιστολῶν τῶν κρυφαίως ἀποστελλομένων.*

Προσυγκεῖσθαι δὲ δεῖ πέμψαντι καὶ δεχομένῳ ἰδίᾳ.) Melius *ἴδια*. ac fortasse deest vox *σύσσημα*. Et est quidem optima atque expeditissima ratio, cum inter mittentem et accipientem prius conuenit de notis vsurpandis, aut mittendi modo. saepe tamen etiam nulla praecedente conuentione synthematicae literae vtiliter sunt missae; cum post longam haesitationem, tandem sagaci alicuius coniectura ad veri inuestigationem est peruentum. Exemplum est apud Herodotum in literis Demarati; quarum artificium, quum non assequerentur Spartani, Gorgo Cleomenis filia est assecuta. similis Ammiani Marcellini aestuatio in Procopii literis intelligendis, vt ipse narrat lib. XVIII.

Εἰς

Εἰς Φορτία ἢ ἄλλα σκεύη ἐνεβλήθη βιβλίον, ἢ ἄλλο τι δράμα τὸ τυχὸν καὶ μεγέθει καὶ παλαιότητι.) Primus hic eſt modus Aeneae, ad rationem ſcribendi pertinens. ſane ingenioſiſſimus, et noſtra quoque aetate non ſemel vſurpatus. Artificium ſcribendi in eo poſitum, vt literae vtiles propoſito argumento declarando, aliis pluribus atque iis inutilibus permixtae, ceteros omnes fallant praeter *τὸν πέμποντα* et *τὸν πεμπόμενον*, inter quos de hac ratione ſcribendi conuenit. Modi huius ſexcentae ideae fingi poſſunt: nam vel in libro aliquo notari literae poſſunt, ita vt nihil ipſe ſcribas: vel in epiſtola, quam de aliis rebus ipſe ſcripſeris; quem modum vtrumque tangit Aeneas. item, literae vtiles, ab inutilibus aut ratione figurae, aut adiectione ad figuram, aut detractione, aut aliqua alia innouatione diſtingui queant. praeterea locus illis varie poteſt aſſignari: atque eae vel ſingulae in vno verſu aut pagina capi, vel plures, vel etiam verba integra ſeligi. Aeneas inter vtiles literas et inutiles diſcrimen ſtatuit *ἐπισιγμαῖς*, id eſt, punctis adiectis ad legitimam ſcriptionem, hoc pacto, α̇ β̇ γ̇. poſſunt etiam intra literam puncta notari, vel infra, aut ad latera. prudenter vero monet Aeneas, has notas et *ἐπισιγμὰς* ſubtiles admodum eſſe debere, et quae facile etiam curioſos oculos fugiant. Quod ait *in onera iumentorum, aut alia vaſa, liber eſt iniectus*, ad ſcriptorum occultationem ſpectat, quod diuerſum eſt a ſcriptione occulta, vt modo dicebamus. recte autem monet Aeneas, in quocunque fere vaſorum genere literas poſſe occultari. cuius rei exempla multa ſuggerit hiſtoria. Fuerunt, qui in corbes fructuum plenos, literas coniicerent: fuere, qui intra aucupum arundines abſconderent. quidam in defunctorum loculos iniecerunt. Dio de Cereali et Antonio Priſco loquens, Romam contra Vitellium pro Veſpaſiano venientibus, cum in Capitolio Sabinus obſidebatur: *οὗτοι πρῶτον μὲν δι' ἀγγέλων τινῶν, ἔς τε λάρνακας μετὰ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐς ἀρίχους ὀπώραν ἔχοντας, ἢ καὶ καλάμους ὀρνιθευτῶν τὰ γράμματα ἐμβάλλοντες, πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει ἐμάνθανον, καὶ πρὸς ἐκεῖνα ἐβουλεύοντο.* Quod ad arundines attinet, id vero ſaepius factum. Patres quoque concilii Epheſini, quum poſt damnationem Neſtorii ab eius fautoribus viae et aditus omnium portarum ita eſſent praecluſi, vt S. Synodi literae nulla ratione Conſtantinopolim poſſent inferri, ſimili aſtutia ſunt vſi, et

per mendicum literas miſerunt calamo incluſas; in actis res ita narratur. *ἐξ οἰκονομίας θεοῦ ἔρχεται ἐπιστολὴ ἀπὸ Ἐφέσου γραφεῖσα πρὸς τοὺς ἁγίους ἐπισκόπους καὶ μοναστάς, πεμφθεῖσα δι' ἐπαίτου, δήσαντος αὐτὴν ἐς κάλαμον ἔσω. καὶ οὕτως ἐπαιτῶν καὶ ἐπιφερόμενος τὸν κάλαμον ταύτην ἤνεγκε.* Apud Cedrenum Leonis imperatoris epiſtola ad Andronicum mittitur circa cereum conuoluta. Multi in aliqua armorum parte occultarunt: velut in balteo, vt apud Frontinum Campani. Marcellinus libro XVIII. *reuerſis exploratoribus noſtris, in vaginae internis, figuris notarum membranam reperimus ſcriptam.* Neque deſunt exempla eorum, qui literas membranis mandatas iumentis in auerſam partem infulſerunt, vel venationi, aut lepori incluſerunt, vt obſeruat Frontinus, et de Harpago narrant Herodotus ac Polyaenus. Addit Aeneas nihil intereſſe, quo libro ad hoc inceptum vtaris; puta poetae alicuius heroici aut tragici vel comici, vel lyrici codice; vel etiam oratoris, ſiue hiſtorici. quod etſi verum eſt, ad vitandam tamen ſuſpicionem narium ſagacium, commodiſſimum fuerit, librum aliquem adhiberi ex iis, quorum eſt frequentiſſimus vſus; quales ſunt inter chriſtianos libri precum quotidianarum et pſalmorum, aliorumue hymnorum ſacrorum.

Ἐν τούτῳ δὲ γέγραπται ἡ ἐπιστολὴ ἐπιστιζομένων γραμμάτων, ἢ δευτέρου, ἢ τρίτου.) Exemplum eſto huiusmodi. Praefectus vrbis obſeſſae ad prouinciae praeſidem, qui ſummae rerum praeeſt, epiſtolam in haec verba vult ſcribere. *Λιμὸς ἐπείγει. ἐπανάστασις μέλλει γίνεσθαι. πλείους τριῶν ἡμερῶν μένειν, οὐ δυνάμεθα.* Hic igitur, quia epiſtolam ſcribere non poteſt, in Homeri codice, qui Iliadem continet, literas *ἐπιστιγμαῖς* notat, ad ſuperiorem ſcripturam neceſſarias. deinde hunc codicem per vnum e ſtatoribus ſuis ad praeſidem prouinciae curat deferendum. Praeſes accepto codice, literas quas obſeruabit notatas, excerpet, ac ſeorſim in charta adnotabit. ita paullatim progrediendo, ſuperius epiſtolium exprimet. literae autem adnotatae in codice Homeri, ac ſeligendae, ſunt hae. In primo Iliadis verſu duae erunt notatae; λ, ι. in ſecundo, quatuor; μ, ο, σ, ε. in tertio, duae; ε, ι. quia autem in ſequentibus aliquot verſibus nullum γ occurrit, a tertio ad XIII. tranſiliendum; in quo tres literae notabuntur; γ, ε, ι. eadem ratione progrediemur in ceteris. Idem quoque dicendum, ſi Virgilii Aeneidem mittere

mittere volueris, et literas in ea notare ad ſcriptionem huius epiſtolii neceſſarias. *Fames vrget: ſeditio paratur: vltra dies tres durare non poſſumus.* aut iſtius: *Si copias portae amni propinquae admoueris, per eam patebit aditus proxima nocte, hora tertia.*

Ἐπὶ ϛιγμαῖς δὲ ἐλαχ.) Semper ſcribe, ἐπιϛιγμαῖς. ita differunt ϛιγμαὶ et ἐπιϛιγμαὶ *puncta et puncta poſterius adiecta*, vt συνθήκη et ἐπισυνθήκη apud Polybium: διαθήκη et ἐπιδιαθήκη apud Ioſephum: item διαταγὴ et ἐπιδιαταγὴ, in libris ſacris. In Hebraico veteris Teſtamenti contextu ἐπιϛιγμὰς proprie et eleganter appellaueris, puncta illa ſimilia vocali cholem, aut accentui rebhiah, quae in vocibus xv. reperiuntur, vltra legitimorum punctorum rationem deſuper appuncta, vt loquitur Hieronymus.

Ὀλίγα δ᾽ ἄν τις θέλων ἐπιϛεῖλαι, καὶ ὧδε ποιήσας παρόμοιον τούτῳ.) Alter modus, hoc ſolum a ſuperiore diuerſus, quod non mittitur codex alicuius ſcriptoris, ſed ſcribitur epiſtola grandior, in qua breuior contineatur: literis paſſim notatis ad eius ſcripturam neceſſariis: ſemper autem in ſcribendis huius argumenti epiſtolis, meminiſſe praecepti oportet, quod pyrſeutis datur a Polybio: vt nimirum, ad verba quam pauciſſima, atque ea pauciſſimarum, ſi pote, literarum redigatur id, quod ſignificare volumus: quemadmodum in eis exemplis, quae modo propoſuimus. Παράδειγμα ſecundi iſtius modi hoc eſto. iuuat enim praeire exemplo generoſae iuuentuti, ad ſimiles exercitationes. Contigit in vrbe obſeſſa (id ſaepe eueniſſe nemo ignorat) vt praeſidiarius miles, e ſociorum vrbibus ad defenſionem accitus, aduerſus oppidanos conſpiraret, et de intromittendo hoſte conſilia clandeſtina iniret. praefectus vrbi re cognita, vt tanti caſus certiorem praeſidem prouinciae, aut alios amicos faciat, ſcribit hoc epiſtolium. οἱ σύμμαχοι προδόται γίνονται. οὐχ ἕδρας ἀκμή. *Socii produnt vrbem: celeri auxilio eſt opus.* huius nuntii ſententia, vt diſſimuletur, ſcribetur epiſtola prolixior, in qua literae vtiles erunt ſubtiliter notatae hoc pacto.

Ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι εὖ πράττειν.

Καλῶς ποιεῖς εἰς τὴν εἰϛιγμαμένην ἐπανελθών· καὶ γὰρ τῶν τινὶ παλαιῶν οὐκ ἀκόμψως εἴρηται, πᾶσαν γῆν τῷ σοφῷ οἰκείαν

 εἶναι

εἶναι πατρίδα· οὐ μέντοι ἁπλῶς γε οὕτως, οὐδὲ ἀδιορίςως τὸ ῥητὸν ἐκδέχεσθαι καλῶς ἂν ἔχοι. πολὺ δὲ μᾶλλον ἐκείνης τῆς τοῦ ῥήτορος χρείας μεμνῆσθαι χρεὼν τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν, τῆς πασῶν τῶν παροιμιῶν ταύτην ἀποφαινούσης ἀπανθρωποτάτην. Σὲ δὲ, ὦ τὰν, παιδείας σφοδρὸν οὕτως ἐραςὴν ὄντα, καὶ λίαν ἐμφιλοχωρεῖν τῇ σῇ πατρίδι, διά τε ἄλλα πλεῖςα ὅσα εἰκὸς, ἐν οἷς καὶ τὸ ὑπέρλαμπρον αὐτῆς ἀξίωμα· οὐχ ἥκιςα δὲ καὶ διὰ τὴν ἀπόλαυσιν τῆς καθημερινῆς ξυνουσίας τῶν περὶ λόγους· ὧν εἶναι οἰκητήριον ἡ καλὴ τῶν Ἀθηναίων πόλις, τὸ σεμνὸν τῆς Ἑλλάδος ἔρεισμα, ἐν δίκῃ αὐχεῖ. εἰ γὰρ καὶ ἐλύπησάν σε, ἴσως δὲ καὶ ἠδίκησάν τι, τῶν πολιτῶν τινὲς· οὐ πρέπει σε ὅμως, ἄνδρα συνέσει καὶ εὐγνωμοσύνῃ διαφέροντα, εἰς τοσοῦτον μικροψυχίας ἥκειν, ὥςτε διὰ τὴν ὀλίγων ἄγνοιαν πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν, καὶ ὅλον τὸ τῆς πολιτείας σύςημα, ἀπαραίτητον ἐνςήσασθαι ὀργὴν καὶ μῖσος. Ναὶ δέομαί σου καὶ ἀντιβολῶ Πρός τε θεοῦ μάκαρος, καὶ θνητῶν ἀνθρώπων, λῆγε τῆς βαρυοργησίας, καὶ πρὸς τοὺς παροργίσαντας τέλος διαλλαχθεὶς, τὸ ἐπιεικὲς ἅμα καὶ μεγαλόφρον τῶν σῶν τρόπων ἔργῳ πίςωσον. ςρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν. εὐημερῶν ἀεί μοι διαβιώης, ὦ ἱερὰ καὶ τριπόθητος κεφαλή. ἔῤῥωσο. ἐν Θήβαις, τοῦ Ἀλαλκομενίου μηνὸς, ὅς ἐςι παρ᾽ ὑμῖν Ἀθηναίοις Μαιμακτηριὼν, τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα.

Quid eſt in huius epiſtolae contextu, quod in hoſtium manus delatum veri ſuſpicionem vllam poſſit mouere? vtiles autem literas ἐπιςιγμαῖς, vt praecipit Aeneas, deſignauimus; quae tamen in ipſa ſcriptione melius diſſimulabuntur. verum id per artem chalcographicam fieri commode non poterat.

Γράμματα δὲ ὅτε ἐμφανῇ ὥσπερ ἐν * βούλῃ.) Haec quidem corruptiſſima et ſpurciſſima ſunt; in quibus tamen verae lectionis indubitata latent veſtigia. Emendo, γράμματα δὲ τάδε ἐμφανιεῖ ὅσα περ ἂν βούλει.

Τὴν δ᾽ ἐπιστημασίαν εἶναι ὡς ἀδηλοτάτην ἐπιςιγμαῖς διὰ πολλοῦ.) Repetit quod iam dixit, vt epiſtigmae ſubtiliſſime notentur

tentur, et quam maxime fieri poterit, parum ſint manifeſtae. ſed addit, *διὰ πολλοῦ longo interuallo a ſe diſtantes*, quae etiam cautio eodem pertinet, eſtque ad diſſimulandum id, quod agitur, efficaciſſima. nam ſi in ſingulis paginis vna dumtaxat litera, vel ad ſummum altera fuerit notata, quis tam erit ſagax, qui dolum poſſit olfacere? Quum in Belgio captiuus tenebatur ab Hiſpano Franciſcus Lanouius, vir nobiliſſimus, probitatis et verae fortitudinis *καὶ παντοίης ἀρετῆς* abſolutum exemplar; amici illius, impetrata venia libros mittendi, quorum lectione tempus falleret, hac ratione vſi ſunt, vt arcana cum eo conſilia communicarent. *γραμμαὶ παραμήκεις* ſunt virgulae longiuſculae, ad latus literarum ſubtiliter ductae. Ariſtoteles in Rhetoricis, *παραγραφὴν γραφέως* appellat. Cicero vertit, *interductum librarii.*

Πεμπέσθω ἀνὴρ ἀγγελίαν Φ.) Tertius hic eſt modus ab Aenea propoſitus. In praecedentibus ſubtilitas praecipua verſabatur in ſcriptione: hic nullum acuminis ſpecimen editur in ſcribendo, ſed potius in occulendis literis de re ſeria. binae enim ſcribuntur; vnae apertae, et quae palam feruntur, fallendo tantum hoſti: alterae clandeſtinae, quae oculis ſubducuntur, quam maxime fieri poteſt. occulendi rationem proponit Aeneas, vt in calceorum ſola indantur, atque ita a tabellariis geſtentur rei inſciis, neque arcani vllo pacto conſciis. Haec quoque ratio ingenioſa eſt; ac poſteris Aeneae admodum probata. quare et Iulius Africanus et Philo mentionem eius fecerunt; hic quidem breuius, ille vero totidem pene verbis locum Aeneae deſcribens. Ouidius

Scilicet obſtabit cuſtos ne ſcribere poſſis:
Sumendae detur, quum tibi tempus aquae?
Conſcia quum poſſit ſcriptas portare tabellas:
Quas tegat in medio faſcia lata ſinu.
Quum poſſit ſolea chartas celare ligatas:
Et vincto blandas ſub pede ferre notas.

Εἰς τὸ τῶν ὑποδημάτων πέλμα ἐντεθήτω εἰς τὸ μεταξὺ βιβλίον.) *εἰς τὸ μεταξὺ πέλμα* explica e verbis Philonis, ita ſcribentis; *ἀνὰ μέσον τῶν ὑποδημάτων τοῦ ἐμβλήματος καὶ τοῦ κασσύματος ῥαφείσης τῆς ἐπιστολῆς, in medio ipſorum calceamentorum, inter ſolum interius, et ſoleam exteriorem.* Aeneas

πέλμα

πέλμα appellat ἀδιορίστως vniuerſam illam calceorum partem, quae ſolo pedis ſubeſt, ſiue illud ſit ex pluribus coriis compoſitum, ſiue ex vnico, vt in aeſtiuis calceis, quos *ſcarpinos* vulgo appellamus, veteres Graeci ἁπλᾶς, nempe ὑποδέσεις, et μονόπελμα ὑποδήματα. etiam carbatinae ruſticorum, ſimplici corio conſtabant. Heſychius, καρβαρτίνη, μονόπελλον. e Philonis verbis hiſce diſcimus, quando plura coria ad ſoleam ſuppingendam accuduntur, interiora et pedi propiora, dici ἐμβλήματα, exteriora κασσύματα. quanquam non abſurde fortaſſe ἔμβλημα, interpretemur de panno e lana coacta, quo interiora calceorum aliquando muniebant, ceu vdonibus. Athenaeus libro XII. de calceis Demetrii regis: ἦν ἡ ὑπόδεσις κατὰ μὲν τὸ σχῆμα τῆς ἐργασίας σχεδὸν ἐμβάτης πίλημα λαμβάνων τῆς πολυτελεστάτης πορφύρας. mihi prior interpretatio magis probatur.

Εἰς κασσίτερον ἠλασμένον λεπτὸν γραφέσθω.) Vetuſtiſſimum eſt inuentum tenues e plumbo albo, vel etiam quouis alio, laminas procudere in vſum ſcriptionis: quas poſtea in formam cylindri voluebant, vt alia librorum volumina. Pauſanias Meſſenicis: ἀνοίξας δὲ εὗρε κασσίτερον ἐληλασμένον ἐς τὸ λεπτότατον. ἐπείλυτο δὲ ὥσπερ τὰ βιβλία. ἐνταῦθα δὲ μεγάλων θεῶν ἐγέγραπτο ἡ τελετή. Vetus ſcriptor apud Suidam: εἰς ἐλασμοὺς μολύβδου γράφοντες. Auctor eſt Dio, libro XLVI. Decimum Brutum Mutinae obſeſſum de aduentante ſubſidio factum eſſe certiorem per literas in charta plumbea exaratas, et ad librorum inſtar conuolutas, quae ab vrinatoribus noctu ei ſunt perlatae; ἐς ἐλασμὸν μολύβδου λεπτὸν ἐγγράψαντές τινα ἀπείλιξαν αὐτὸν ὥσπερ τι χαρτίον, καὶ κολυμβητῇ νυκτὸς ὑφύδρῳ διενεγκεῖν ἔδωσαν. Frontinus libro III. *Hirtius Cos. ad Decimum Brutum, qui Mutinae ab Antonio obſidebatur, literas ſubinde miſit, plumbo ſcriptas, quibus ad brachium religatis, milites Scultellam amnem transnabant.* Obſeruo etiam fuiſſe, qui in tabella aerea arcana ſua ſculperent, et poſtea placentam fingerent, in cuius medio tabella abdita latebat; quae inter alios panes in peram coniectos delata eſt παρ᾽ ὃν ἔδει, vt loquitur Aeneas, a mendico, aut ſimilis conditionis gregali. Eunapius in hiſtoriis: ὁ δὲ Φέρων γράμματα ἐν χαλκῷ στέατι παραπεπλασμένα, καθεὶς ἐν πήρᾳ, ἐπιθείς τε καὶ ἄρτους ὁμοίους, ὡς μή τινα γνῶναι τὸ ἀπόῤῥητον. Porro iſtiusmodi laminas e plumbo Graeci modo πέλματα, modo λεπίδας, ſaepius ἐλασμοὺς vocant. inter-

interdum χάρτας μολιβδίνες, vt Lyſimachus et Suetonius, *chartas plumbeas.*

Ἀναλυέτω τὰς ῥαφὰς τῶν ὑποδημάτων.) Filis praeciſis, quibus calceorum ſoleae conſuuntur. Graecis communiter ἱμάντες, proprie ῥομφεῖς quaſi ῥαμφεῖς a ῥάπτω. Gallicus idiotiſmus *ligneul.*

Ἄλλα γράψας λάθρα ἔτι τέτε καθ.) Priore ſcriptura tundendo, vt arbitror, deleta, et alia in eius locum ſubſtituta. ἄλλα γράψας editum voluimus, non ἀναγράψας, neque aliter etiam Africanus.

Εἰς Ἔφεσον δ' εἰσεκομίσθη γράμματα τρόπῳ τοιῷδε.) Quartus Aeneae modus myſtice ſcribendi et occulte literas mittendi. duplex hic ſubtilitas; prior, quod pro papyro chartaue, aut alia conſueta ad ſcribendum materia, folia ſunt adhibita: deinde quod ad diſſimulandum hunc foliorum vſum, vlceri ea ſunt impoſita; quae res eſt vſitatiſſima et ab omni ſuſpicione fraudis remotiſſima.

Ἐπιςολὴν ἔχων ἐν φύλλοις γεγραμμένην.) Scripſere veteres in variis foliis, praeſertim vero palmae: ſed folia de quibus loquitur Aeneas, maluacea fortaſſe fuerunt. nam iſtis veteres et ad curanda vlcera ſunt vſi, et ad ſcribendum. medici inter μαλακτικὰ folia maluae ſylueſtris ponunt. de ſcriptione etiam certum eſt: Heluius Cinna in epigrammate.

Laeuis in aridulae maluae deſcripta libello
Pruſiaca vexi munera nauicula.

Fuere qui cortice, ob id ipſum detracto quercui, vterentur, inopia chartae; fibula veſtis pro ſtilo, atque ita literas exararent. Plutarchus initio Pyrrhi: ἄχρι τις ἐννοήσας, καὶ περιελὼν δρυὸς φλοιὸν, ἀνέγραψε πόρπῃ γράμματα, φράζοντα τήν τε χρείαν, καὶ τὴν τύχην τε παιδός. Cedrenus ſcribit φλοιὸν eſſe κυρίως *librum:* ſed non cuiuſuis arboris liber apta eſt ad ſcribendum materia. Inuenimus et μύκητα, id eſt, fungum pro charta inſcriptum, et ad Traianum Dacicum bellum gerentem miſſum. auctor Xiphilinus ex Dione.

Εἰσενεχθείη δ' ἂν γραφὴ καὶ ἐν τοῖς γυναικῶν ὠσίν.) Quintus modus atque is ab Aenea excogitatus, quod declarat ipſe, cum ait, εἰσενεχθείη, *poſſit inferri*, non autem εἰσηνέχθη. ſic etiam verbum γράφοιτο accipiendum in modo XII. et in XIII. γίνοιτο δ' ἂν καὶ ὧδε. nam quum ita loquitur,

fieri

fieri poſſe, quod ſcribit, ſignificat, non factum eſſe; aliter autem de notis experientia exemplis. Monet Aeneas literas plumbo ſcriptas, de quibus modo dicebat, poſſe cuſtodes portarum fallere, ſi pro inauribus foeminis appendantur.

Ἐχέσαις ἀντ' ἐνωτίων ἐνειλημένοις λεπτοῖς μολιβδίνοις.) Oedipum iſta deſiderant. quanquam ne Oedipus quidem iſta ſic ſcripta intelligat. Lego ἐχεσῶν (nempe τὴν γραφὴν) ἀντ' ἐνωτίων ἐν εἰλυμένοις λεπτοῖς μολ. de hoc plumbo iam diximus.

Ἐκομίσθη δὲ καὶ ἐπιςολὴ περὶ προδοσίας εἰς τὸ ςρατόπεδον ἀντικαθήμενον πολέμιον.) Melius ἀντικαθημένων πολεμίων. Sextus modus non ſcribendi myſtice, ſed mittendi ſubtiliter literas quoquo modo ſcriptas. Non diſſimile exemplum in hiſtoria Romana. Frontinus: *Campani, diligenter Romanis, a quibus obſeſſi erant, cuſtodias agentibus, quendam pro transfuga ſubornatum miſerunt, qui occultatam balteo epiſtolam, inuenta effugiendi occaſione ad Poenos pertulit.*

Βιβλίῳ ἐν ᾧ ἐντετ.) Scribe, ἐνὶ ἐγκατεῤῥάφη ὑπὸ τὰ πτερύγια τῦ θώρακος βιβλίον, ᾧ ἐντετ. et illud ᾧ refer ad perſonam.

Ἀποδοθῆναι τὸ βιβλίον ὡς δεῖ ὑπηρέτῃ.) Non dubito ſcribendum ᾧ δεῖ, id eſt, illi ad quem mittebatur epiſtola, quem Aeneas ſolet τὸν πεμπόμενον dicere, vel ὃν δεῖ. quare vox ὑπηρέτῃ niſi aliquid deeſt, prorſus παρέλκει.

Ἄλλος δὲ ἱππέα ἐκπέμπων, εἰς τὴν ἡνίαν τῦ χαλινῦ βιβλίον ἐνέγραψε.) Si proba eſt haec lectio, et inſcripta eſt freni habenis epiſtola, ſimile erit ei, quod de aliis legimus; qui vt auctor eſt Frontinus, *interiora vaginarum inſcripſerunt.* Ego non puto ita ſcripſiſſe Aeneam, ſed potius ἐνέῤῥαψε, id eſt, *frenorum habenis inſuit.* Septimus autem hic modus pene idem eſt cum ſexto. ſed Aeneas exempla hic diuerſae experientiae commemorat, magis quam rationes diuerſas.

Ἐγένετο δὲ καὶ περὶ ἐπιςολὴν τοιόνδε.) Non eſt alius modus, ſed monitum auctoris ſub exemplo, ad lectoris cautionem in talibus intendendam.

Τὰ δὲ παρ' ἐκείνων.) Quaecunque accepiſſet ab illis: ſiue mandata, ſiue literas. ſed malim, τὰς δὲ π.

* Ὅτι τὰς πεμπομένας παρὰ τῦ ἀνθρώπυ ὅτι καὶ ἔλαβε.) Fortaſſe aliquid deeſt: ſententia tamen plena erit, ſi ita concipias: ὅτι τὰς π. παρὰ τῦ ἀνθρώπυ ἐκ ἔλαβε, *quod miſ-*

ſas

ſas ab homine extero literas non accepit a tabellario. nam τȣ̃ ἀνθρώπȣ interpretor de eo, qui ſcribebat ad proditorem; vel potius proditores: Aeneas enim more ſuo in numero parum eſt religioſus.

Κομίζεται καὶ ὧδε.) Octauus modus: quem et Philo probauit: nam inter pauca hunc deſcribit, ex Aenea, vt videtur, licet non Aeneae verbis; breuius enim et obſcurius rem explicat. at Aeneae expoſitio planiſſima eſt. et noſtra interpretatio declarationis alterius non eget.

Κύςιν ἰσομεγέθη ληκύθῳ ὁπόση ἂν β.) Philo ſic: εἰς κύςιν τιν᾽ ὧν βȣ́λεται γραφέντων, εἶτα εἰς λήκυθον καινὴν σύμμετρον τῇ κύςει αὐτῆς τεθείσης.

Μέλανι κατακόλλῳ.) Atramenti plures ſpecies et cognomina, Plinius et medici prodiderunt. κατάκολλον interpretor, tectorium. nam γραφικῷ, ſiue librario glutinum non admiſcebant. Plinius lib. XXXV. cap. VI. *Omne atramentum ſole perficitur, librarium gummi, tectorium glutino admixto.*

Ἔπειτα φυσήσας τὴν κύςιν ἐν τῇ ληκύθῳ ἐνȣ̃σαν ἵνα δι - - - θη ὡς μάλιςα.) Lego ἵνα διαταθῇ ὡς μ. inflatur enim veſica, vt diſtendatur. atque hoc certiſſimum. in compendio Philonis ſimpliciter εἶτα φυσηθείσης. ſequitur in verbis Philonis καὶ μετὰ ταῦτα βρεχθείσης: quod non eſt apud Aeneam, neque video quo pertineat.

Ἤδη δέ τις ἐν δέλτῳ ἐνξύλῳ γράψας κηρὸν ἐπέθηκε, καὶ ἄλλα εἰς κηρὸν ἐνέγραψε.) Nonus hic modus cum ſequente decimo pene vnum et idem ſunt. ad vtrumque adhibentur tabellae, et cera aut aliud quid tabellis ſuperinducitur: in vtraque arcanum tabellarum ligno inſcribitur: ſed in nono cera ſuperducta aliam ſcriptionem recipit, quae non occultatur: in decimo vacua facies exterior mittitur. δέλτον ἔνξυλον dixit, quia e multiplici materia fiebant; oſſe, ebore, argento, auro.

Λέγεται καὶ εἰς πυξίον γράψαντα μέλανι ὡς βελτίςῳ, ἔπειτα λευκώσαντα ἀφανίζειν τὰ γράμματα.) Decimus modus. Videtur alludere ad notiſſimam Demarati hiſtoriam. Iuſtinus libro II. *Demaratus rex Lacedaemoniorum, qui apud Xerxem exulabat, ne inopinato bello opprimerentur, omnia in tabellis ligneis magiſtratui perſcribit: easdem cera ſuperinducta delet: ne aut ſcriptura ſine tegmine; aut recens cera dolum proderet.* Vberius Herodotus vnde et Trogus et Polyae-

Polyaenus et alii ſumſerunr: *δέλτιον δίπτυχον λαβὼν*, (Polyaenus *πτύχα ἀκήρωτον*) *τὸν κηρὸν αὐτȣ̃ ἐξέκνησε· καὶ ἔπειτα ἐν τῷ ξύλῳ τȣ̃ δελτίȣ ἔγραψε τὴν βασιλέως γνώμην. ποιήσας δὲ ταῦτα, ὀπίσω ἐπέτηξε τὸν κηρὸν ἐπὶ τὰ γράμματα.* Demarati induſtriam qui imitarentur, non defuerunt. Iuſtinus libro XXI. de Hamilcare Rhodano Poeno, in Alexandri aula verſante. *atque ita conſiliis eius exploratis, in tabellis ligneis vacua deſuper cera inducta ciuibus ſuis omnia perſcribebat.* Igitur, vt dixi, videri queat Aeneas illum modum deſcribere, quo vſus Demaratus: ſed obſtat vox *λευκώσαντα*: qua ſignificat, iſtum, de quo ſentiebat, non cera infuſa ſcripturam deleuiſſe, vt fecit Demaratus; ſed creta ſimiliue terra dealbaſſe. quare etiam modus retegendi literas diuerſus; noſter ait, ligneam tabellam in aqua poſitam, ſcripturam oſtendiſſe; nimirum eluta creta. at Demarati tabellae lectae ſunt cera eraſa, quod *κηρὸν κνᾶν* dixit Herodotus, rem fuſe narrans.

Φαίνεται οὖν ἐν τῷ ὕδατι ἀκριβῶς ἅπαντα τὰ γεγραμμένα.) Literas myſtice ſcribendi vna haec ratio eſt; ita ſcribere, vt mox literae non appareant, niſi aliquo adhibito praeſidio. produntur hodie modi varii id efficiendi: nos aliquot hic adnotabimus e lectione veterum. Plinius libro XXXVI. cap. VIII. *Tithymallum noſtri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam: narrantque lacte eius inſcripto corpore, cum inaruerit, ſi cinis inſpergatur, apparere literas: et ita quidam adulteras alloqui maluere, quam codicillis.* Ouidius.

Cauerit haec cuſtos: pro charta conſcia tergum
Praebeat; inque ſuo corpore verba ferat.
Tuta quoque eſt, fallitque oculos e lacte recenti
Littera: carbonis puluere tange, leges.
Fallet et humiduli quae fiet acumine lini,
Et feret occultas pura tabella notas.

Philo mechanicus de literis loquens occultis, quas ipſe *ἀφανεῖς* appellat: *γράφονται ἐπιστολαὶ εἰς καυσίαν καινὸν ἢ εἰς τὸν χρῶτα, κηκίδος θλασθείσης, καὶ ὕδατι βραχείσης· ξηρανθέντα δὲ γράμματα ἄδηλα γίγνεται. χαλκȣ̃ δὲ ἄνθȣς τριφθέντος (ὥσπερ ἐν ὕδατι τὸ μέλαν) καὶ ἐν τȣ́τῳ σπόγγȣ βραχέντος, ὅταν ἀποσπογγισθῇ τȣ́τῳ, φανερὰ γίγνεται. Scribuntur literae, quae non apparent, in noua cauſia, aut in corpore, galla confracta, et aqua madefacta: eae literae, vbi inaruerunt non*

ſunt

ſunt conſpicuae: at ſi atramentum ſutorium in aqua triueris et ſpongiam in eam intinxeris, deinde ſcripturam ſpongia terſeris, literae fient conſpicuae. Auctor eſt Cedrenus in Conſtantino Duca; Nicolaum quendam ad Thomam Logothetam literas occultas ſcripſiſſe in nigro linteamine; quod aqua lauandum abſtergendumque fuit, vt literae poſſent videri. ἔτος, inquit, ἐν ὀθόνῃ μελαίνῃ γράμματα γράψας ἀπεστάλκει τῷ λογοθέτῃ Θωμᾷ· καὶ τῆς ὀθόνης ῥυφθείσης δι' ὕδατος, φανερὰ τὰ γράμματα γέγονεν.

Γράφοιτο δ' ἂν καὶ εἰς πινάκιον ἡρωϊκὸν, ἅπερ ἂν βέλει.) Eſt modus vndecimus ſuperiori quidem adſinis, ſed multum tamen diuerſus, et operoſior. in priore modo ſcriptura albo inducebatur ſimpliciter: hic albo, vel alio quouis praeter nigrum, colore, qui pingentis arte imaginem aliquam referat. quid appellet πίνακα ἡρωϊκὸν alii viderint; ego γραφικὸν lego; ex ipſa narratione auctoris.

Ἱππέα φωσφόρον.) Intelligo Luciferum, curru vehentem, quem albi equi trahebant. ita poetae et pictores fingebant: vt contra noctis currum nigris equis inſtruebant. quae propterea poetae dicitur ἐλάσιππος νυχαυγής.

Ὡς εὐξόμενος.) Imo vero εὐξάμενος; tamquam religione adactus voti a te ſuſcepti, cuius fueris damnatus.

Πασῶν μὲν ἀδηλοτάτη πέμψις, πραγματωδεστάτη δὲ νῦν μοι διὰ γραμμάτων δηλωθήσεται.) Duodecimum hic modum proponit Aeneas, haut dubie a ſemet inuentum: quem ex eo deſcribit Iulius Africanus capite LIII. et appellat τρόπον πανεργότερον. et eſt reuera ſubtile inuentum; quod praxeos operationem magis quam verborum explicationem deſideret.

Ἔσω δὲ τὰ τρυπήματα τε ἀσραγάλε - - - ἀφ' ἧς ἂν πλευρᾶς ἄρξῃ τὸ Ἄλφα κ.) Supplendum quod in libro regio deeſt, hoc loco e codice Africani, qui ita deſcribit. ἔσω δὲ τὰ τρυπήματα στοιχεῖα· διαμνημόνευε δὲ, ἀφ' ἧς ἂν πλευρᾶς ἄρξηται τὸ ἄ καὶ τὰ ἐχόμενα etc.

Λίνῳ διείρειν ἐὰν - - - τῇ διέρσει τε λίνε, ἀ.) Quae hic deſunt videntur extare apud Africanum, ſed admodum corrupte in noſtro codice. in quo, vt et in regio Aenae, διαιρέσει et διαιρεῖν pro διείρειν et διέρσει craſſo errore ſcriptum eſt hoc loco ſaepius. ſic ille; λίνῳ δῆσαι διαιρεῦντα δὲ δηλεῦν ἐν τ. Corrigo ex iſtis veſtigiis; λίνῳ δεῖ σε διείροντα δηλεῦν· ἐν δὲ τῇ διέρσει τε λ.)

Τὰ ἐχόμενα τέτων 'παραγράμματα, ὅταν ἔλθῃ εἰς πλευρὰν, ȣ ταῦτά ἐςι, δίειρον πάλιν.) Scriptum in regio, ȣ τὸ ἰῶτα ἐςι, δ. quorſum autem hic mentio literae iota potius quam alius? omnino corruptiſſima haec ſunt. Videtur ab Aenea propoſitum fuiſſe exemplum ad docendam ſubtilis inuenti praxim: puta, αἱ δυνάμεις ἐνδιδόασι, vel λιμώττȣσι. Mirum tamen, nihilo melius iſta ſcribi apud Africanum, ſcriptorem adeo vetuſtum. ſic enim eius codex habet. Τὰ ἐχόμενα τȣ̃ ἰῶτα γράμματα, ὅταν ἔλθῃ εἰς πλευρὰν ȣ τὸ ἰῶτα γράμμα ἐςι, δίειρον. καὶ πάλιν παρεὶς τ.

Ὅπȣ συμβαίνει - - - εἶναι.) Africani codex vna voce plenior ὅπȣ εἶναι συμβαίνει, δίειρον. deeſt nomen literae per cuius foramen filum traiiciendum, et hic et in proxime ſequentibus verbis, quae ab Aenea ſunt omiſſa.

Ἀνάπαλιν δὲ γίνεται ἡ * ἐξίωσις τῇ ἐνέρσει.) Nihil poteſt ſignificare vox ἐξίωσις, quod ſententiae loci huius conueniat. Lego ἡ ἐξαίρεσις τῇ ἐνέρσει. in regio eſt ἐνέρξει, quod et analogiae repugnat, et vſui ſcriptorum. Liber Africani et in proxime praecedentibus verbis, et hic quoque corruptiſſimus: ἀναπ. γινομένης τῆς ἀξιώσεως ἐν ἄρξει.

Γίνοιτο δ' ἂν καὶ ὧδε.) XIII. modus pene idem cum modo expoſito.

Ἤδη δέ τινες εἰς βιβλίον γράψαντες ὡς λεπτότατον, μακρὸς ςίχȣς.) XIV. modus. docetur ratio commode occultandi intra veſtem epiſtolam. vult ſcribi in praelongo pittacio, ſed anguſto; vt id plicatum ori foraminis illius in tunica, per quod brachia inſeruntur, applicetur, et extremus pannus in eam partem replicetur. ita fiet, vt quia minimum tumoris ita poſitum pittacium excitabit, oculos ὁδοφυλάκων facile fugiat. non diſſimilis occultandi modus docetur a Philone, intra cauſiam quae eſt διπλῆ.

Οἱ γȣ̃ν περὶ Ἴλιον ἄνθρωποι ἐκ τοσȣ́τȣ χρόνȣ, καὶ ȣ̃τω διατεταγμένοι μὴ εἰσελθεῖν αὐτοῖς τὰς Λοκρίδας.) Anno poſt Ilii excidium tertio, quum peſte grauiſſima vexarentur Locrenſes, edita ſors eſt ab Apolline, non aliter mali finem inuenturos, quam ſi ad placandam Mineruam Ilienſem, ob imminutam Caſſandrae virginitatem ab Aiace, vniuerſae genti Locrorum infenſam, binas Locrides virgines ſorte lectas per annos mille continuos Ilium mitterent. Hiſce virginibus Troiani inſidias ſtruere ſoliti, easque crudeliſſime enecare, ſummo ſtudio cauentes, ne vrbis aditus ipſis pateret.

pateret. hiſtoria eſt nobiliſſima, quam pluribus narrat Lycophron et ad illum Tzetzes. tangunt Polybius libro XII. Strabo libro XIII. Plutarchus de ſera numinis vindicta et alii. Quod autem initio harum notarum dicebamus, de vetuſtate huius ſcriptoris poſſe ex hoc loco fieri coniecturam, verum eſt. nam Aeneas perſpicue oſtendit, ſua adhuc aetate morem illum, vel potius tetram ſuperſtitionem fuiſſe obſeruatam. at Tzetzes, auctorem Timaeum laudans, deſitum hunc morem ſcribit, poſt confectum bellum Phocicum. conſtat autem Phocico bello impoſitum eſſe finem a Philippo, anno tertio Olympiadis CVIII. Tzetzis verba ſunt; *χιλίων δὲ ἐτῶν παρελθόντων, μετὰ τὸν Φωκικὸν πόλεμον ἐπαύσαντο τῆς τοιαύτης θυσίας, ὥς φησι Τίμαιος ὁ Σικελός.* puto verum eſſe, quod dixit Timaeus de tempore, quo immane inſtitutum, miteſcentibus in dies magis magisque hominum ingeniis, omitti coepit. quod tamen videtur ſignificare, exiiſſe mox a bello Phocico mille annorum tempus ab Apolline memoratum, cum vera temporum ratione parum congruit. nam ab excidio Ilii ad primam Olympiadem, eruditiſſimi quique veterum annos dumtaxat quadringentos et octo putarunt; inde ad victoriam Philippi de Phalaeco et Phocenſibus anni CCCCXXXI. aut CCCCXXXII. fit ſumma annorum DCCCXL. Scribit tamen b. Hieronymus, libro primo aduerſus Iouianum, Locrides virgines Ilium ex more fuiſſe miſſas, per annos circiter mille.

Λανθάνουσι πολλὰ εἰσάγοντες σώματα.) Videtur nihil deeſſe. poteſt ſcribi *λανθάνουσι τοὺς Ἰλιέας πολλὰ εἰς.*

Παρὰ δὲ τοῖς παλαιοτέροις καὶ τοιόνδέ ποτε ἐτεχνάσθη.) Hic eſt modus omnibus ſaeculis vſitatus: licet videatur Aeneas tamquam ſingulare exemplum ex vetuſtate repetere. deſcribit autem pene ad verbum verba Herodoti de Timoxeno, qui clandeſtina conſilia cum Artabazo Potidaeam obſidente communicabat, epiſtolis ad crenas ſagittarum religatis, quas inuicem mittebant. Locus Herodoti eſt in octaua Muſa. Sic in Plutarchi Cimone, Chii, qui in exercitu Cimonis erant Phaſelitas obſidentis, cum obſeſſis communicant, *τοξεύοντες ὑπὲρ τὰ τείχη βιβλίδια, προσκείμενα τοῖς ὀϊστοῖς.* Auctor eſt Nicetas Choniates, Andronicum in obſidenda vrbe Pruſa literas ſagittis affixas miſſitaſſe, quibus ad deditionem vel proditionem ciues hortabatur. Nicetas eleganter vocat *διαέρια γράμματα.* ex eodem auctore

discimus, ferrum adimi solitum sagittis quibus literae alligabantur. sic ille in obsidione Zeugmini: *ἐκ ὀλίγοι τῶν ἔνδοθι, τὰ Ῥωμαίων Φρονȣ̃ντες, καὶ ἀτράκτοις ἀσιδήροις βιβλία προσδέοντες, ταῦτα πρὸς τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα νυκτὸς ἐξετόξευον.* Nec tantum arcus adhibiti ad huiusmodi epistolas mittendas, sed etiam catapultae *ὀξυβελεῖς*, et telis emittendis aptae. Narrat Polyaenus lib. II. Cleonymum regem Lacedaemoniorum, quum Troezenem obsideret, dispositis circa vrbem catapultis, tela iaculatum esse, quibus erat inscriptum, *Ἥκω τὴν πόλιν ἐλευθερώσων.* Alii in eam rem fundis vtentes, iaculabantur glandes inscriptas. Hirtius de bello Hispaniensi capite II. *Per idem temporis glans missa est inscripta, quo die ad oppidum capiendum incederent, sese scutum esse posituros;* paullo post; *indicium glande scriptum misit, per quod certior fieret Caesar, quae in oppido ad defendendum compararentur.* non erant autem verae glandes in quibus scribebatur, sed tesserae quadratae, vt tali vel taxilli. ideo Appianus in Mithridatico, non *μολυβδίδας* appellat, sed *πέσσȣς ἐκ μολίβδȣ πεποιημένȣς*, tribus locis in narratione obsessarum a Sulla Athenarum.

*Οἱ δὲ τȣ̃ τοξεύματος περὶ τὰς * πύλας γλυΦὰς ἑλίξαντες τὸ βιβλ.)* Corrigendum ex Herodoto quem describit, *περὶ τὰς γλυΦίδας ἑλίξαντες τὸ β.*

Ἱστιαῖος δὲ βȣλόμενος τῷ Ἀρ.) XVI. modus, ipse quoque ex Herodoto petitus, cuius verba etiam hic describuntur. Scribere in cute nuntii vsitatum antiquis, vt ad decimum modum ostendimus.

ΓράΦειν δὲ καὶ ὧδε.) Credo olim pro ingenioso habitum hunc modum XVII. quo hodie si quis vtatur, ludibrium profecto debeat. quem enim mediocris ingenii moretur omissio vocalium in vernacula lingua; quum etiam pueri, in Hebraicis aliquantum exercitati, scripta biblica punctis vocalibus carentia non difficile assequantur? atqui in literarum forma hic ab Aenea praescripta, non omittuntur penitus vocales; sed earum loco puncta substituuntur. itaque pene puerile hoc mihi inuentum videtur. Plus aliquanto ingenii fuit in Iulii Caesaris et Augusti epistolis, quarum mysteria Suetonius et A. Gellius nos docent.

Ὁπόσον ἂν τύχῃ ἕκαστον ὂν ἐν τοῖς γραΦομένοις, τοσαύτας στιγμὰς εἶναι.) Interpretor *ἐν τοῖς γραΦομένοις* cum literae continua serie disponuntur, vt fit in alphabetis: vel quum voca-

vocales ſeparatim a conſonantibus in ordinem digeruntur. Librarii quum haec non intelligerent, in deſcribendo exemplo, quod ſubiicitur, ſuauiter delirarant: nam in codice, quo ſumus vſi, punctis omiſſis, ſuper ſingulas conſonantes ſingulae virgulae ſunt ductae. Siue igitur Graece ſcribas, ſiue Latine, vocalium et punctorum haec erit ratio.

α. ε.. η:· ι:: ο::· υ::: ω::·

a. e.. i:· o:: u::·

Καὶ τόδε ἄλλο ἀντὶ τῶν φωνηέντων γραμμάτων τίθεσθαί τι δεῖ.) Deeſt in extremo vox ἄλλο. pro vocalibus ponendum aliud quid: puta, figuras ſignorum coeleſtium, aut animalium, aut alias de induſtria confictas figuras, de quibus conuenerit. Eſto igitur hic modus XVIII. in quo foecunda ingenia maximam ſeſe exercendi facultatem habent.

Καὶ τάδε τὰ πεμπόμενα γράμματα εἰς τ.) Scribo καὶ τόδε. τὰ πεμπόμενα γρ. illis verbis καὶ τόδε ſignificat, nouum a ſe modum proponi, qui erit XIX. alioquin poterant videri iſta cum praecedentibus cohaerere.

Πολλοὶ δὲ κατὰ Ἤπειρον κυσὶν ἐχρήσαντο ὧδε.) Vltimum hunc et vigeſimum literas clam mittendi modum, ex Aenea deſcribit Africanus, de canum vſu multiplici in belli facinoribus, dicebamus ad caput XXII. κατ' Ἤπειρον ſcripſimus, maiuſcula litera: vt dicat Aeneas, in Epiro id plurimum fieri ſolitum, vbi ſunt Moloſſi canes, obeundis hoc genus miniſteriis idonei, et aliis, qui minores ſunt, et corpore et viribus tutiores. neque obſtat, quod ſequitur, ἔστι δὲ τοῦτο Θεσσαλονικὸν, vel vt habet Africanus Θεσσαλῶν. nam potuit Theſſalorum inuentum eſſe, licet aetate auctoris noſtri Epirotae id inuentum crebrius vſurparent. ſi quis tamen κατ' ἤπειρον, pro in continente et quoties terra poteſt iter confici, maluerit, per me liberum illi eſto. Mirum vero Aeneam, qui tanta diligentia (vt quidem adeo vetuſtus auctor) omnes rationes epiſtolas occulte mittendi commemorat, columbarum non meminiſſe, quas internuntias in rebus magnis olim aliquando fuiſſe, certum eſt, et obſeruat Plinius libro decimo, probatque exemplo illius, qua Mutinenſi obſidione Decimus Brutus et Hirtius conſul fuerunt vſi. rem commemorat, et pluribus explicat Frontinus libro III. id inuentum antiquius eſſe ſaeculo Aenae, liquido probat Anacreontis oda, ſcripta a ſuauiſſimo poeta in columbam, qua ipſe vtebatur internuntia. in eo carmine ait co-

lumba; Ἐγὼ δ' Ἀνακρέοντι Διακονῶ τοσαῦτα. Καὶ νῦν, ὁρᾷς, ἐκείνε Ἐπιςολὰς κομίζω. ſed ſilentii Aeneae, haec ſine dubio cauſſa eſt; quoniam in rebus ſeriis opera columbarum ad nuntios deferendos nemo adhuc temporibus illis fuerat vſus: id namque obſidione Mutinenſi primum eſſe factum, etiam Plinius, tanto iunior Aenea, credidit. antea in amatoriis ſaltem et ludicris epiſtolis ſaepius idem factitaſſe, qua Graecos, qua Romanos certo conſtat. Exemplo Mutinae edito ſimilia poſterioribus temporibus edita ſunt vbiuis terrarum. in oriente vero, et olim et nunc vulgatiſſima res eſt, columbas ad eiusmodi iuſſa paratas habere. Legant οἱ Φιλομαθεντες, ſi lubet, quae ſuper hoc notis ſuis ab Sphaeram barbaricam Manilii ſcripſit, decus illud aeternum aeui ſui, IOSEPHVS SCALIGER; vir aut heros potius, et quidem heroe magno ſatus, in tantum laudandus, in quantum virtus et meliores literae poſſunt intelligi. quarum ille δαιμόνιος ἀνὴρ magnitudinem, amplitudinem, maieſtatem denique paene ſolus, quum animo viderit, ingenio fuerit complexus, diuina et ſine exemplo felici induſtria, per totum vitae curriculum bene de iis mereri numquam ceſſauit; quantam in nupero eius obitu respublica literaria fecerit iacturam, quantum et quam ἀνήκεσον vulnus acceperit; omnes intelligunt eruditi, in quorum pectoribus probitas, candor, Φιλαλήθεια et gratus animus, nimis, ah nimis, rarae hoc ſaeculo virtutes, habitant; certe quorum mentes a rationis vſu, atque adeo ſenſu communi ὑπὸ θηριωδίας καὶ θεοβλαβείας non exaruerunt. Nos, qui viuum pari ſemper proſecuti veneratione ſumus et pietatis affectu, atque optimum parentem noſtrum, quique literas ἐκπαθῶς amamus; neque acerbiſſimi nobis caſus recordari ſine moeſtiſſimo gemitu, ſine aegerrimis ſuſpiriis, ſine profuſiſſimis lacrymis poſſumus: neque porro auocare animum ab eius memoria, et acerrimo doloris huius ſenſu, valemus. Quod igitur vnum ſupereſt, dolorem noſtrum et luctum ἄΦατον recordatione virtutis et praeſtantiae τε νῦν μακαρίτε ſolamur. Atque in hac cogitatione quum eſſemus nuper toti, carmen repente effudimus, quod placuit infra ſubiicere, aequis lectoribus profeſſione pietatis erga defuncti manes, vt ſpero, excuſandum.

ΕΙΣ ΙΩΣΗΠΟΝ ΣΚΑΛΑΝΟΝ, ΤΟΝ ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΚΑΛΑΝΟΥ, ΜΕΛΟΣ.

Ω μεγίςε παῖ πατέρος μέγιςε,
Ἐξ ἴσε Μῦσαι Χάριτές τε κεδναὶ
Ἐκθορόντ' ἐκ νηδύος ὃν Φίλαντο,
ΣΚΑΛΑΝΕ δῖε.

Τίς δύναιτ' ἀνδρῶν σέθεν ἐξικέσθαι
Τῦ κλέεος ἐσθλῦ, ἔπεσιν γεραίρων
Ἠ σὲ, ἢ τὸν σεῖο γονῆ' ἀγαυὸν,
Θαῦμα βροτοῖσι;

Καίσαρος ῥώμην καὶ Ἀρήϊ' ἔργα,
Καίσαρος πυκνὰς πραπίδας, σοφόν τε
Νῦν, ὅλη ἐκπλὴξ κελαδεῖ δύσις τε,
Ἀντολία τε.

Οἷα δ' ἔκτιμόν συ λαβὼν ἔπειτα
Κλῆρον, ἔκπυςον Φάτιν αἴσιον τ', εὐ-
Φημίαν αὐτὸς πατρὶ ἐδὲν ἧττω
Ἀντιπροσῆψας.

Ἀμφὶ σοὶ πρῶτον Φάος ἠλίοιο
(Μοῖρα δ' ὠπήδει θεόθεν·) βλέποντι,
Γέντο πρεσβίςαις Ἀρετῆ θ' ἅμιλλα,
Τῇ Σοφίᾳ τε.

Η μὲν οἰκεῖον ἐθέλεσά σ' αὐτῇ,
Ἡ δὲ σῆς ἴυγγι δαμεῖσα μορφῆς,
Ὅσσα περ ξεινήϊα δῶρά γ' ἔχον,
Σοὶ πόρον ἄμφω.

Ἀμφέπειν ἁγνὸν βίοτον, τ' ἀληθὲς
Εὐσεβῶς ἀσκεῖν, κρατέειν παθῶν τε,
Θεῖον ἡ θείη Ἀρετὴ γέρας σοι
Ἠγγυάλιξε.

Μέτρα γῆς, καὶ τείρεα τᾶν ὀλύμπῳ,
Τὰς παραλλάξεις, ὁμαλὰς κινήσεις,
Καὶ προηγήσεις Φαέθοντος, ἠδὲ
Λοξὰ κέλευθα,

Καὶ τροπὰς, χ' ὑψώματα· τὰς σελήνης
Αὐξομειώσεις, κάνονας χρόνοιο·
Σειρίȣ καυθμȣ̀ς, δόσιν Ὠρίωνος,
Πληϊάδων τε·

Τῶν πόλων ἐξάρματα, τȣ̀ς ἀριθμῶν
Δυσπαλαίςȣς ȣ̓ρανίων λογισμȣ̀ς,
Καὶ φύσιν πᾶσαν, Σοφία τορῶς σε
Ἐξεδίδαξε.

Δῶκε παιδείας τέλος ἄκρον ἥκειν·
Δῶκε πρωτεῖ' εὐεπίης μελιχρᾶς·
Δῶκ' ἀριςεῖα Κριτικῆς· ἔφηνε
Τὴν μακάρων τις

Πάνσοφον τέχνην, ἠδὲ σωσίβιβλον,
Καὶ πλάνας δεινὴν ὀλοὰς ἐλέγχειν.
Γήρυος πάσης μερόπων ἁπάντων
Δῶκ' ἐπαΐειν

Τῆς πάλαι, τῆς νῦν. Δαναὸς, Λατῖνος,
Κελτικὸν πᾶν φῦλον, Ἑβραῖος, Ἰνδὸς,
Αἰθίοψ, Χαλδαῖος, Ἄραψ, ἄκȣεν
Σȣ̃ λαλέοντος.

Ἐντὶ λεχθέντων ἐνὶ χερσὶ πάντων
Μάρτυρες δέλτοι, σοφίας γέμȣσαι,
Ἃς χάραξας, πευκαλίμησι φρεσσὶν
Ἐκτολυπεύσας,

Φῆςος, Οὐάῤῥων, καὶ ὁ Παμφίλοιο,
Μυρίοι τ' ἄλλοι σοφοὶ, ȣ̃ς ἔσωσας,
Φαντὶ μαντείων ὅτι σοὶ ςόμ' ἔσκε
Θῶκος ἀληθής.

Θυμὲ, τί σπεύδεις Λύδιον παρ' ἅρμα
Πεζὸς ἰχνεύειν; ἀετὸν διώκεις,
Ἀρχὸν οἰωνῶν, μελανοχρόοιο
Γῆς ἔπι ἕρπων.

Δίζεται ῥάπτῃ σχεδίῃ περᾶȣν
Τὸν μέγαν πόντον, σέθεν ὅτις ἔργα,
ΣΚΑΛΑΝΕ, πρόφρων προέλοιτ' ἀριθμεῖν,
Μείζον' ἀριθμȣ̃.

Οἶδε καὶ Μῶμος ςεφάνοις ὁποίοις
Ἐξ ἀέθλων, ὁσσατίοις τ' ἐμίχθης

Μȣσι-

Μϰσιϰῶν· ὅσσας φθονερῶν ἄπαι νί-
ϰας ἐϰόμιξας.

Χαῖρε δὴ, φύτλης βροτέης ἄγαλμα,
Κελτιϰῆς αὔχημα, λαχὼν ἄωτον
Τῶν ἐπισημῶν, ἀγαθῶν ϰαλῶν τε
Σεμνολόγημα.

Χαῖρε νῦν ὄντως· ὅτε θνητὸν ἐϰδὺς
Ἄσμενος σῶμ', ἀθάνατος γένε τε,
Καὶ μάϰαρς, εἶν ἄφθιτος ἀφθίτοισι,
Κύδεϊ γαίεις.

Ἀπαγαγόντες * δέσμον περιέθηϰαν περὶ τὸν αὐχένα ἱμάντα.) Omnino δέσμιον rectum eſt. etſi aliter praeit codex Africani vocem ἱμάντα non agnoſcens; ita enim exprimit haec verba, ϰυνὶ δεσμὸν τεθειϰότες περὶ τὸν αὐχένα.

Χρὴ δὲ τὰς παραγινομένας εὐθὺς ἀνοίγειν δέλτες.) Onoſander duces militares admonens, vt omnibus, qui aliquid noui nuntiaturi aduenient, facilem aditum praebeant, hanc rationem affert: πολλάϰις γὰρ ἐν ὀξεῖ τὸ δυνάμενον φραθῆναι πάρεισί τινες μηνύοντες: fit enim ſaepe, vt adueniant quidam indicium rei deferentes, cui eo ipſo tantum temporis momento poteſt prouideri. eadem ratio hic quoque locum habet. Notum Caeſaris exemplum, qui indicem coniurationis libellum ſiniſtra tenens eſt occiſus. ei hiſtoriae plane gemina eſt, quam auctor narrat de Aſtyanacte priſco Lampſacenorum tyranno. atque haec ratio eſt, cur diuinus Hippocrates, et paſſim alii ſcriptores, praeſertim hiſtorici, appellent τὸν ϰαιρὸν ὀξύν.

Πρὸς ἄλλες δὲ γενομένε πρότερον.) *Quum alios prius conueniſſet*, ſed ne dubitent tirones, Aeneam aliud voluiſſe et ſcripſiſſe πρὸς ἄλλοις.

Διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ϰαὶ ἐν Θήβαις ἡ Καδμεία ϰατελήφθη.) Teſtis eſt tritum apud Graecos prouerbium εἰς αὔριον τὰ σπεδαῖα. Lege Plutarchum in Pelopida, de Cadmeae occupatione ſuperius ad caput XXIV.

Γλες δὲ βασιλέως ναύαρχος.) Offendimus ſcriptum Πλες, tam falſo, quam verum eſt, quod ſubſtituimus. mentio huius apud Xenophontem, in primo et ſecundo Ἀναβάσεως, vbi Glus vocatur. alii Glos efferunt, vt Polyaenus libro ſeptimo. quo loco ea narrantur de hoc Perſa, quae ab iſtis Aeneae non plane ſunt aliena. Olim cum Polyaenum ede-

bamus, impoſuit nobis deprauata apud Diodorum Siculum lectio, Γαὼς, quam putauimus apud Polyaenum reſtituendam. atqui verum eius nauarchi nomen fuit Γλῶς aut Γλῶς, vt omnes Polyaeni membranae habent. Locus Diodori in Olympiade XCVIII. ita habet, etiam in nouiſſima viri eruditi editione. *ὁ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως ἡγέμενος, λεγόμενος δὲ Γαὼ*: et deinde, *ὁ δὲ τῦ ςόλε τὴν ναυαρχίαν ἔχων Γαώς*. vtroque loco ſcribendum Γλὼς, et ita ſemper.

Ἐπεὶ ἐχ οἷόν τε ἦν ὑπομνήματα ἐν βιβλίῳ ἔχοντα παρὰ βασιλέα εἰσιέναι.) Nulla fuit apud Perſas lex, quae adituros ad regem vetaret cauſſae ſuae commentarios conficere; neque hoc dicit Aeneas: ſed vti potuiſſe negat, qui vel maxime confeciſſent: recte, impediebat enim vſum commentarii mos illius gentis, ſiue lex, quae intra digitabulum manus continere eos iubebat, qui regem adirent. capital enim in ea aula fuit, coram rege, *ὁ διασῶσαι διὰ τῆς κόρης τὰς χεῖρας*, vt loquitur Xenophon, qui alibi *χειρίδα* nominat, quam hic *κόρην*.

Ad cap. 32. Deinceps docentur obſeſſi, qua ratione hoſti non iam procul a moenibus, ſed ad moenia, aut in ipſis etiam muris pugnanti, ſit reſiſtendum. Aeneas hanc partem obſidionis vocat *τὰς προσαγωγὰς*, oſtenditque duobus modis fieri; vel *μηχανήμασι*, cum admouentur tormenta, aut aliae adhibentur artes ad patefaciendum aditum. vel *σώματι*, quum ipſis corporibus militum res geritur, aut ſcalas conſcendentium, aut per deiectorum murorum ruinam vi facere ſibi viam nitentium. *σώματα* ſunt viri. Machinarum meminit auctor illarum dumtaxat, quod initio monebamus, quae aetate ipſius in Graecia vulgo erant cognitae. Poteramus de poſterius inuentis multa huc afferre, eximia et ſcitu non minus vtilia, quam iucunda: omnes enim Graecorum libellos de machinis bellicis, quos hactenus nanciſci potuimus, diligenter excuſſimus: verum id eſſet commentarios vberes ac prolixos ſcribere, non quod opellae huius titulus pollicetur, breues notas.

Προσαγωγὰς μηχανήμασιν ἢ σώμασι.) Ita ſolet iſta disiungere. cap. XXXVIII. *ἐν δὲ ταῖς προσβολαῖς τῶν πολεμίων πρὸς τὸ τεῖχος μηχανήμασιν ἢ σώμασι.* aliquando coniungit, vt paullo poſt; *πρὸς τὰ μεγάλα μηχανήματα, ἐφ' οἷς σώματά τε πολλὰ προσάγεται, καὶ βέλη ἐξ αὐτῶν ἀφίεται.* de turribus

et ma-

et machinis ambulatoriis, quae dum admouentur, etiam militem ſimul admouent.

Πρῶτον μὲν εἰς τὰ ὑπεραιρόμενα ἐκ πύργων ἢ ἱςίων.) Legendum ἱςῶν. Ea vox iſto loco poteſt varie accipi. veteres enim in obſidendis vrbibus, ad militem ſuum attollendum, vt muris ſublimior de ſuperiore loco pugnaret cum hoſte, aliquando ἱςὺς, id eſt, malos nauium adhibuerunt: aliquando ligna erecta in ſummis turribus collocata, quae nominarunt e re ipſa quoque ἱςὺς. De malis nauium teſtis Procopius in prima Gothicarum rerum hiſtoria. Narrat eximius ille ſcriptor; Beliſarium in Africam claſſe tendentem, quum appuliſſet in Siciliam, et ad deditionem ὁδῦ πάρεργον plerasque vrbes compuliſſet; Gothos, qui Panormum tuebantur, auſos reſiſtere, hoc pacto in ordinem coegiſſe. Lembos ſagittariis onuſtos ad malos nauium appendit, quae portum ingreſſae, proxime muros acceſſerant: ii milites de ſuperiore loco obſeſſos ſagittis petentes, incepti inſolentia ſic eos terruerunt, vt ſine mora confeſtim ſeſe dederent. εἰς τὸν λιμένα, inquit, τῶν νηῶν ὁρμισαμένων, τὺς ἱςὺς ξυνέβαινε τῶν ἐπάλξεων καθυπερτέρυς εἶναι. αὐτίκα ἦν τὺς λέμβυς τῶν νηῶν ἅπαντας τοξοτῶν ἐμπλησάμενος, ἀπεκρέμασεν ἄκρων ἱςῶν. ὅθεν δὴ κατὰ κορυφὴν βαλλόμενοι οἱ πολέμιοι, ἐς δέος τε ἀμήχανον ἦλθον, καὶ Πάνορμον εὐθὺς ὁμολογίᾳ Βελισαρίῳ παρέδοσαν. Non diſſimili arte et Timotheus Athenienſium dux Toronen, Macedoniae, ſiue Thraciae vrbem maritimam, cepit. Hiſtoriam narrat Polyaenus libro III. cuius verba ſubiiciam, quia lucis egent. Τιμόθεος ἐπολιόρκει Τορώνην· οἱ μὲν Τορωναῖοι μεγάλα ὕψη ἀντανέςησαν, Φορμῶν ψάμμυ πληρυμένων. ὁ δὲ Τιμόθεος μηχανήμασι μακροτέροις ἐξ ἱςῦ ἀκίδας περιθεὶς, καὶ δρέπανα εἰς τὰ ἄκρα τῦ ἱςῦ ἐμβαλὼν, ταῖς ἀκίσιν τὰς διφθέρας ῥηγνύων, τοῖς δὲ δρεπάνοις ἀνέτεμε τὺς Φορμὺς, ὡς ῥεῖν τὴν ἄμμον. Narrationem ſatis obſcure expoſitam ita capio. Timotheum, vt molem a Toronaeis excitatam e ſportis arenae et coriis oppanſis, euerteret, dorydrepanis vſum e ſummo nauis malo peculiaris artificii: nam quum vulgo dorydrepana conſtent e longurio et falce; Timotheus hoc amplius ſpiculum extremo ligno praefixit; vt ſpiculo coria perforaret, quod falce non poterat. μηχανήματα μακρότερα, puto eſſe longurios, ſiue haſtilia praelonga dorydrepani; quae interdum ad malum ſummum alligabantur, ad ſimilitudinem antemnae. quare Diodorus Siculus lib.

XVII.

XVII. δρεπανοφόρους κεραίας, antemnas quibus falces erant praefixae, ait fuisse oppositas arieti ad secandos funes, quibus incitabantur. interdum ab hominibus tractabantur ad summum malum euectis, qui vel in lembis appensis stabant, vt modo apud Procopium, vel in pegmate et tabulato ob id ipsum excitato. quare illa ἐξ ἱστοῦ, interpretor, vel de alligatis ad malum hastilibus dorydrepanorum ad instar antemnarum; vel de hominibus eo subuectis. potuit et pluteum circa summum malum collocari turriculae similitudine ornatum, vt in simili re apud Vitruuium. τὰ ἄκρα accipio de extremis longuriis, non de summo nauis malo. itaque illa verba τοῦ ἱστοῦ censeo delenda, nisi plura desunt. Totus locus ita vertendus. *Timotheus Toronen obsidebat. Toronaei altas moles contra erexerant, corbibus arena repletis. Timotheus machinis longioribus e malis nauium porrectis spicula apposuit, et falces in extremis machinis; spiculis coria rumpebat: falcibus corbes dissecabat, vt arena diffueret.* De tignis erectis in summa turri, en testem locupletem, Apollodorum priscum mechanicum in Poliorceticis suis. Ἐὰν θέλωμεν, ἐπὶ τοῦ πύργου τοῖς μεσοστάταις τούτοις ἄνω κατὰ μέτωπον ἱστοὺς παραστήσομεν τετραγώνους, ἀρτήματα κριῶν φέροντας. οἱ κριοὶ οὗτοι ἐνσείουσι ταῖς ἐπάλξεσι, καὶ λύουσι, καὶ τοὺς τειχομαχοῦντας ἐξωθοῦσι τοῦ τόπου. *Si libuerit, super turris mesostatis desuper in fronte collocabimus ἱστοὺς, id est arrectaria, arietes rudentibus suspensos ferentia. atque ii arietes pinnas murorum ictibus tundunt, soluuntque; et propugnatores murorum loco cedere compellunt.* Nicetas Choniatas in Balduino, de Orestiadis vrbis munitionibus loquens, et eius obsidione ab Henrico Balduini fratre tentata. εὕρατο τοὺς πύργους τῆς πόλεως ἐπὶ τῶν ἄκρων δεξαμένους ἐκ δονάκων πήγματα, ἐς πολὺ τοῦ ἀέρος ἀναβαίνοντα. ἀλλὰ καὶ τοῦ ξυλίνων ἄνωθεν πύργων ἱστοὶ κατεπάγησαν, ἔχοντες οἷα καὶ ὅσα ἐπιχυθέντα ἐξάψαι τε φλόγα, καὶ εἰς μέγα προκαλέσασθαι πέφυκεν. ἐνιαχοῦ δὲ καὶ ἐπ' αὐτῶν προυφαίνοντο τεκτονικὰ πολεμιστῶν ἀνδρῶν ἀναπαύματα.

* Οἷς προσχωθέντα ὑπεραίρειν χρὴ τισὶν αὐ'.) Magnum hic vulnus codex regius accepit: nam pluscula deesse verba res arguit. Aeneas sine dubio hoc praecipiebat: quoties turres muro admotae fuerint ipso altiores, altitudinem moenibus esse addendam, sed hoc variis modis quum fieri queat, vt docet Vegetius libro IIII. cap. XIX. eam rationem,

nem, quae fuerat ab auctore propoſita, diuinare non poſſumus. Philo ita praecipit: Πρὸς τὰ μηχανήματα ὅταν ἐγγὺς ᾖ, καὶ τοὺς κριοὺς, καὶ τὰς ἐπιβάθρας, πρῶτον μὲν κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπᾶραι τὸ τεῖχος, οὐ καθελόντας τοὺς προϋπάρχοντας προμαχῶνας· ἀλλ' ἐπ' αὐτῶν τὴν οἰκοδόμησιν πεποιημένους, καὶ ἄλλους ἄνωθεν κατασκευάσαντας, κατάστεγον ποιῆσαι ταύτῃ τὸ τεῖχος, ὅπως ἂν ὑπάρχωσι διπλοῖ πρὸς τὴν χρείαν. *Aduerſus machinas cum propius fuerint admotae, item arietes et epibathras* (eſt hoc genus aſcendentis machinae, vt vocat Vitruuius: qui et *aſcenſum* vertit) *ante omnia curandum, vt eo loco muro addas altitudinem: non quidem prioribus propugnaculis deiectis; ſed potius aliis deſuper exſtructis: ita vt ab ea parte murus tectum recipiat, et ſint duplicia propugnacula:* deinde explicat Philo, quam habeant vtilitatem duplicia propugnacula, ad iniiciendos machinis laqueos. et ſimiles defenſiones. Vegetius de turri, *praeterea partem muri ad quam machina conatur accedere, caemento atque lapidibus, vel luto, ſiue lateribus, poſtremo tabulatis exſtruendo faciunt altiorem; ne defenſores moenium deſuper vrbi ventura poſſit opprimere. conſtat autem inefficax machinamentum reddi, ſi inueniatur inferius.*

Χρὴ τισὶν ἀδιατμήτοις περιβληθέντα κατατετάσθαι ὑπὸ πνεόντων.) In his verbis fruſta ſunt duplicis ſententiae. illa τισὶν ἀδιατμήτοις περιβληθέντα, *rebus quibusdam, quae ſecari non poſſunt, inuoluta*, de coriis crudis aut ſimilibus rebus accipienda, quibus conteguntur munitiones, quaedam etiam munitionum partes inuoluuntur. ſic apud Vitruuium, non ſolum acies, ſed etiam catenae quadruplices ex ferro factae coriis crudis inuoluuntur. Verbum κατατετάσθαι, oſtendit de pluteis aut re alia locutum auctorem, quae funibus erigeretur, aut ſtans firmaretur: id vero optime conuenit huic loco. nam etiam apud Apollodorum ſequitur poſt illa verba, quae paullo ante recitauimus: οἱ ἱστοὶ δὲ οὗτοι ἐκ τῶν παραστατῶν καὶ ἐπιζυγίδων καλωδίοις προσδεδεμένοι ἀποτεινέσθωσαν. *haec autem erectaria e paraſtatis et epizygidibus*, ſiue *axiculis alligati rudentibus intendantur*. quid apud Vitruuium et Graecos mechanicos ſint epiſtatae et epizygides, non eſt hic locus explicandi. Tirones ad eruditiſſimum Turnebum adeant, et illius aduerſaria conſulant. huiusmodi funium in deſcriptione machinarum paſſim fit mentio. Graeci χοινία, κάλως et καλώδια itemque ὅπλα nominant.

nant. Aeneas quomodo appellarit hic, aut illa ὑπὸ πνεόντων quomodo ſint emendanda, diuinare nequeo. niſi cui placeat ὑπὸ τεινόντων, vt de viris funes trahentibus intelligamus, non de ipſis funibus.

Ἀλλὰ δὲ ὑποθυμιᾷν καπνὸν πολὺν ὑφάπτων ὡς μέγιςον πῦρ πνέοντα.) Etiam haec ſunt corrupta. docet reſiſtendum eſſe hoſti e turribus pugnanti, et fumo et igne. fumo tunc locus, quando turres obſidentium altitudine muros ſuperant. ὑποθυμίασιν, ſiue ſuffitum ad excitandum fumum in hanc rem non memini legere vſurpatum, ſed in aliis potius bellicis facinoribus, vt cum aduerſus cunicularios pugnatur, de quo capite XXXII. Vox πνέοντα iterum mihi hoc loco negotium faceſſit, vt modo πνεόντων, neque ſcio, quid ea faciam.

Ὕψη ἐκ φόρμων πληρεμένων ψάμμε.) Polyaenus paullo ante iisdem verbis; ὕψη ἀντανέςησαν, φορμῶν πληρεμένων ψάμμε. de arena non temere vterque notat. nam implebantur φόρμοι et aliis rebus ſaepius, vt acere, velut in prima Polybii hiſtoria.

Ἴσχοι δ' ἂν τὰ βέλη καλάμων ταρσοὶ ὀρθίων καὶ πλαγίων συντιθεμένων.) Crates conficiendi rationem obiter docet Aeneas. ſunt vero crates, ſiue ταρσοὶ, πλέγματα ἐκ ῥάβδων, *textura quaedam virgarum.* Erant crates ad communem quidem vſum ſimplicius textae, ad belli vero neceſſitates denſius textae, vt docet Ammianus libro XXI. Vitruuius libro X. cap. XX. *circum tabulata collocentur crates ex tenuibus virgis creberrime textis*, vel *textae.* Texebantur autem φορμηδὸν, vt loquitur Thucydides, vel ψιαθηδὸν aut ἐναλλὰξ, vt ſcholiaſtes illius interpretatur. id ipſum ſignificare Aeneas voluit illis verbis ὀρθίων καὶ πλαγίων συντιθεμένων. Vitruuius in alia re ſic expreſſit libro VII. capite III. *ſi priores cannae transuerſariis arundinibus fixa ſunt, ſecundae erectis figantur.*

Σάκκες ἀχύρων πληρεντα προκρεμαννύειν.) Leo Auguſtus §. 48. πρὸς τὲς κριὲς ἀντίκεινται τυλάρια, σακκία τε γέμοντα ἀχύρων καὶ ψάμμε. eruditus interpres ſcriptum inuenit τηλάρια et vertit *telaria.* atqui τυλάρια, ſunt culcitae, centones et id genus omnia. nam id τύλη ſignificat. Vegetius: *Aduerſum arietes vel falces ſunt plura remedia. Aliquanti centones et culcitas funibus chalant* (ita recte Turnebus) *et illis opponunt locis, qua caedit aries, vt impetus machinae*

chinae materia molliore fractus, non destruat murum. Philo in Poliorcetico μαλάγματα communi nomine appellat omnia corpora mollia, quae ad eludendos tormentorum ictus ante muros appenduntur. Diodorus lib. XVII. μαλακὰς καὶ συνενδιδούσας κατασκευάς. Pari ratione et a sagittis aut iaculis, obtensis velis, coriis, aut ciliciis, laxius pansis, vt notat Marcellinus, se defendebant: *neque enim*, vt ait Vegetius, *facile transeunt spicula, quod cedit et fluctuat.* ideo Apollodorus ad testudines tegendas vult eis imponi δέῤῥεις ῥερυσσωμένας, μὴ προτεινομένας, διπλᾶς, καὶ χαλάσματα ἐχούσας, ἵνα ἐκλύηται τὰ πεμπόμενα, quod et alibi repetit. Non solum autem mollia appenduntur contra arietem; sed etiam alia, tum aduersus ictus machinarum, tum aduersus incendia. inprimis tabulae palmeae, quae prae duritie sua et ictibus resistunt et ignibus. e pluribus igitur inter se colligatis tabulatum efficiebant, quo muros defenderent. Philo: πρὸς τοὺς πυροβόλους ὀρθῶς ἔχει τὰς ἐκ τῶν Φοινίκων σανίδας συνδήσαντας κατακρεμάσαι πρὸ τοῦ τείχους. ἰσχυραὶ γάρ εἰσι, καὶ δυσέκπρησοι. etiam Vitruuius ad hos vsus, tabulas palmeas praecipue desiderat: admittit tamen *et ex cetera materia; quae maxime*, inquit, *habere potest virtutem; praeter pinum aut alnum: haec enim sunt fragilia et faciliter recipiunt ignem.* Posterior aetas ligna in hos vsus appensa appellauit πόντιλα: nam scribit Leo ibidem: Ἀντίκεινται ταῖς τοιαύταις βολαῖς κιλίκια κρεμάμενα ἔξωθεν τοῦ τείχους κατὰ τοὺς προμαχῶνας, ἢ σάρκινα, ἢ σχοινία εἰλιγμένα, ἢ πόντιλα, ἤτοι ξύλα κρεμάμενα. καὶ πλινθὶς δὲ ἐν τοῖς προμαχῶσιν οἰκοδομημένη. Interpres male illa accepit, ἤτοι ξύλα κρεμάμενα; quae nihil aliud sunt, nisi vocis praecedentis interpretatio. nam πόντιλα vox latina est, et significatione et formatione immutata; vt σάρκινα, pro sarcinis, aut potius mole e congestis sarcinis. Non erat difficile horum omnium exempla ex historia, siue Graeca, siue Romana afferre: quibus nunc abstinemus, ne modum operis instituti excedamus. et sunt in studiosorum manibus, quae de eo argumento scripsit Iustus Lipsius, vir eruditione et ingenio praestantissimus, ac nobis dum vixit amicissimus. cuius memoriam frustra quidam hodie apud bonos infamant; dum furiosis scriptis suis, neque alio dignis auctore, quam Maenade aliqua Bacchica, fato functi commendatione, gratiam apud probos conciliare nituntur. non vtique ausuri, si viueret ὁ μακαρίτης: quem

toto

toto animo et pectoris affectu rabiem illam caninam esse abominatum, et vita et scripta ostendunt: nos probare possemus literis non vnis, quas ab eo acceptas inter κειμήλια seruamus, si latratores istos faceremus tanti.

Ἀγγεῖα ἐρίων.) Hoc quoque pertinet ad μαλάγματα. In Mithridatico Appianus; τοὺς κριοὺς φορμοῖς ἐρίων τῆς βίας ἐξέλυον.

Ἀσκοὺς βοείους νεοδάρτους, πεφυσημένους, ἢ πεπληρωμένων τινῶν.) Scribo, πεπληρωμένους. vtres suspendere praecipit, vel inflatos, vel re aliqua fartos, puta, alga, acere, palea, stramento aut quisquiliis. Vitruuius in descriptione χωστρίδος testudinis; *maximeque recentibus percrudis coriis duplicibus consutis, fartis alga, aut paleis in aceto maceratis, circa tegatur machina tota.* vbi vides coria desiderari recentia, quae appellat noster νεόδαρτα, Iosephus νεόδορα. Alii, coria non consuta et farta appendebant, sed simplicia muris oppandebant, et quidem ita laxa, vt sinu suo omnes ictus exciperent atque eluderent. Nicetas in Balduino, de obsidione Didymotichi. οἱ ἐντὸς δρυφάκτους καὶ γέῤῥα πηξάμενοι, νεόδορα νάκη τοῖς τείχεσι προπετάσαντες, ὡς περιολισθαίνειν αὐτοῖς πολτουμένοις, ὅσα αἱ μηχαναὶ διηφίεσαν.

Χρὴ βρόχῳ τὸ προσίσχον ἀναλαμβάνεσθαι.) Scribendum, τὸ προῖσχον; prominentem machinae partem, vt rostrum arietis. sic apud Thucydidem in Plataeensium obsidione nobili: ἀπεκαύλιζε τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς. ibidem habes et de laqueis iam tum, et fortasse tum primum in hos vsus adhibitis: τὰς μηχανὰς βρόχους περιβάλλοντες ἀνέκλων οἱ Πλαταιεῖς. *Plataeenses laqueos machinis circumdabant, et eas auertebant.* imitatur Appianus in Mithridatico: τοὺς κριοὺς λίθοις ἀπεκαύλιζον, ἢ βρόχοις ἀνέκλων. id dixit Aeneas ἀναλαμβάνεσθαι; alii in ea re verbo ἀνέλκειν vsi. Dio in fragmentis Leunclauii; τοὺς κριοὺς τοὺς μὲν βρόχοις ἀνεῖλκον, τοὺς δὲ ἁρπάγαις ἀνέσπων. Liuius in obsidione Heracleae; *cum ariete quaterentur muri, non laqueis, vt solet, exceptos declinabant.* nec praetermisit Vegetius, quem lector vide. meminit et Philo in Poliorcetico.

Παρασκευάζεσθαι δὲ ὅπως λίθος ἁμαξοπληθὴς ἀφιέμενος ἐμπίπτῃ.) Vulgatissima olim res, e murorum pinnis et propugnaculis iacere in hostem saxa, vel minora, vel maiora, aut alia ingentia pondera, vt trabes, siue e materia, siue e plumbo. Anonymus auctor, cuius ante meminimus.

Ἀθροί-

Ἀθροίζειν δεῖ καὶ ἀποτίθεσθαι ἐν τοῖς προμαχῶσι λίθους μέλανας, καὶ μικροὺς, καὶ βαρεῖς, καὶ δοκοὺς, καὶ στημονάρια παχέα, καὶ πολλὰ δρύϊνα, κατὰ τὰς ἄκρας ὀξέα· ἵν᾽ ὁπόταν καταῤῥιφθῆναι δεήσειεν, φόνον ἐργάζωνται πλεῖστον· διαῤῥηγνύωσι δὲ οὐ μόνον τὰς ἀσπίδας, ἀλλὰ καὶ τὰς λέσσας. *Congerere et condere in propugnacula oportet, saxa nigra et parua, et grauia; item trabes, ac breuia statumina crassa, et ligna querna multa, quae habeant extrema acuta: vt tempore necessario coniecta, caedem patrent quam plurimam; nec solum clypeos rumpant, sed etiam crates et pluteos.* Aeneas minorum lapidum hic non meminit; sed solum vaegrandium, et vt ipse appellat, plaustralium; minorum autem et χερμαδίων fiet mentio capite XXXVIII. Ad haec ingentia pondera iacienda, vel potius deiicienda, vetustissimi homines vsi binis κεραίοις, hoc est tignis, quae muro affigebant, vt inter illa suspenderent, aut trabes aut similia, cum opus esset, demittenda. id artificium fuse describitur Thucydidi, in Plataeensium obsidione. Exemplum videtur translatum a re nauali, aut eo traductum: nam antiqui in suis naumachiis ad saxorum coniectionem antemnis vsi, quas κεραίας λιθοφόρους appellabant. Diodorus Siculus in descriptione pugnae a Conone et Callicratida pugnatae. πλεῖστοι δ᾽ ὑπὸ τῶν λιθοφόρων κεραιῶν ἔπιπτον, ὡς ἂν ἐξ ὑπερδεξίων τόπων βαλλόντων λίθους ὑπερμεγέθεις τῶν Ἀθηναίων. alii tollenonibus in eam rem vsi, vt apud Liuium Aetoli in Ambraciae defensione. quanquam in hoc Liuii loco, non aliud profecto sunt tollenones, quam κεραῖαι: Polybius enim, vt in fragmentis ostendimus, dixerat: τοῖς κριοῖς διὰ κεραιῶν ἐνιέντες στηκώματα μολύβδινα, καὶ λίθους, καὶ στύπη δρύϊνα. verum haec pluribus alibi expendenda. postea etiam petrariae machinae, hoc est ballistae et catapultae πετροβόλοι, in ipsis muris sunt collocatae. eiusmodi fuerunt illa παλίντονα et μονάγκωνες, quorum meminit Philo. ὡσαύτως, ait, ἀπὸ τῶν μηχανημάτων, καὶ ἀπὸ τῶν κεραιῶν λίθους μεγίστους ἀφιέντας καὶ τοῖς πετροβόλοις ἄνω βάλλοντας, τοῖς παλιντόνοις καὶ τοῖς μονάγκωσι. in quibus verbis, per machinamenta, intelliguntur tollenones et similia instrumenta. per παλίντονα et monanconas, catapultarum muralium genus, quarum accuratior descriptio non est huius loci. per κεραίας, vel illud artificium, quod in historia Thucydidis fuse describi dicebamus: vel genus quoddam mangani in eos vsus multis post seculis inuenti, et de eo dicti

nomine. inuenio eius mentionem apud Anonymum Tacticum; qui postquam dixisset, pugnandum e moenibus esse, iis machinis, quas ipse appellat tetrareas et ἠλακάτας, id est colos, addit statim κεραίας, δυναμένας λίθους βαρεῖς πρὸ τοῦ τείχους ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων ῥίπτειν. *Keraeas, vim habentes iaciendi saxa grauia e propugnaculis moenium ante ipsos muros.* nam Thucydidis κεραίαις non conuenit haec descriptio: quae machinae ipsae per se non erant: sed pars tantum perficiendae machinae necessaria. Meminit etiam Philo idem cuiusdam instrumenti, quod σωλῆνα *canalem* vocat; cuius erat vsus, cum longius a muro submouendum erat saxum, aut quicquid fuit aliud, quod postea vellent deiicere in τὰς στοὰς καὶ τὰ μηχανήματα, et quas alii vocant belostases; de quibus ad primum Polybii fuse agimus. In hoc genere rarum defensionis instrumentum obseruaui apud veterem scriptorem, quod verbis ipsius indicare malo, quam meis. Anonymi Tactici cuius non semel fecimus mentionem, haec verba sunt: εἰ δὲ καὶ λαύσας χωστρίδας οἱ ἐχθροὶ ἐπινοήσαντες εἶεν, ὥσπερ καὶ πολλοὶ τῶν παλαιῶν, χρὴ κόπρον ἀνθρωπείαν ἐκχέειν κατ' αὐτῶν, καὶ ἀποκρέεσθαι τούτους· ἥτις χρησιμεύσει πρὸς πᾶσαν μηχανὴν ἐκχυνομένη· καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἐκ τῶν ἀσπίδων γενομένην σύγκλεισιν. *Si hostes excogitarint testudines ad congestionem fossarum, sicut veterum multi; coniectione stercoris humani repellere eos oportet: proderitque eiusdem rei effusio aduersus quoduis machinarum genus: etiam aduersus testudinem per densata scuta factam.*

Καὶ συντρίβῃ τὸν τρύπανον.) De ariete loquitur, et ait τὸν τρύπανον, aut potius τὸ τρύπανον. videtur duo machinarum genera confundere, arietem et terebram; cuius multi veterum meminerunt. describitur a Vitruuio libro x. cap. XVIII. et ab Apollodoro longe vberius in Poliorceticis. Polyaenus libro VI. Ἀθηνοκλῆς πολιορκούμενος, πρὸς τοὺς κριοὺς καὶ τὰ τρύπανα δοκοὺς μολύβδους ποιήσας, πλαγίας παρέτεινεν ἐπὶ τὰς ἐπάλξεις. In Philonis Poliorcetico tres diuersae machinae iunctim non semel recensentur, aries, terebra et coruus Et sunt omnino res diuersae aries et terebra, cum forma, tum vsu, quem declarat eximie Apollodorus. neque puto, pro eodem posuisse res adeo diuersas Aeneam: sed familiari quadam sibi securitate, quum paullo ante dixisset, τοῖς εἰς τὰ τείχη μηχανήμασιν ἐμπίπτουσι, κριῷ καὶ τοῖς ὁμοτρόποις, terebram hic posuit, non pro ariete, sed velut

vnum

vnum aliquod ex iis, quae appellatione τῶν ὁμοτρόπων antea intellexerat. Quid si τὸ τύπανον ſcripſerat Aeneas? τύπανον, idem erit ac τύπος, pars arietis, qua muri quatiuntur. voce τύπος Polybius vtitur libro primo: ὥςε καὶ τὰς βάσεις τῶν πύργων καὶ τὰ τύπη τῶν κριῶν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀχρειωθῆναι.

Τὸν δὲ λίθον ἀφίεσθαι ἀπὸ τῶν προωςῶν, ἐχόμενον ὑπὸ καρκίνων.) Προώςας interpretor capita lignorum prominentium, quae pondus deiiciendum ſuſpendebant, vt in deſcriptione Thucydidis duae illae κεραῖαι, de quibus ante diximus. nam hae extra muros prominebant, vt diſerte ſcribit maximus hiſtoricorum Olori F. ἀρτήσαντες ἀπὸ κεραιῶν δύο ἐπικεκλιμένων καὶ ὑπερτεινουσῶν ὑπὲρ τοῦ τείχους; *quum ſuſpendiſſent ad duas antemnas*, ſiue *tigna ſuper murum inclinata et prominentia.* propterea Philo vocat τὰ ἐκκείμενα ξύλα, qui etiam docet eorum vſum: ait enim, ἄνωθεν ἐκ τῶν ἐκκειμένων ξύλων αἱ ὁρμιςήριαι δέδενται τῶν σανίδων καὶ τῶν μαλαγμάτων. *deſuper e tignis prominentibus alligata ſunt retinacula aſſerum et rerum mollium, quae ante muros appenduntur.* appellat ὁρμιςηρίας rudentes aut catenas, per quas pondera ſuſpenduntur: id enim eſt ὁρμίζειν et καθορμίζειν aliquando. Ariſtoteles III. de partibus: καθώρμιςαι ἡ κύςις ἐκ τῶν νεφρῶν. paullo aliter apud Diodorum in obſidione Tyri, funes, qui arietem ſuſpendunt dicuntur ὁρμητηρίαι. ita enim ſcribitur: ταῖς δρεπανηφόροις κεραίαις τὰς τῶν κριῶν ὁρμητηρίας ὑποτέμνοντες, ἄχρηςον τὴν τῶν ὀργάνων βίαν ἐποίουν. non male docti viri ὁρμητηρίας in hoc loco interpretantur, funes, quibus incitantur arietes. puto tamen ὁρμιςηρίας ſcripſiſſe Diodorum, et intelligi, quae mechanici vocant ἀρτήματα κριῶν. apud Thucydidem trabes ſuſpenduntur non funibus, ſed ἁλύσεσι μακραῖς σιδηραῖς, *catenis longis e ferro.* ſic et ſaxa apud alios. Nicetas in Balduino: videbat, inquit, in nonnullis turribus, καὶ λίθους δι' ἁλύσεων ἠρτημένους, καὶ πρὸς τὰς χρείας τῶν καιρῶν μεταγομένους. Aeneas noſter neutro modo ſaxa ſuſpendit, ſed καρκίνοις, quod forcipis genus quoddam eſſe ad caput XVIII. dicebamus et probamus alibi. Προῶςαι proiectiones extra murum, ita dictae, vt ἐξῶςαι, moeniana; pro qua voce perperam viri quidam doctiſſimi cenſuerunt ſcribendum ἐξωςοαί. non enim eſt a ςοὰ, ſed ab ἐξωθεῖν; vt προῶςαι a προωθεῖν, quod verbi in eam rem proprie Graecis vſurpatur. Polyaenus de Athenocle: οἱ δὲ ἀπὸ τῶν τειχῶν μόλιβδον τηκτὸν ἐν χαλκείοις προωθοῦντες;

θέντες κατέχεον. Vertimus *προώσας tigna proiecta*, Vitruuium ſecuti in deſcriptione machinarum bellicarum. idem vocat et *proiecturas*. qui etiam in deſcriptione teſtudinum, *ſubgrundas* quasdam agnoſcit, quae non male Graece redduntur *προῶσαι*. Sed et quas hodie vernaculus ſermo vocat in muris *les meurtrieres*, *προώσας* poſſumus dicere. citima Graecorum aetas, niſi fallimur, *ἄρκλας* nominauit. Nicetas Choniates libro IV. rerum Manuelis Comneni; *τινὲς τῶν μεγιςάνων Παιόνων, μίαν εἰσιόντες τῶν ἐκκρεμῶν τȣ̃ τείχȣς, καὶ προνευȣσῶν, ἔξωθεν μηχανῶν· ἄρκλας οἶδε ταύτας ἡ κοινὴ καὶ πάνδημος φράσις καλεῖν.* mox appellat, *τȣ̃ τείχȣς τὸ προεκκρεμάμενον ξύλινον σύνθεμα.*

Χρὴ ἔσωθεν ἀντιπαρασκευάζειν ἀντικριόν.) Meminit Philo, et vocat *κριὸν τὸν ἀντικατασκευαθέντα.* Tale quid et Vegetius libro III. capite XX. *Interdum longiſſimas ferratasque trabes opponunt machinae venienti, eamque a muri vicinitate propellunt.* non tamen eſt Aeneae *ἀντικριός*.

Διορύξαντα τȣ̃ τείχȣς μέχρι τȣ̃ ἄλλȣ μέρȣς τῶν πλίνθων.) etſi *ἄλλȣ* dicit, non *ἑτέρȣ*; videtur tamen de muro loqui compoſito e duplici laterum ordine: quorum alter exteriorem muri frontem efficit, vt appellat Vitruuius, alter interiorem: ſed inter duos ordines lateritios alia videntur fuiſſe interiecta.

Πρὸς δὲ τὰ μεγάλα μηχανήματα.) Turres intelligit, e quarum tabulatis pugnabant milites omni telorum genere.

Καὶ βέλη ἐξ αὐτῶν ἀφίεται, ἄλλα τε καὶ καταπέλται καὶ σφενδόναι.) Catapultam cape, non quomodo poſteriora ſaecula, et Caeſar ipſe, pro machina petraria; ſed pro ea, quae tela grauiora, et iacula atque haſtas mitteret. haec prima notio et prima forma catapultae; quam Olympiade XCV. Syracuſis inuenit Dionyſius, vt auctor eſt Diodorus; qui modo appellat *καταπέλτας* ſimpliciter, modo *ὀξυβελεῖς καταπέλτας*. vt cum ait in prima eius teli vſurpatione aduerſus Imilconem ducem Carthaginienſium; *ἀπὸ δὲ τῆς γῆς τοῖς ὀξυβελέσι καταπέλταις οἱ Συρακȣ́σιοι χρώμενοι συχνȣ̀ς τῶν πολεμίων ἀνῄρȣν. καὶ γὰρ κατάπληξιν εἶχε μεγάλην τȣ̃το τὸ βέλος διὰ τὸ πρώτως εὑρεθῆναι κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρόν.* Ariſtoteles, qui Olympiadis XCIX. principio eſt natus, meminit quidem catapultae telorum iaculatricis in tertio Nicomacheorum: ſed vt inuenti tunc admodum recentis inter verae Graeciae populos. idem enim libro ſeptimo politico-

rum

rum de machinis poliorceticis loquens, appellat eas inuenta *νῦν εὑρημένα*, *quae modo ſunt reperta.* de cauſſa nominis et figura, plura diſſerimus alibi. Funda, cuius Aeneas hoc loco meminit, ea videtur eſſe, quam Graeci Achaicam vocabant. nam iſta potiſſimum vſos eſſe veteres in obſidionibus, docet Suidas, et confirmat hiſtoria. qua de re plura alibi.

Εἰς δὲ τὰς ὀροφίνας οἰκίας καὶ πυρφόρα τοξεύματα.) Etſi Graecis ὄροφος aut ὀροφὴ omnis domus tectum appellatur; ὀροφίνην tamen οἰκίαν hic, de quauis domo, quae tectum habeat, interpretari, ſtultum ſit et ridiculum: quum res ipſa demonſtret, *κυρίως*, hoc eſt, primaeua ſignificatione eſſe eam accipiendam. ὄροφος proprie calami, ſiue arundinis paruae genus eſt, apud vetuſtiſſimos in tegendis domibus vſurpatum, quod et nomen ſignificat: eſt enim ab ἐρέφειν. Poeta Iliad. ω. - - ἀτὰρ καθύπερθεν ἔρεψαν Λαχνήεντ' ὄροφον λειμωνόθεν ἀμήσαντες. Interpretes poetae eo loco obſeruant, quod ad tecta orophus adhibitus fuerit, id factum eſſe propter lanuginis ſupernaſcentis denſitatem. Sic illi: ὄροφος καλαμίσκου εἶδος ὑδροχαροῦς, ἐπιτηδείου εἰς ὀροφήν· ὃς ἐν λειμῶνι ἐπανθεὶς δασεῖαν ἐπανθοῦσαν ἔχει λάχνην, ὅτε καὶ ἐστὶν ἀγαθὸς ἐρέφειν. ἀπ' αὐτοῦ δὲ διὰ τὴν παλαιοτάτην χρῆσιν, καὶ ἁπλῶς αἱ τῶν οἰκιῶν στέγαι πᾶσαι ὄροφοι λέγονται. Eſt igitur ὀροφίνη οἰκία, domus tecta arundinibus, vel fronde, vel ſcandulis, aut ſimili materia, quae facile ignem concipit.

Χρὴ τοὺς ἐν τῇ πόλει κρυφαίως ὑπορύσσειν κατὰ τὰς προσαγωγὰς τοῦ μηχανήματος.) Vegetius libro IV. cap. XX. *Cum Rhodiorum ciuitas oppugnaretur ab hoſtibus, et turris ambulatoria murorum altitudinem ac turrium omnium ſuperaret, mechanici ingenio inuentum eſt tale remedium. Per noctem ſub fundamento muri cuniculum fodit, et illum locum, ad quem die poſtero turris fuerat promouenda, nullo hoſtium ſentiente, egeſta terra cauauit intrinſecus: et cum rotis ſuis moles fuiſſet impulſa, atque ad locum, qui ſubtus cauatus fuerat, peruenisſet, tanto ponderi ſolo cedente ſubſedit: nec iungi muris, aut moueri vlterius potuit.* Falſo putat Vegetius, tum primum a mechanico Rhodiorum fuiſſe dolum inuentum, cuius praeceptum hoc loco Aeneas, multo vetuſtior, tradit.

Προκαλύπτειν δὲ ἅμα τούτοις καὶ γυμνὰ παραπετάσματα ἢ ἱστία, ἐρύματα τῶν εἰσαφιεμένων βελῶν.) Solent, qui ſtant aduerſus hoſtem in muro, oppanſis ciliciis, ſagis, velis, co-

 riis,

riis, et id genus aliis rebus, ſaluti ſuae conſulere: de eo genere defenſionis non loquitur hic Aeneas, ſed de alio aliquantum diuerſo. Vult enim ſagis aut velis deſuper contegi illa loca, ad quae tela hoſtium poſſunt peruenire. duplex expanſorum hoc pacto velorum vtilitas notatur: nam et tela inhibebuntur, ne per illa loca ingredientibus noceant: et ipſorum telorum facilis collectio praeſtabitur, cunctis ſuper velo aut ſago conſiſtentibus. Idem et in nauibus olim factitatum, quando hoſtis imminebat infeſtus. Cornelius Siſena hiſtoriarum lib. IV. *Puppeis aceto madefactis centonibus integuntur: quos ſupra, perpetuae claſſi ſuſpenſa cilicia obtenduntur.*

Πρὸς μὲν τὸ διόρυγμα πῦρ ποιεῖν πολύ.) Obſerua ignem loco munitionis hoſti obiiciendum praecipi: quod ſaepe factitatum ex variis occaſionibus, teſtis eſt hiſtoria. ignis excitati ab obſeſſis, vt hic docemur, exemplum egregium apud Guilielmum Britonem in obſidione caſtri Guaillardi per Philippum Auguſtum libro VII. Philippidos.

Poſtquam municipum nimius fragor impulit aures,
Illuc ſe vertunt; congeſtis vndique lignis,
Ignem ſupponunt, vt ſic aut ardeat intus,
Aut via non pateat, qua prodeat hoſtis ad illos.

Ad morandum vero hoſtem alias inſecuturum, ſaepiſſime accenſum ignem legimus. Vide Caeſarem Gallici belli libro VIII. de Bellouacis Romanos fugientibus; Frontinum libro I. capite V. vbi non vnum exemplum.

Τάφρον ἔνδοθεν ὀρύσσειν, ἵνα μὴ εἰσέλθωσι.) Si murus fuerit, vel perforatus, vel deiectus, neque poterit hoſtis ab aditu ſubmoueri, ſupereſt vna ſpes in nouis munitionibus interius ducendis, quae in hodierna militia vocantur, *des retranchemens;* Liuius ſaepe hoc, *murum interiorem ducere:* cuius rei et inter belli praecepta monemur, et crebris in hiſtoria exemplis. antiquiſſimum eſt apud Thucydidem, a Plataeenſibus editum; qui mature extruunt interiorem, ac proinde anguſtiorem murum, μηνοειδῆ, hoc eſt lunari forma: quae fere eiusmodi munitionum eſt figura, ſicut pluribus alibi dicemus.

Ad cap. 34. 35. 36. Igniariae rationes, obſeſſis cognitu vtiles et neceſſariae, tribus hisce capitibus explicantur: quorum primo defenſores docentur, ignibus hoſtes vexare: altero

altero cauere, ne ſibi ignibus noceatur, atque adeo excitatum in ſuum damnum ignem exſtinguere. tertio, de artificioſo quodam igne agitur.

Χρὴ δὲ ταῖς προσενεχθείσαις χελώναις ἐπιχεῖν πίσσαν καὶ ϛυππεῖον καὶ θεῖον ἐπιβάλλειν.) Iulius Africanus cap. XLVI. Aeneae verba leuiter immutata pro ſuis deſcribens, vocem ϛυππεῖον non habet. In teſtudines machinasque alias propius muros admotas, ignes et res ignitae, aut vehementer calefactae coniici ſolitae, duplici fine, ſiue vt machinas incenderent, ſiue vt machinarum impulſoribus, vel fodientibus muros ſub ipſis, nocerent. non ſolum igitur titiones ac faces iaciebant, ſed etiam aquam aut picem feruentem, oleum item feruens et arenam calefactam. nam haec et machinis erant infeſta, et ex illis, niſi probe forent contextae, in capita ſubtus facientium opus guttatim defluebant, dirisque illos cruciatibus afficiebant. Apollodorus. Τούτοις τῶν χελωνῶν ξύλοις ἀποκρεμάσθωσαν δέῤῥεις τρίχινοι, καὶ σανίδες προσηλώσθωσαν, ἵνα μήτε ἄμμος θερμὴ, μήτε πίσσα, μήτε ἔλαιον ἐπιχεόμενον ἐπιϛάζῃ τοῖς ἐργαζομένοις. arena autem candefacta, quam vim habeat, et quam horribile ſit tormentum, ex Olai Magni hiſtoria diſci poteſt, libro IX. capite XXIV. et XXX. multum enim hodieque gentes Gotthicae in defenſionibus vrbium aduerſus obſidentes, eo telo vtuntur. Quae hic praecipiuntur ab Aenea, pix, ſtuppa, ſulphur, et ligna tenuia, vt ſarmentorum et virgultorum faſces, vſitatiſſimae τῶν πυροβόλων materiae, iam inde ab antiquiſſimis temporibus fuere. lege Thucydidem in Plataearum obſidione. Porro picem, oleum ceteraque alia liquida et χυτὰ, vt arenam, e lebete vel olla anſas praelongas habente, aut ſartagine interdum, fundebant. Herodianus libro VIII. vocat κοῖλα σκεύη λαβὰς ἐπιμήκεις ἔχοντα. veteres Graeci eiusmodi vaſa proprie ἀϛιόχους nominarunt; cuius rei vnicum teſtem habemus Heſychium. ἀϛίοχος, ait, ἄγγος περιφερὲς, εἰς ὃ ἐγχέοντες πίσσαν καὶ θεῖον καὶ ϛυππεῖον ἠφίεσαν. quamquam et alia in eosdem vſus parata ita vocarunt, vt ligna ſulphurata vel picata. nam addit. ἔϛι δὲ καὶ γένος λίνου καὶ ξύλου ξηροῦ καὶ πεπισσωμένου. Apollodorus parari iubet χίδακας εὐκεάτους, nec non ligna τεθειωμένα καὶ πεπισσωμένα. Obſeruo etiam, ad liquida iniicienda, quae Philo appellat ὑγρὰ τεθερμασμένα, praelongis interdum vſos fiſtulis, quas idem nominat, ἐνετῆρας. id nomen e libris

Graecorum medicorum ſatis notum eſt. Vetus ſcriptor apud Suidam narrat, in praetoria naue Rhodiorum fuiſſe κημὸν πυροφόρον: id quoque vas ſimile fuit aſtiochis Heſychii. in ſexto Polyaeni Athenocles obſeſſus plumbum liquatum ἐν χαλκείοις προωθῶν effundit e muris. Latini, vt Ammianus, in hunc vſum adhibent qualos, corbes et ſitellas e ferro; alii amphoras; vt Cn. Scipio, qui bello nauali, amphoras pice et taeda plenas, in hoſtium claſſem iaculatus eſt, vt narrat Frontinus libro IV.

Παρεσκευάσθω ξύλα, οἷον ὑπερμεγέθη δὲ πολλῷ μείζω.) Lego et ſuppleo οἷον τόξα· ὑπερμεγέθη δὲ καὶ πολλῷ μείζω. Rationem conficiendi malleolos, aut falaricas hic nos docet Aeneas. Latini malleolos dixerunt compoſitionem certam rerum aptarum ignem concipere; nam vt Cicero etiam docet pro Milone et alibi, ad incendia malleoli comparabantur. Fiebant variis modis: aliquando ſine alia arte ſtuppas, ſpartumue, aut ſimilem materiam in liquefactam picem ſulphurue intingebant, et colligatum faſcem iaciebant. Nonius: *Malleoli ſunt manipuli ſpartei, pice contecti, qui incenſi, aut in muros aut in teſtudines iaciuntur.* Plane ex hac deſcriptione malleolum recte vocaueris illam ἐσχεδιασμένην σύνθεσιν, cuius modo auctor noſter meminit: conſtabat enim e pice, ſtuppa, ſulphure et virgultis in vnum faſcem colligatis. Sed alii fuere malleoli, ad quorum confectionem plus adhibebatur artis. concinnabantur enim ad inſtar ſagittae, vt ait Vegetius. Ammianus ita deſcribit in digreſſione de machinis poliorceticis, libro XXIII. *Malleoli teli genus; figurantur hac ſpecie. Sagitta eſt cannea inter ſpiculum et arundinem multifido ferro coagmentata, quae in muliebris coli formam, quo nentur lintea ſtamina, concauatur, ventre ſubtiliter et plurifariam patens; atque in aluco ipſo ignem cum aliquo ſuſcipit alimento. et ſic emiſſa lentius arcu inualido, (iactu enim rapidiore extinguitur) ſi haeſerit vſquam, tenaciter cremat: aquisque conſperſa acriores excitat aeſtus incendiorum; nec remedio vllo quam ſuperiacto puluere conſopitur.* Aeneae deſcriptio breuior et obſcurior, quam tamen de hoc genere malleolorum non incommode acceperis. Sed et ad falaricam auctoris verba poſſunt trahi; non illam quidem poſterius inuentam, quae balliſta mittebatur, ſed quae manu, inſtar iaculi. nam Aeneas ad hoc telum ligna vult parari ὑπερμεγέθη, hoc eſt longiſſima, cuiusmo-

iusmodi eſt haſtile falaricae in deſcriptione Liuiana et Vegetii: ideo cum fulmine comparat Aeneas. Virgilius de Turno:

Sed magnum ſtridens contorta falarica venit,
Fulminis acta modo.

Καὶ εἰς μὲν τὰ ἄκρα τȣ̃ ξύλȣ καὶ ἄνω καὶ κάτω χωρὶς πυρὸς σκευασίας ἰσχυράς.) Deeſt verbum ἐπίθες, aut aliud. τὸ χωρὶς refero ad antecedentia verba. intellige autem materias ad incendium collocatas non in extremis quidem teli, ſed ad extremitates hinc inde, vacuo ſpatio in medio relicto ad prehenſionem teli et coniectionem. Quoniam vero diſerte ſubiicit Aeneas, hoc telum πυροβόλον eam habuiſſe figuram, quae ab antiquis fulmini tribuebatur: videntur vtrinque illius extrema cuſpidibus triſulcis fuiſſe praefixa. nam κεραυνοὶ ab vtraque parte erant τριγλώχινες, vt ſciunt, qui animi ſaltem cauſſa veteres nummos, et alia antiquitatis monumenta inſpexerunt. ea ſpicula valebant πρὸς τὸ ἐμπαγῆναι, ſicut ait noſter, ſemel enim adactum firmiter haerebat: quod in falarica Liuius, in malleolo Marcellinus obſeruant.

Ἔπειτ' ἂν τινες ὦσι τῆς πόλεως ξύλινοι μόσυνες, ἢ τȣ̃ τείχεος.) Poteſt abeſſe dictio ξύλινοι. nam vt apud Latinos falas qui dicit, turres intelligit ligneas; ſic qui μόσυνας apud Graecos. ex libris geographorum et poetarum, qui iter Argonautarum deſcripſerunt, ſatis compertum eſt, vnde Moſynoeci accolae Ponti ſic fuerint dicti. Dionyſius Halicarnaſſeus libro primo de hoc populo: οἰκȣ̃σι ἐπὶ ξυλίνοις, ὥσπερ ἂν πύργοις, ὑψηλοῖς σαυρώμασι, μόσυνας αὐτὰ καλȣ̃ντες. Nicetas in Alexio Comneno, libro I. πολλοὶ τῆς πατρίδος ἄγχιστα πηξάμενοι μόσυνας, ȣ̔́τω δοκȣ̃ν τῷ Πέρσῃ, προσέμειναν.

Ἐὰν δὲ ἐμπρησθῶσι πύλαι.) Lege Vegetium, libro IV. cap. V. Sequentia Aeneae verba ita ſcribi oportuit: προσφέρεσθαι δεῖ ξύλα, καὶ ἐμβ. neque aliter deſcribit Africanus, cuius caput XLVII. mera eſt huius Aeniani deſcriptio.

Ἐὰν δέ τινες πολέμιοι - - - ται ἐμπιμπράμεναι ἰσχυραὶ σκευασίαι πρὸς τὸ πῦρ, σβεννύειν χρὴ αὐτὸ ὧδε.) Aeneae mentem exprimere conati ſumus: verba praeſtare non poſſumus. Iulius Africanus capite XXXIX. ſententiam, non verba ipſa deſcripſit. Ait enim: ἐὰν ἡμῶν οἱ πολέμιοι πυρὶ κατασκευαστῷ τεῖχος, ἢ τι ἕτερον ἐμπρήσωσι, πῶς σκεδάσαι δυνάμεθα;

μεθα; σκεδάσομεν αὐτὸ συντόμως καταχέοντες ὄξος, desumi ista ex Aenea probant sequentia apud Africanum. Aceti vim praecipuam esse ad restinguendum incendium, et pueri sciunt.

Μᾶλλον δὲ τὸ προαλείφειν· τύτυ γὰρ πῦρ ὐχ ἅπτεται.) Non solum ipsum per se acetum ignem restinguit, sed ettiam aceto illita, aut in eo macerata, ignem respuunt. iccirco Vitruuius et Hero mechanicus coria, quibus machinae circa teguntur, paleis iubent farciri, in aceto maceratis. Sisenna apud Nonium: *Puppes aceto madefactis centonibus integuntur.* Non praetermittendus Philonis mechanici locus: ἵνα μὴ ἐμπίπρηται μήτε τὰ μηχανήματα, μήτε αἱ ἐπιβάθραι, μήτε αἱ χελῶναι, ταῖς σιδηραῖς καὶ χαλκαῖς χρηςέον ἐςὶ, καὶ ταῖς μολιβδαῖς κεραμίσι· καὶ τῷ φύκει διερῷ εἰς δίκτυα ἐμβαλόντα, καὶ τοῖς σπόγγοις νοτεροῖς, καὶ τοῖς κωδίοις ὄξει βρέξαντα, ἢ ὕδατι, ἢ ἰξῷ· ἢ τῷ αἵματι τέφραν μίξαντα ἀλείφειν τὰ ξύλα. *ne machinae crementur, neque epibathrae, neque testudines, tegulis* (*squamas* alii dicunt) *vtendum est ferreis, aereis, plumbeis. aut humente alga, vbi eam in retia conieceris: vel spongiis madentibus: potes et velleribus, postquam illa aceto madefeceris, aut aqua, aut visco: vel sanguine ligna inungito, cui cinis fuerit permixtus.* meminit algae aduersus incendium Vitruuius in simili sermone. Hero vero plane vt Philo, retia iubet repleri vel musco humido, vel algae specie, quam thalassoprason dicunt. Ceterum Aeneae verba pene ad verbum videtur descripsisse et Polyaenus libro VI. in Athenocle: ἄριςον κώλυμα πυρὸς ἐπαλειφόμενον ὄξος. ἥκιςα γὰρ τύτυ πῦρ ἅπτεται. vbi etiam habes de spongia, quod modo referebamus e Philone: κώλυμα πυρὸς σπόγγος, ὕδατος πλήρης, προσαρτώμενος. Addit Polyaenus, fuisse, qui machinas ab ignis periculo seruarent χῦν καὶ πηλὸν τετριχωμένον προσάγοντες: intelligit argillam cum capillo subactam, quae olim solita ad eam crassitudinem machinis induci, vt ignis omnino non posset eis nocere. auctor Vitruuius libro X. cap. XXI. e Graecorum libris. Apollodorus non vno loco terram pinguem hoc nomine commendat, et quidem mixtis capillis. qua de re ita scribit: ταύταις πάσαις ταῖς χελώναις, πυκνοὶ ἐμπησσέσθωσαν ἧλοι πλατυκέφαλοι, οἳ γῆν καθέξυσι λιπαρὰν μεμαλαγμένην, μὴ ἔλαττον δακτύλων δ' τὸ πάχος, ἐπικεχρισμένην τοῖς πλαγίοις τῆς χελώνης· τρίχες αὐτῇ μιγήσονται· ἵνα τηρήσωσιν αὐτὴν ἀῤῥαγάδωτον.

Τὰς

Τὰς δὲ καταϛβεννύντας ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων ἔχειν περὶ τὸ πρόσωπον ἔρυμα.) Africanus: τὰς δὲ σβεννύντας ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων δεῖ περὶ τὸ πρόσωπον ἔχειν ἔνρυμά τι, ἵνα ἧσσον ὀχλῶνται. ita in meo codice locus describitur. melius ἔρυμα.

Αὐτὸ δὲ πῦρ σκευάζειν ἰσχυρὸν, ὧδε, ὅπερ ἐ πάντῃ κατασβέννυται.) Non satis liquet, quo spectent hoc breui capite comprehensa; vtrumne auctor, materias igni concipiendo aptas simpliciter recensere propositum habeat; an rationem docere voluerit, aut saltem indicare, conficiendum ex illis genus aliquod ignis artificiosi. nam illa verba πῦρ σκευάζειν, quis neget doctrinam πυρὸς σκευαςῦ spondere? ita Graeci vocant, quem pyrotechnae nostri vocant ignem artificiosum. quidam *ignem Graecum.* Cedrenus in Leone iconomacho, de miseris quibusdam monachis loquens; οἵ καὶ προσπελάσαντες τῷ Βυζαντίῳ ἡττῶνται, ἐμπρησθέντων αὐτῶν ἐντὸς νηῶν τῷ σκευαςῷ πυρί. intelligit autem Cedrenus, ignem artificiosum paullo ante a Callinico architecto excogitatum, qui illud inuentum ex Heliopoli Aegypti ad Constantinum Pogonatum attulerat. auctor Zonaras et Cedrenus ipse, qui *marinum ignem* vocat, quia in mari durabat. Sic ille: τότε Καλλίνικος ἀρχιτέκτων ἀπὸ Ἡλιεπόλεως τῆς Αἰγύπτυ προσφυγὼν τοῖς Ῥωμαίοις, πῦρ θαλάσσιον κατασκευάσας, τὰ τῶν Ἀῤῥάβων σκάφη κατέπρησεν ἐν Κυζίκῳ, σύμψυχα καταποντίσας αὐτά. αὐτὸς ἦν ἐςὶν ὁ τὸ θαλάσσιον πῦρ ἐφευρών. Historia miscella libro XIX. ita haec expressit: *Tunc Callinicus architectus ab Heliopoli Syriae ad Romanos profugus venit, qui marino igne confecto, Arabum vasa exussit, et vna cum animalibus incendit.* alii vocant πῦρ ἔντεχνον, vel ἐντέχνως κατασκευασθέν. plures dicunt πῦρ ὑγρὸν *ignem humidum*, quod inter humida, et humores ipsos viuat. vt Zonaras in Pogonato, Nicetas in Isaaco Angelo libro primo. horum ignium apud veteres Graecos vel Latinos nullam mentionem inuenio, sed olei, quod incendiarium vocatum fuisse, ait Vegetius libro IV. capite VIII. meminit et capitibus XVIII. et XLIV. simile fuit etiam oleum e maltha, quo defendisse moenia sua Cyzicenos, oppugnante Lucullo, testis Plinius libro II. capite CIV. Iulius Africanus operis sui Tactici caput XLV. inscripsit, αὐτόματον πῦρ ἅψαι. eo docet rationem pharmaci conficiendi, quo si arma hostium aut aliud quid inunxeris, atque id postea radiis solis obieceris, incendio sponte excitato omnia sint conflagratura.

Ad

Ad cap. 36. Docet quo pacto obſeſſi reſiſtere hoſti debeant, qui ſcalas muris aut cum maxime admouet, aut iam admouit. Recte Aeneas machinis ſcalas adiungit, quae reuera expeditae quaedam ſunt machinae, itaque Graeci Tactici et mechanici de his quoque accurate ſcripſerunt. Qui rationes capiendarum vrbium explicabant, genera ſcalarum, fabricam earum, vſum et pericula expoſuerunt: noſter nihil horum, ſed id ſolum quod ratio inſtituti operis poſtulabat; quomodo aduerſus ſcalis vtentes pugnandum eſſet. meminit tamen Aeneas obiter cap. XXXVIII. ſcalarum militarium e funibus nexarum, quas Latini quidam hiſtorici *ſcalas lineas* vocant. de his multa Hero. ſed nemo hoc argumentum vberius tractauit, quam Apollodorus, ex quo pauca viſum huc transferre. *Τῶν προειρημένων μηχανημάτων εὐχερέστεραί εἰσιν αἱ κλίμακες, καὶ εὐπόριστοι, καὶ εὐεργεῖς, καὶ εὔχρηστοι, καὶ εὐδιόρθωτοι, ἐπικίνδυνοι δὲ εἰσὶ μᾶλλον, καὶ ὅλαι ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τῶν τειχοφυλάκων. ἄλωσιν γὰρ οὐ μόνον αὐτῶν εὐχερῆ, ἀλλὰ καὶ τῶν χρωμένων αὐταῖς ἔχουσι. προσιθέμεναι γὰρ τοῖς τείχεσιν, ἢ ἀνασπῶνται, ἢ ἐξωθοῦνται, ἢ κατάγνυνται, ἢ τὸ ἔσχατον, οὐκ ἐῶνται προσίθεσθαι. οἵ τε ἐπιβαίνοντες αὐταῖς ἀπ᾽ ἀρχῆς μέχρι πέρατος κινδυνεύουσιν, ὑποκείμενοι τῷ βλήματι. προκόψαντες δὲ ὅλως, ἢ τὸ πλεῖστον μέρος αὐτῆς, ἵνα ὑψηλὸν ἔχουσι τὸ πτῶμα, ἐξωθοῦνται καὶ συμπίπτουσι σὺν αὐτῇ· ἢ ἐπιβάλλεται αὐτοῖς βάρη ἐγγὺς οὖσι τῶν τειχῶν· καὶ κατακρημνίζονται. οὔτε μὴν βοήθεια πρόχειρος, ἀεὶ οὖσι ταπεινωτέροις τῶν πολεμίων. καὶ τῶν μὲν ἐν τῷ ὕψει ἑδραίως ἑστώτων· τῶν δὲ ταπεινῶν ἐπ᾽ ἴχνους κανόνος, τοῦ βαθμοῦ τῆς κλίμακος. πρὸς τούτοις περισπῶνται, διὰ τὸ ἐπιλαμβάνεσθαι τὰς ἐκ τῶν χειρῶν βοηθείας.* *Expoſitis ante machinis faciliores ſunt ſcalae; faciles paratu, perfacilis fabricae: magni res vſus, et quae inceptum facile perficiat: verum eaedem periculo magis, quam ceterae machinae ſunt expoſitae; totaeque adeo in poteſtate ſunt eorum, qui muros propugnant. neque enim ipſae dumtaxat, ſed etiam, qui ipſis vtuntur, facile poſſunt in hoſtium poteſtatem venire, quippe dum muris admouentur, aut ſurſum ab obſeſſis attrahuntur, aut repelluntur, aut franguntur, aut denique admoueri non ſinuntur. iam qui per illas conſcendunt, a principio ad finem vsque periclitantur, telis hoſtium expoſiti. nam vbi ad ſummas ſcalas peruenerunt, aut maiorem earum partem ſunt emenſi, vnde caſus eorum eſt altior, detruduntur et cum ipſis ſcalis corruunt: aut poſtquam muris iam ſunt proximi, pondera*

dera ipsis iniiciuntur, quae eos dent deorsum praecipites. Defendere autem sese, ascendentibus non adeo facile est: quum semper humiliores ipsi sint suis hostibus. praeterea defensores quidem, in sublimi firmam stationem habent: horum vero, qui inferiores sunt, vestigia super exili radio insistunt, scalarum nempe gradu. adde, quod a defensione auocantur: quo minus enim manibus suis sibi auxilio esse possint impediuntur.

Τότε ἀπῶσαι τὸν ἄνδρα, ἢ τὴν κλίμακα ξύλῳ δικρῷ.) Furcas intelligit, quas ad id ipsum fieri solitas et Liuius testatur. passim in historiis exempla.

Ἐὰν δὲ ἄρτι ἄνῃ - - - ἡ κλίμαξ.) *Si scalae iam firmiter muris sint aptatae.* hoc velle Aeneam sequentia fidem faciunt. scripsit igitur vel hoc, vel simili modo. ἐὰν δὲ ἀρτίως ἑδρασθῇ, (vel προσεθῇ) ἡ κλί.

Ἐὰν δὲ ταῦτα μὲν δοκῇ εἶναι.) Omnino vox vna deest. Lego ἐὰν δὲ ταῦτα μὲν ἀδύνατα δοκῇ εἶναι: vel δυσχερῆ.

Πεποιῆσθαι χρὴ οἷον θύραν ἐκ σανίδων.) Compagem plurium afferum inuicem cohaerentium, nominat θύραν, ob formae similitudinem. docet igitur hac appellatione, fuisse illius tabulati figuram longiorem, quam latiorem: ita enim fores fiunt et fenestrae. Sic accipiendum apud Liuium scribentem ex Polybio in obsidione Ambraciae; hosti cuniculos cauanti, modo cilicia praetenta, modo fores raptim esse obiectas. nam fores istae, sunt θύραι, quales hic describuntur, id est, plurium tabularum compages. Sic Diodorus Siculus libro XVIII. θύρας κατακεκεντρωμένας appellat, id est, *fores aculeatas*, quas Plutarchus et alii σανίδας κεντρωτάς. Valerius Maximus libro III. *tabulas plumbatas habentes clauorum cacumina.* quia erant illae tabulae longiores, quam latiores. meminit harum tabularum etiam Philo, et vocat simpliciter θύρας. Eadem quoque fecit caussa, cur θυρεὸς Graecis dicatur, quod Romani scutum vocabant. erat enim vere oblongum, non autem rotundum, vt ἀσπὶς et clypeus.

Ὑποπροτιθέναι τῇ κλίμακι τῇ προσφερομένῃ - - -) Ad sententiam perficiendam, necessario repetenda sunt illa, τὴν θύραν, quae tamen verba, facile ex praecedentibus quum suppleantur, aut nihil, aut aliud deest.

Ad cap. 38. Cuniculorum faciendorum industria, oppugnantibus et repugnantibus ex aequo vtilis. quemadmodum enim, qui obsident, cuniculos cauant, vt subter muros in vrbem pateat aditus: sic saepe obsessi aut aggerem cuniculis

culis leguntur ſubtraxiſſe, aut machinis aduerſariorum aliquo modo nocuiſſe. Fit etiam interdum, vt intra cuniculos vtrimque certetur. quo genere pugnae inſigne olim fuit Ambraciae obſidium, Polybio deſcriptum, vt in fragmentis oſtenſum eſt, et Liuio peraccurate. Polyaeno quoque libro VI. Aeneas vero hoc capite, inſtituto ſeruiens ſuo, quae de cuniculis diſſerit, ad obſeſſorum vtilitatem ac ſalutem refert. quaedam tamen etiam in commune conſulit. Deſcripſit iſta pene ad verbum Africanus capite LV.

Ἐὰν δοκῇ ὑπορύτσεσθαι - - ὡς βαθυτατην ἐντὸς χρὴ τάφρον ὀρύσσεσθαι.) Videtur deeſſe *τὰ τείχη*, aut ſimile quid aliud. Idem praeceptum apud Philonem, clarius expreſſum. nam ait, ſi hoſtis cuniculos agere in vrbem fuerit aggreſſus, in eo ſpatio, quod eſt inter muros et loricam exteriorem, foſſam tantae altitudinis eſſe ducendam, quanta eſt pars murorum, quae terra tegitur: *πρὸς τὰς μεταλλεύσεις ὀρυκτέον ἐστὶν ἀνὰ μέσον τοῦ τείχους καὶ τοῦ προτειχίσματος ἱκανὴν τάφρον, ἡλίκον ἐστὶ τὸ βάθος τῶν θεμελίων, τὸ κατὰ γῆς. ἵνα φανεροὶ γινόμενοι οἱ ὑπορύττοντες ῥᾳδίως διαφθαρῶσι, καὶ μηκέτι τῷ τείχει πλησιάζωσι.*

Καὶ οἱ ὑπορύσσοντες ἀρθῶσι.) Legi cum vertebam, *ὀφθῶσι.* nam *ἀρθῶσι tollantur*, qui recte exponam, non video. mox ſcribe, *τειχίσαι λίθοις*, non *λίθους*.

Ἐὰν δὲ τὰ ὑπορύγματα τῆς τάφρου προσπέσῃ.) Scribendum, *τῇ τάφρῳ πρ. ſi cuniculus obſidentium inciderit in foſſam ab oppidanis cauatam.* ita deſcribit etiam Africanus. huc pertinent Philonis haec: *Δεῖ ταῖς ὑπορύξεσι τῶν τειχῶν λάθρα χρᾶσθαι, καθάπερ καὶ νῦν χρῶνται μεταλλεύοντες. ἐὰν δὲ ἀντιμεταλλευόντων τῶν ἔνδοθεν συντρηθῇ, ἢ εἰς λεπτὸν συνέλθῃ τὸ ὄρυγμα, χρηστέον ἐστὶ τοῖς βουπόροις κέντροις, καὶ ταῖς ζιβύναις, καὶ τοῖς τρισπιθάμοις καταπέλταις, καὶ τοῖς διμναίοις πετροβόλοις, καὶ καπνιστέον τοὺς ἐν τοῖς μετάλλοις ὄντας. κοινὰ δέ ἐστιν ἀμφοτέρων ταῦτα, καὶ τῶν πολιορκουμένων καὶ τῶν πολιορκούντων. Quoties ſubter muros cuniculi cauantur, occulte id faciendum, vti ſane cunicularios hodie facere videas. quod ſi oppidanis contrarium cuniculum ducentibus, foramen extiterit, aut ad interuallum tenue cauatio fuerit perducta; aculeis vtendum, quales bubulci geſtant, et ſibynis, nec non catapultis trium ſpithamarum, et balliſtis petrariis, quae onera duum pondo iaculentur: fumo item vexare eos oportet, qui ſunt intra cuniculos. atque haec monita, cum ad obſeſſos, tum ad obſidentes, ex aequo pertinent.* Sed haec praxis melius docue-

docuerit, quàm habes apud hiſtoricos ſaepe deſcriptam: in illa praeſertim, cuius iam memini, Ambraciae obſidione, hac maxime re memorabili, apud Liuium fuſe expoſita lib. XXXVIII. inde pete.

Ἤδη δέ τινες καὶ σφῆκας καὶ μελίσσας εἰς τὸ διόρυγμα ἀφέντες ἐλυμήναντο τοὺς ἐν τῷ ὀρύγματι ὄντας.) O ſollertiam hominum prorſus admirandam in ſua ſalute, aliena pernitie procuranda! parum erat, quod equos, aſinos, canes, feles, tauros, ſues, camelos, elephantos, ipſos denique leones, ſibi militare ſaepe compulerunt; niſi ipſas etiam apiculas condocefacerent in hoſtes pro ſe pugnare. Hoc vero mortales non raro factitaſſe, et vetus hiſtoria teſtis, et recens. de vetere ſcimus iam, id affirmante hoc loco Aenea. quare etiam Iulius Africanus poſtquam docuit, cunicularios fumo eſſe opprimendos; alterum hoc, velut ἐγκύκλιον in eosdem telum affert in medium. λυμανεῖ δὲ, inquit, τοὺς ὀρύσσοντας, σφῆκας καὶ μελίσσας ἀφεὶς εἰς τὸ διόρυγμα. *cunicularios vehementer vexaueris, ſi veſpas et apes in cuniculum immiſeris.* de recentis vero hiſtoriae ſcriptoribus, non vnum, ſed plures poſſumus laudare, qui vrbes obſeſſas apum praeſidio defenſas memoriae prodiderint. Sed legant ſtudioſi, quae ſuper ea re erudite obſeruata ſunt a praeſtantiſſimo viro, Philippo Camerario, Ioachimi τοῦ πάνυ filio.

Ἀμάσιν Βαρκαίους πολιορκοῦντα.) Multi huius hiſtoriae meminerunt: ſed ante omnes Herodotus, vnde et noſter habet. locus eſt in Melpomene.

Ἀσπίδος χάλκωμα ἐπιφέρων - - τοῦ τείχους ἐπάνω προσίσχειν πρὸς τάδε.) Nihil videtur deſiderari, ſed προσίσχεν legendum, non προσίσχειν. clarius pater hiſtoriae: τὰ ὀρύγματα ἀνὴρ χαλκεὺς ἀνεῦρε ἐπιχάλκῳ ἀσπίδι, ὧδε ἐπιφραθείς. περιφέρων αὐτὴν ἐντὸς τοῦ τείχεος, προσίσχε πρὸς τὸ δάπεδον τῆς πόλεος.

Ὅθεν καὶ νῦν χρῶνται αὐτῷ ἐν τῇ νυκτὶ γνωρίζοντες ᾗ ὑπορύσσεται.) Χρῶνται, non referendum ad Barcaeos, ſed ad communem hominum vſum. manſit enim inter Graecos conſuetudo explorandi cuniculos, admoto ad locum ſuſpectum aeramento. de Ambraciotis hoc ipſum narrat Polyaenus in ſexto. Anonymus ſcriptor, quem multa ex Polybio deſcripſiſſe in fragmentis monebamus, ita ſcribit: ἐπειδὴ βάθος ἔσχεν ἱκανὸν ἡ τάφρος, ἑξῆς ἔθηκαν παρὰ τὸν ἕνα τοῖχον τῆς τάφρου ἐγγὺς τῷ τείχει χαλκώματα συνεχῆ, λεπτότατα ταῖς κατασκευαῖς, οἷον λεκάνας, καὶ ἕτερα ὅμοια τούτοις, καὶ παρὰ ταῦτα διὰ τῆς τάφρου παριόντες ἠκροῶντο τοῦ ψόφου τῶν ὀρυττόντων ἔσωθεν. ἔπειτα

τα ἐσημειώσαντο τὸν τόπον, καθ' ὃν ἐδήλε τινὰ τῶν χαλκωμάτων διὰ τῆς συμπαθείας. ἀντήχεν γὰρ πρὸς τὸν ἐκτὸς ψόφον.

Χρὴ δύο ἁμαξῶν τὲς ῥυμὲς εἰς τὸ αὐτὸ δῆσαι.) Plauſtrorum compages, hic deſcripta, vineae militaris, aut teſtudinis ὀρυκτίδος vſum praeſtat: ſed leniore opera eſt parabilis. Alius fuit plauſtrorum vſus in muniendo: qua de re multa nos in commentariis Polybianis.

Ad cap. 38. Monita proponuntur propugnatoribus tunc maxime obſeruanda, quando res cum hoſte geritur, per murorum ruinam irrumpere conante.

Χρὴ διατετάχθαι τὲς ἐν τῇ πόλει μαχομένες τρία μέρη.) Pro εἰς τρία μέρη. ſic cap. XXIII. τρία μέρη αὐτὲς γενομένες δεῖ ἐνεδρεῦσαι. haec tributio copiarum in tres partes, in pleriſque bellicis facinoribus, maxime autem in obſidione toleranda, hodieque eſt vſitatiſſima. Eſt vero diuerſa haec partitio ab illa, de qua I. cap. illa ex omnibus fiebat, qua ciuibus, qua peregrinis militibus: haec ex ſolis militibus: illa ad vniuerſum obſidionis tempus pertinuit; haec ad diem pugnae et adſultus.

Τὸ γὰρ ἐπιὸν μᾶλλον οἱ πολέμιοι φοβῦνται τῦ ὑπάρχοντος καὶ παρόντος ἤδη.) Ne hoc quidem vulgaris prudentiae eſt praeceptum. Vult Aeneas praeſto eſſe duci ſelectorum militum manum, vt, quamcunque in partem hoſtis ingruerit, ſubſidium recens eo poſſit ſubmittere. iſti ſunt, quos ἐφέδρες Graeci vocant. de quorum neceſſitate et ſumma vtilitate multa diſſeruimus in lucubrationibus Polybianis. Aeneas veram cauſſam paucis hic aperit, cur ſaepe manus parua ἐφεδρευόντων ſubſidio veniens, ſit quam efficaciſſima. ea autem eſt, quoniam vt Vegetius ſcribit, *ſubita conterrent hoſtes, vſitata vileſcunt.* aperte autem Aeneas Thucydidem imitatur; apud quem Braſidas ſubſidium diſponens, poſt pugnam inchoatam ſuperuenturum, ait: ἐλπὶς γὰρ μάλιςα αὐτὲς ὕτω φοβηθῆναι· τὸ γὰρ ἐπιὸν ὕςερον, δεινότερον τοῖς πολεμίοις τῦ παρόντος καὶ μαχομένε.

Ἐν οἷς δὲ καιροῖς ἕκαςα τέτων δεῖ παρεῖναι, ἐν τοῖς Ἀκέσματι γέγραπται.) Priſcis temporibus, cum vel nullae, vel paucae adhuc legitimae hiſtoriae extarent, ſtudioſi doctrinae homines exempla propoſito ſuo conuenientia, quae fando acceperant, ad ſubſidium memoriae ſibi aliiſque adnotabant; eaque ſcripto mandabant. haec ſunt, quae Ἀκέσματα vocabant, hoc eſt, *auditiones*, vel hiſtorias auditas. extat liber Ariſtotelis, quem vulgo περὶ ἀκεσμάτων θαυμασίων inſcribunt; quum verus index ſit, Ἀκέσματα θαυμάσια. is liber ad doctrinam

paran-

parandam et cognoscenda naturae miracula est a philosopho compositus. qui versabantur in rebus agendis, similium obseruationum collectionem ad prudentiam colligendam referebant: quae *περὶ τὰ πρακτὰ* quum versentur; ad vitam hominum attendere, et facta eorum, qui res gerunt, adnotare; hoc vero est prudentiae operam dare. Propterea philosophus in primo ciuilis doctrinae monebat viros politicos, vt diligenter attenderent *τοῖς λεγομένοις σποράδην, δι' ὧν ἐπιτετυχήκασί τινες, diuulgatis exemplis eorum, quibus consilii alicuius experientia bono cesserit.* id quod diligentissime ipsum fecisse alibi docemus. Non dubito pertinuisse eodem librum hunc Aeneae, quem 'Ακούσματα inscripserat. eo complexus erat auctor, vt apparet ex hoc loco, syluam magnam exemplorum ad rem militarem pertinentium. quae quidem ille ita digesserat, vt facile possent lectores discere, quae consilia, quos exitus habere soleant: quae pericula, quibus remediis indigeant: nam id Aeneas non obscure hic significat. Quemadmodum autem omnes historiae, quibus refertissima sunt politica Aristotelis, ex eiusdem CLVIII. politiarum libris sunt petitae; sic omnia exempla, quibus vsus fuerat Aeneas in hoc et aliis, de re bellica libris, ex hoc libro 'Ακουσμάτων videntur ab eo fuisse desumta. quod declarant illa verba capitis XI. *ῥηθήσονται δὲ ἑξῆς αἱ ἐπιβουλαὶ ἐκ τῆς βίβλου. Liber* enim, vt ibi dicebamus, hic est 'Ακουσμάτων commentarius; cuius etiam mentionem facere videtur XXII. cap. et XXVIII.

Χερμάδια μὴ ἐπιτρέπειν ἀκαίρως ἀφιέναι.) Χερμάδια opponuntur ἁμαξοπλήθεσι, id est, manualia plaustralibus, siue molaribus, de quorum deiectione dictum est cap. XXII. quare autem minora saxa parce velit iaci, caussam non adfert. tale quid iam supra monebat, cap. XXII. et XXVI. repetebat.

Καταχρεμαννύειν χρὴ ἐν κοφίνοις ἄνδρας.) Etiam apud Vegetium homines deponuntur funibus ex vrbis obsessae muris, ac rursus leuantur in murum: non tamen, vt saxa coniecta colligant; sed vt machinas incendant.

Κατακρεμασθέντων - -) Videtur deesse vox κοφίνων. duos modos affert demittendi homines et rursum leuandi, vel per corbes, vel per scalas e funibus confectas; quo de genere scalarum plura dicere nunc studio breuitatis omittimus.

Ad cap. 39. Tres hic rationes docentur obsessi, hostem inducendi in fraudem. prima est, cum simulata fuga allicitur intra muros et fossa ad id ipsum facta decipitur: altera, cum admissus item intra moenia, porta cataracta deiecta interclu-

ditur ei reditus: tertia fit per laqueos extra vrbem extructos, qui ingeniosa arte a defensoribus ducuntur et reducuntur.

Χρὴ δὲ πολιορκουμένους καὶ τὰ τοιαῦτα τεχνάζειν ἐν ταῖς πολ.) Iulius Africanus cap. LVII. ita describit. Τοὺς πολιορκουμένους οὕτως δεῖ δολιεύεσθαι. ἐν ταῖς πύλαις εἰς τὸ ἔσω μᾶλλον μέρος ὀρύξαντας τάφρον, ἔνθεν καὶ ἔνθεν πάροδον λιπεῖν. et cetera vsque ad κεκρυμμένης οὔσης. non enim plura describit.

Ὀρύξαντα τάφρον ἔνθεν καὶ ἔνθεν πάροδον λιπόντα.) Commentum ingeniosum, minus tamen vsitatum. Saepius enim legas, fossam ramis et frondibus contectam; aut vias omnes tribulis et muricibus redditas esse infestas, noto tramite relicto, in quo nulla fraus praestructa. simulatione vero fugae hostem in locum insidiarum allicere, plane translatitium est stratagema.

Καὶ φθείρεσθαι ἔσω τῆς πόλεως ἐν τῷ καιρῷ - - τούτων δὲ εἶναι σ.) Distinguo et scribo: καὶ φθείρεσθαι ἔσω τῆς πόλεως. ἐν τῷ καιρῷ δὲ τούτῳ δεῖ εἶναι συντεταγμένους τινὰς ἐν ταῖς διόδοις, καὶ πρὸς τοῖς ὀρύγμασιν, ἐν ταῖς τῶν πυλῶν χώραις. ἐὰν δὲ πλ.

Καὶ βούλει αὐτοὺς ἔχειν.) Melius ἴσχειν.

Χρὴ ἡτοιμάσθαι ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ μεσοπύλου * πύλη πυλῶν ὡς παχυτ.) Corruptissima lectio. non dubito de porta cataracta agi. Lego igitur χρὴ ἡτ. ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ μεσοπύλου πύλην ὡς παχυτάτων. Cataractarum antiquissimum est inuentum Graecorum, vt nomen arguit, quo etiam Liuius est vsus. Vegetius ita describit lib. IV. cap. IV. vbi docet quomodo caueatur, ne portae subiectis ignibus exurantur. *Sed amplius prodest, quod inuenit antiquitas, vt ante portam addatur propugnaculum, in cuius ingressu ponitur cataracta; quae anulis ferreis ac funibus pendet; vt si hostes intrauerint, demissa eadem, extinguantur inclusi.* Fores cataractae, quas vult Aeneas constare e lignis, siue tabulis crassissimis, tollenonibus similibusue machinis attollebantur et deiiciebantur: quas e re Graeci ἀνασπαστήρια appellant et χαλαστήρια; vt apud Appianum, libro Ἐμφυλίων IV. de Xanthiorum vrbe loquentem. vbi habes memorabile exemplum eius vtilitatis, quam affert cataracta: duo enim Romanorum millia intercipiuntur ac miserrime pereunt.

Καὶ αὐτή τε - - τοὺς πολεμίους χρήσει μὴ εἰσιέναι.) Deest, opinor, verbum πεσοῦσα.

Βρόχους ἡμέρας μὲν κρυφαίους κατεσκεύασαν.) Radeuicus de gestis Friderici imperatoris, libro II. in obsidione Cremensium. cap. LVII. *Cremenses, quum ab excursibus et audacia temere*

temere paullulum quieuiſſent, alio ingenio, alioque commento noſtros fallere cogitant et ſubuertere. Quaedam enim inſtrumenta fabricant, muſcipulis quidem ſimillima, ſed pro qualitate humani corporis fortiora, eaque per vias circa vallum diſpergunt; quibus ignari multi haerentes, aut capi facile poterant, aut occidi.

Ἔσω δὲ ὁ μὲν βρόχος, ὅπλȣ ὡς ἰσχυροτάτȣ τὸ δὲ ἕλ.) Doli inſtrumentum hoc in tres partes diſtinguit Aeneas. Sunt autem eius partes reuera duae: vna eſt βρόχος ipſe, id eſt laqueus, qui vincit et nexum tenet. hunc vult eſſe ὅπλȣ ὡς ἰσχυροτάτȣ e rudente validiſſimo; vt vincti agitationem, nitentis euadere et abrumpere laqueum, ſufferre valeat. altera pars eſt vinculum, quod extenditur ab ipſo laqueo ad manus trahentium. hoc vinculum Aeneas in duas partes diuidit: eam, quae laqueo proxima, quam appellat ipſe τὸ ἕλκον, et e catena ſiue anulis ferreis conſtare vult, non fune; ne videlicet rumpi aut etiam abſcindi a capto queat. modum huius partis ſtatuit Aeneas duum cubitorum. altera pars vinculi eſt, quam manibus tenent auctores doli. hanc ipſe appellat ὅθεν ἕλκȣσι, et vult eſſe σχοίνȣ, hoc eſt funem e iunco aut ſparto, aut alia qualibet bene firma funium materia. hanc partem vinculi Aeneas docet aptandam intra munitiones, aut muros, ὅπλοις ἢ κηλωνείοις, rudentibus validiſſimis, aut tollenonibus; vt magna vi attractus laqueus magis magisque aſtringat captum, atque adeo intra munitiones protrahat.

Ὅλως δὲ ἔσω κατακρέμαται κ.) *Intus ſuſpenditur*, hoc eſt, ſuſpenſus intro pertrahitur. *intro* autem poteſt intelligi, intra vallum, aut προτείχισμα, ſiue loricam, aut ſimiles munitiones. vel etiam intra vrbem. quod difficillimum eſſe quum videatur; auctoris tamen verba eo manifeſtiſſime nos ducunt.

Οἱ δὲ πολέμιοι ἐὰν δ᾽.) Intellige plures aduerſarios, qui vincto opem ferre voluerint.

Οἱ ἔσωθεν κηλωνείοις χρῶνται καθιέντες.) *Incluſi tollenonibus vtuntur demittentes.* quid demittunt? milites, puto, in corbibus, qui vim vi repellant.

Ad cap. 40. Proponuntur rationes aliquot ſupplendi militum defectus, quando maior eſt vrbis ambitus, quam pro copia praeſidii, quod eſt intus.

Οἰκοδομεῖν ὕψει.) Pro εἰς ὕψος. vel ſcribendum ὑψηλὰ, quomodo Iulius olim Africanus deſcripſit capite LVIII. de addenda muris altitudine dictum eſt capite XXXII. praxim habes apud Ioſephum Ἁλώσεως libro III. capite XIII. Mox

lego, ἐν ἀπορίᾳ γενόμενοι: et ſtatim, φυλασσόντων ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἀνθρώπων.

Ἀλλὰ - - ἅπασι μὴ ἔχοντες ὅπῃ καταβαίνωσι.) Lego et elegantem Helleniſmum reſtituo, ἀλλ' ἀπορῶσι τοῖς πᾶσι. vſitatius dicitur, ἀπορεῖν τοῖς ὅλοις.

Οὓς ἐνεδέχετο - -) Deeſt verbum ἀπέστησε, aut tale quid. Eſt vero tyrannorum ſolenne inſtitutum, quod de Dionyſio hic dicitur. vide, quae narrat Polybius lib. XIII. de Nabide Lacedaemoniorum tyranno: et quae in eum locum obſeruamus.

Σινωπεῖς δὲ πρὸς Δαταμᾶν πολεμοῦντες.) Exiſtimo Datamem hunc eſſe, qui Olympiade CIV. Cappadociam regebat regis Perſarum ſatrapa; quod e Diodori bibliotheca diſcimus. meminere Datamis et alii multi ſcriptores. vita vero extat deſcripta ab Aemilio Probo, ſiue is eſt Cornelius Nepos. Sinope vrbs ad Pontum nobilis, modo Cappadociae, modo Paphlagoniae fuit attributa.

Τῶν γυναικῶν τὰ ἐπιεικέστατα σώματα μορφώσαντες, καὶ ὁπλίσαντες ὡς ἐς ἄνδρας μάλιστα.) Rodericus Toletanus de rebus Hiſpaniae lib. III. cap. XXIII. *Dominus Murtiae egrediens contra Arabes infeliciter eſt aggreſſus; et in vrbis ambitu circumſeptus, cum eſſet prouidus et diſcretus, fecit mulierum capita circumcidi, vt in muris a foris apparentes, viri eminus crederentur, et cannae, quas manibus praeferebant, lanceae putarentur.*

Ἐὰν δὲ θέλῃς ἐπὶ τῷ τείχει περιόδους πλείους φαίνεσθαι.) Africanus cap. LIX. deſcribens addit, vt videtur, de ſuo, ἐπὶ τῷ τείχει ἢ χάρακι, *ſuper muris, aut vallo caſtrorum.* non abſurde: nam vt antea dicebamus, pleraque hoc libello contenta, defenſioni caſtrorum non minus conueniunt, quam vrbis.

Καὶ οὕτω φανοῦνται εἰς δύο.) Africani codex, φαν. εἰς δύο. *tres circitores apparebunt duo.* ſed non agit hic Aeneas de minuenda ſpecie circumeuntium. qua de re extat apud Africanum cap. LX. caſtrenſi rei accommodatum.

Περὶ ναυτικῆς τάξεως δίειμι.) Tractationem de nauali bello ſubiunxerat tractationi de obſidione toleranda; quia vrbes maritimae mari, non minus quam terra, poſſunt obſideri. idem et Vegetius fecit, cuius liber quartus, et πολιορκητικὸς eſt et ναυμαχικός. Fecerat idem etiam Philo mechanicus, ſicut ex iis conſtat, quae hodie leguntur in fine commentarii Poliorcetici illius.



RERVM

RERVM ET VERBORVM

IN

NOTIS AD AENEAM

PRAECIPVE MEMORABILIVM

INDEX.

Λαισαὶ



PRAE-

PRAEFATIONES
ET
DEDICATIONES.



DEDICATIO CASAVBONI

HENRICO IV.

FRANC. ET NAVARR. REGI CHRISTIANISSIMO.

Sapientes olim viri, DOMINE, quum vno omnes ore memoriam rerum geſtarum laudibus in coelum certatim ferrent, eo venere demum, vt dicerent, conditores hiſtoricorum monumentorum diuinae prouidentiae miniſtros in terris agere: porro autem hiſtoriam, vim naturamque eam habere, vt homines antea rudes atque idiotas, (ipſo enim verbo hoc vtuntur) ad capeſſendos honores, et res ſiue domi, ſiue militiae gerendas, idoneos praeſtare valeat. Ita, ſi praeſtantiſſimorum auctorum ſtamus ſententia, vnum hoc literarum eſt genus, cuius ſtudio ſapientia ſimul parabilis, et prudentia: duo felicitatis, quae ſumma poteſt homini nato priuatim aut publice contingere, ſola, eaque certiſſima, inſtrumenta. Sapientia ſiquidem eſt, quae DEI OPT. MAX. numen docet agnoſcere, opera contemplari, potentiam infinitam pari iuſtitia et bonitate iunctam, mirari, venerari, reuereri: quae hominem ſenſu pietatis imbutum humo attollit, et ſupra coelos euehit. Prudentia vero eſt, quae inter bona malaque, vtilia et noxia, ſalutaria et exitioſa, ſtatuit diſcrimen: ſine qua ne intelligi quidem vlla virtus poteſt: nihil enim adeo bonum, quod, vbi haec abeſt, non vertat male; nihil adeo malum, quod, ſi haec adſit, non cedat bono: ſola quippe in quolibet rerum habitu ſer-

uata

uata seruat. Prudentia denique oculus est mentis, anima politicae, reginae illius omnium humanarum disciplinarum. Ad harum igitur vtriusque adeptionem, historiam sui studiosos mirum quantum adiuuare, excellentium iudicio et rerum vsu virorum constans semper fuit sententia. Rara omnino et plane magnifica laus haec est: vera tamen, DOMINE, ac debita, et quae nihil quicquam trahat ex vano. Nempe historia ciuitatum regnorumque ortus, incrementa, conuersiones, atque interitus commemorat; populorum status, alibi pace florentes, alibi bello afflictos: ad haec, reges et principes, modo purpura nitentes, in sellis aureis sublimes, maiestatis suae fulgore oculos palam mirantium, clam inuidentium praestinguentes, denique superis proximos: modo pullis misere amictos, soliis deturbatos, dignitate omni nudatos, rerum etiam necessariarum egenos, postremo cuiuis etiam priuatorum miserandos. Est qui narret, alibi motu terrae hausta oppida; alibi aquarum repentina inundatione obruta, aut tellure dehiscente absorpta; sedisse immensos montes, visa in arduo, quae plana fuerant. Est qui referat, superbas paullo ante incolarum frequentia prouincias, nedum vrbes, vnius autumni intemperie, et paucorum dierum an mensium morbositate fuisse vacuefactas. alibi subita inuasione, alibi diutina obsidione, ciuitates pereunt. hic flamma, ibi ferro, homines, familiae, nationes delentur atque exstinguuntur. Septentrio in meridiem, occidens in orientem infunditur. Damascenus amnem Baetim, Lusitanus Gangem bibit. Hispanus alterum orbem aperit. est vbi noua surgunt imperia; est vbi antiqua aut in sese mole sua corruunt, aut aliena vi concidunt. dies, hora, momentum, euertendis dominationibus sufficit, quae adamantinis credebantur radicibus esse fundatae. quid multa? huiuscemodi fortunae varietates omnis omnium gentium, qua vetus, qua recens loquitur historia; humanae conditionis, hoc est, fragilitatis plus quam vitreae, testis fidelis; et vitae hominum, tot casibus, quot erroribus obnoxiae, imago vera. Non sunt ista Dei immortalis opera, quae in gubernatione huius vniuersita-

tis

tis omnipotens eius dextera a conditu rerum ad hanc diem indesinenter edere non cessat? aut quisquam negabit, qui haec narrare, et in vnum collecta omnium oculis exponere ordine aggrediatur; eum timorem numinis, verae fundamentum sapientiae, attendentium animis ingenerare? Iam praemia bonorum, scelestorum poenae, qua efficacia legentium animos, vt natura est hominum, soleant mouere, ignorat nemo. quo vtroque genere exemplorum, omnes annalium paginae, quum sint refertissimae; non temere vsque eo vaecordem reperire sit, qui dum ea legit, oculos coelum versus non interdum attollat, ac velit nolit exclamet; est profecto DEVS, qui dicta factaque mortalium videt, obseruat, muneratur, vlciscitur. Vere igitur sapientiae mater historia: vere ministri diuinae prouidentiae historici: operum quippe scriptores, quorum Deus est factor: iudiciorum scribae, vt sic dicam, et actuarii, quorum Deus est auctor. Enimuero sapientiam quidem historia inchoat, non tamen perficit; ducit enim ad Deum, sed non perducit: quae quidem, coelestis mentis et naturae opera non ex professo rimatur, neque explicat, sed tantum, vbi in illa incidit, cupide ac fide sincera profert in medium et indicat; contenta velut aream ac solum strauisse, cui philosophia et sacra theologia, arcto illae quidem sibi coniunctae vinculo, sed diuersae tamen scientiae, suarum deinceps demonstrationum substructiones arte subtiliore et otio maiore immoliantur. negotiosa namque et actuosa res est historia, quaeque disputantium subtilitates non capiat, non moretur. At prudentiae et ciuilis doctrinae, eadem et fundamenta ponit, et fastigium supremamque manum prope sola illis imponit. Hic vtique est campus, in quo historia decurrit; hic scopus, hic finis ad quem se profitetur collimare. Plane, si definitionem admittimus ab antiquis philosophis proditam, prudentia nihil est aliud, nisi multarum rerum memoria, et vsus complurium negotiorum. ex quo fit perspicuum, quam sint non dicam affines, sed pene idem prudentia atque historia. Quid namque aliud legitime scripta historia agit, nisi vt res hominum,

mores,

mores, instituta, gesta, memoriae commendet? vitam exemplis instruat? caussas, euentus et modum, quo res geri quaeque, siue a togatis, siue a sagatis solent, aperiat, narret, et narrando, cum praesentes tum post futuros doceat? Vnde sequitur necessario, eum, qui in memoria rerum seriam et diligentem operam posuerit, multiplicis experientiae fructum, non multo aliter fore laturum, quam si periculum ipsemet fecisset. Est quidem, fateor, illa quae actu et inter ipsa discrimina colligitur experientia, aliquanto efficacior: sed haec dos quot aliis, quam magnis, pensatur incommodis; breuitate vitae etiam longissimae; raritate occasionum; paucitate rerum, quas in aetate quamuis longa homini contingit experiri: aerumnis et periculis interim adeundis, e quibus emergunt oppido pauci; ad extremum frustratione finis. quando enim ista longo vsu parta et confirmata prudentia vtemur? tum credo, cum rugis aratam faciem frons asperat, corpus parum solidum et iam effoetum senecta dissoluit: quam aetatem vix dandis consiliis aptam, certe magnis facinoribus designandis patrandisque esse ineptam, etiam veteri Graecorum verbo monemur. Itaque Themistoclem, cum annos natus centum et septem moreretur, cum natura expostulasse accepimus; quod tunc egrediendum esset e vita, quando vsu longo sapere didicisset. Omnino tria sunt commoda, quae experimenta politicis afferunt, qui vel in administratione reipub. vel in re bellica (hae sunt partes duae politici studii) diu multumque fuerint versati. Primum, quod rationes addiscunt eorum perficiendi, quae in conciliis publicis aut principum agitari amant, et quae vsus belli postulat. Nam, verbi gratia, qui sit modus vrbem corona cingendi, circumuallandi, munitiones exstruendi, stationes collocandi, machinas expediendi, quatiendi moenia, cuniculos cauandi, fossas complendi, in insidias obsessos eliciendi, inani specie terrendi, postremo irrumpendi; illiterati ignorant, qui neque stipendia vlla fecerunt, neque obsidionibus vmquam interfuerunt. sic metari castra quid sit, locum eligere sibi commodum, hosti inimicum, vigilias disponere, agmine

agmine quadrato procedere, aciem instruere, atque eundem exercitum modo latius pandere, modo in angustum coarctare, et aut in cornua, sinuata media parte, curuare, aut recta fronte explicare, soli inter literarum rudes intelligunt, qui sub Ioue frigido aliquando manserunt. hoc primum est vsus beneficium; cui par alterum scientia cauendi; nam difficultates, pericula et casus rebus gerendis solitos interuenire, vsus docet. meminit enim cui dolet. alioquin sexcenta sunt in omni inceptione discrimina, a quibus cauere sibi non potest, qui fuerit eorum, vt Graeci dicunt, ἀνεννόητος: inexpertis enim nihil eiusmodi in mentem venit. inde illa vox aliena prudentiae, et quam turpis semper, tam calamitosa persaepe: Non putabam. Tertium est, agilitas quaedam et dexteritas, munia pacis aut belli exsequendi, quae agendo contrahitur. Horum igitur trium, vt postremum indocilem vsus disciplinam desiderat, ad quod nulla historiae lectio, nulla meditatio per se, nisi modica saltem accedat exercitatio, potest aspirare: ita duo priora, cur aeque bene, atque haut scio an non etiam melius, diligente et attenta praestantium historicorum tractatione, possimus consequi, caussam equidem nullus video. Certe, si multitudo negotiorum, si varietas casuum, si multiplex euentuum diuersitas, si cognitio consiliorum omnis generis, et sollers talium obseruatio, elementa sunt prudentiae; quin sit prora et puppis doctrinae politicae historia, nemo poterit negare. Vult scire caussas aliquis, quae homines in commune consulere compellant, aut rursus, quae contractas societates distrahant? quibus institutis, parua respub. fieri magna queat? quibus moribus, qua peste imperia labefactentur, decrescant, intereant? historia est, quae melius ista, quam vsus, aut vllus philosophus demonstret. Vult scire, quomodo cum regibus sit agendum, quomodo cum ciuibus, cum exteris, cum subditis? qua arte populorum motus aut praecaueri, aut sedari queant? historia est, quae sexcentis haec doceat exemplis. Vult scire, quanto iudicio bella sint suscipienda, quo pacto gerenda, quomodo finienda, quae sint in eo iura seruanda?

uanda? hiſtoria eſt, quam tuto licet conſulat. Vult ſcire, qua ratione recte legationem poterit obire, in colloquium cum hoſte impune deſcendere, foederum et pacis negotium ſine fraude ſua tractare? hiſtoria eſt, quae omnes ritus, omnia conuentionum ſolemnia, omnes paciſcentium callidas et veteratorias artes non ſinit ignorari. Vult ſcire, quae hanc aut illam rempublicam fata maneant? hiſtoria eſt, quae ad diuinationem exercendam, et quidem innocentisſimam, arte inſtruit non vana. Vult ſcire, qua ratione oppugnatio vrbis alicuius ſit tentanda, qua item defenſio ſit inſtituenda; qua forma aciei, quo genere pugnae, terrane an mari, pedes an eques, planis et apertis, an editis et ſalebroſis locis melius hoſtem poſſit aggredi? hiſtoria eſt, quam *nocturna verſare manu, verſare diurna* debet. neque enim exempli documentum deerit, quod imitetur. poſtremo quaecumque tandem σκέψις politica inciderit, quaecumque in armis molitio, audiat grauiſſimi ſenatoris vocem, et ſibi conſilium datum putet; *vnde facilius*, aiebat M. Tullius, *quam ex annalium monumentis, aut res bellica, aut omnis reipub. diſciplina cognoſcetur?* audiat et virum ſanctiſſimum, Lupum Ferrarienſem Abbatem, magnum quondam Galliarum lumen. Hic perturbatis mira confuſione rebus in hoc regno, anxium curis, et conſilii inopem regem Carolum Caluum literis ſolatur, et viam ad ſalutem iſtis verbis illi indicat: *imperatorum geſta breuiſſime comprehenſa, veſtrae maieſtati offerenda curaui; vt facile in iis inſpiciatis, quae vobis vel imitanda ſunt, vel cauenda. Maxime autem Traianum et Theodoſium ſuggero contemplandos; quia ex eorum actibus multa vtiliſſime poteritis ad imitandum aſſumere.* o diuinum prorſus inuentum! o vitae certam magiſtram! quae iuueni ſenectutis illud vnicum bonum, prudentiam, confert; nec tamen e tam multis aetatis malae incommodis, vllum ſecum adfert. quae peregrinationis commoda conciliat: mores gentium, regionum ſitus, opportunitates locorum docet; aerumnas tamen peregrinationis detrahit; periculorum et animi et corporis gratiam facit. quae ſcientia militaris diſciplinae

non

non perfundit, ſed imbuit; militiae tamen vacationem et honeſtam miſſionem indulget. Quid verbis opus? hiſtoria poſteaquam, vt magna poſſimus conari, praeſtitit, praeſtat etiam, vt velimus. Nam quod diſertiſſimus ille Romuli nepotum, aliique veterum, hiſtoriam ſpeculum actionum humanarum appellarunt; recte illi quidem, eſt enim reuera: ſed vis naturaeque illius quod erat praecipuum, hoc ſimile diſſimulat: neque enim imaginem dumtaxat dictorum factorumque exprimit; verum hoc amplius, arcana quadam naturae lege, ſpectatores, dictu mirabile! in actores transformat, et facta gemina iis, quae admirabundi cognouerint, elicit. eſt igitur hiſtoria, ſpeculum quidem, ſed viuum atque ardens; cuius oppoſitu in animis generoſorum, quod Q. Maximus et P. Scipio de ſe ſoliti fateri, flamma aemulationis accenditur; vt plurimum cauſſa vera, fons et origo facinorum omnium laude dignorum. Nam quum nullius non honeſtae rei ſemina animi gerant: hoc quaſi fomite efficaciter incitantur; non aliter, quam ſcintilla flatu leui adiuta, ignem ſuum explicat. *Doctrina ſic vim prorogat inſitam: rectique cultus pectora roborant.* Legimus in annalibus, Gratianum Auguſtum praeclarae indolis adoleſcentem et bellicoſum, *ad aemulationem lectorum progredientem principum* decus ſibi ac gloriam non mediocrem peperiſſe. at non ſolus hoc Gratianus fecit: fecerunt idem omnes magni politici et ſenatores; magni item duces, imperatores ac reges, quorum hodie facta cum ſtupore cognoſcimus, nomina venerabundi ad aureis admittimus. Nihil dicam de Alexandro Magno, nihil de aliis ciuitatum Graeciae ſtrenuiſſimis ducibus; quos in rebus gerendis ab omni genere literarum praeſidium petiiſſe, nemo neſcit: tacebo Achillem, qui a ſapientiſſimo poetarum inducitur, per otium ſe oblectare meditans *fortia maiorum, praeclaraque facta canendo.* Silebo reges Syrorum, Perſarum, Aegyptiorum, quos hiſtoriae admodum ſtudioſos fuiſſe, et literae ſacrae et alia monumenta teſtantur antiquorum: Poenos quoque, illam immitem gentem, hiſtorias lectitaſſe, Hannibalem etiam ſcripſiſſe; ipſos quin etiam

iam Turcorum Sultanos et legere, et inter armorum fragores consilia aliquando ab historia opportune petiisse, annales ipsorum faciunt fidem. At Romanos rerum dominos, qui virtute non minus, quam armis populos omnes superarunt, atque orbem terrarum sui iuris fecerunt, sine piaculo praetermittere non queam: viros in exemplar omnium magnarum virtutum natos. Romanos igitur proceres licet obseruare, DOMINE, quum per multa saecula alias omnes literas ignorarent, philosophiam vero etiam odissent, vni historiae mirandum in modum fuisse deditos: non quidem, vt animi caussa, aut tempori fallendo, aliquam inde oblectationem sibi pararent; multo minus, vt inerti eruditioni ostentandae, qui multorum hodie est morbus, aliquid in vino aut circulis blaterarent: sed vt omne genus exempla prudentiae et vtilium consiliorum adnotarent, in opera mox magno reip. suae bono vertenda. Pub. Scipionem Africanum priorem, omnis memoriae clarissimum ducem, literae latinae quasi datum coelitus, neque humano satu procreatum depraedicant; qui in prima adolescentia maioremne laudem ob fortitudinem, per quam tot potentissimos hostes deuicit; an ob temperantiam et moderationem, per quam cupiditates omnes suas semper domuit, mereretur, fecit incertum. Hic igitur vir tantus, tam admirabilis, si quo genere doctrinae instructus, arcem verae gloriae occuparit, quaeramus; reperiemus historiam fuisse, quae Scipionis *incoctum generoso pectus honesto*, cupiditate bonae pariter magnaeque famae et laudabili illa excellentium virorum, de quibus legerat, aemulatione inflammauit; et velut e specula nitenti in ardua, facem ostendendo praeluxit. narrant enim auctores locupletes, tanti illum Xenophontis Attici historicos libellos fecisse, tantopere eorum lectione fuisse captum, vt eos de manibus nunquam poneret. De Africano sequente, minus id mirum videatur; quem maiorum suorum virtutibus simillimum, omnibus belli ac togae dotibus ingeniique ac studiorum eminentissimum saeculi sui fuisse, produnt scriptores. Extat apud grauissimum historicum C. Marii oratio, qua in nobilitatem

tem Romanam durus Arpinas, et agrestis homo ingenii inuehens, inter cetera dicit; illos quum Graecas literas didicissent, postquam consules essent facti, vbi iam de prouincia et imperio, more eius reip. cogitare incipiebant, acta maiorum impensiore cura solitos lectitare. Absurde quidem Marius, aut potius stulte; quod institutum cum primis laudabile, maledicti loco putauit obiectandum: multum tamen illi vel sic historia debet; quod disertis adeo verbis prudentissimorum senatorum, qui rei Romanae columina fuere, iudicium consentiens super ipsius vtilitate, imo vero necessitate, palam fecerit. *Principibus placuisse viris non vltima laus est.* quid dicam tantopere placuisse? quid dicam talibus tantisque principibus? prudentia enim et belli pacisque artibus, nihil toto orbe senatu Romano sol hic maius vmquam vidit. o decus historiae eximium! quem porro quantumque fructum sapientissimi senatores ex hoc instituto suo perciperent; operae pretium est, tuam nobilitatem, DOMINE, quae generosa indole ne illis quidem ipsis Romanis est inferior, scire, et hoc loco recognoscere. Fuit Romae tum temporis inter alia eius saeculi lumina, L. Lucullus: qui quod adolescentiam in forensi opera, reliquam aetatem vniuersam in pace traduxerat, laudem imperatoriam nemo ab eo exspectabat. idem tamen consulatum nactus, ad Mithridaticum bellum missus est a senatu. Igitur quum totum iter et nauigationem consumpsisset partim in percontando a peritis, partim rebus gestis legendis, ait eloquentiae Romanae parens, in Asiam factus imperator venit, qui erat Roma profectus rei militaris rudis. Et adiicit idem, tantum imperatorem in omni genere belli Lucullum fuisse, praeliis, oppugnationibus, naualibus pugnis, totiusque belli instrumentis et apparatu, vt rex Mithridates post Alexandrum maximus, hunc a se maiorem ducem cognitum, quam quenquam eorum, quos legisset, fateretur. Hic enim ille est, omnibus saeculis admirandus imperator, qui, vt alia infinita aduersus Mithridatem et Tigranem, totius Orientis duos reges potentissimos, fortia facta praetermittam, cum exigua manu mili-

tum vix vndecim millium, innumerabiles hoſtium copias adortus, peditum cecidit ad centum millia; equitum ad quinquaginta, regem regum Tigranem, et quicquid gladiis iam retuſis occidi non potuerat, in pedes ſe coniicere compulit. Et audebit quisquam negare, vim eam eſſe hiſtoriae, quod initio dicebamus, vt rudes rerum et idiotas rebus gerendis aptos, et maximis quibusque muneribus pares valeat reddere? audebit quisquam ſtudium et operam, quae geſtis maiorum cognoſcendis impenditur, parum vtiliter collocatam dicere? at non ita iudicabat Pompeius Magnus; quem in illa tam excelſa fortuna non piguit per literas a Dionyſio Halicarnaſſenſi, homine Graeco, admodum erudito critico, petere, vt ſuum de Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Philiſto et Theopompo, Graecorum celeberrimi nominis hiſtoricis, iudicium ſibi exponeret. Non ita iudicabat Auguſtus, feliciſſimus et maximus omnis memoriae imperator; qui et legere vtriusque linguae hiſtoricos, et in legendo exempla publice vel priuatim vtilia ſectari ſolitus; eaque ad verbum excerpta, aut ad domeſticos, aut ad exercituum prouinciarumque rectores, aut ad vrbis magiſtratus plerumque mittere, prout quique monitionis indigerent. Non ita iudicabat ille deo charus imp. Theodoſius iunior, quem auctor non obſcurus inter eccleſiaſticae hiſtoriae ſcriptores narrat, dum priorum omnium excellenti laude illuſtrium virorum luminibus pia et generoſa aemulatione conatur obſtruere, magnam imperio felicitatem conciliaſſe. qua, obſecro, ſecundum opem dei, arte? καθότι, ait hiſtoricus, ipſum Theodoſium compellans, τῶν πάλαι κατωρθωμένων Ἕλλησί τε καὶ Ῥωμαίοις τὴν ἱστορίαν ἠκρίβωσας. *quoniam omnium, quae ſiue Graeci, ſiue Romani praeclare fecerunt, hiſtoriam accurate didiciſti.* et mira ſunt, nec facile his moribus fidem inuentura, quae de contentione eius Auguſti in hac parte idem commemorat: tempus omne ſuum inter negotia et ſtudia ſemper diuiſiſſe, diem illis, his noctem attribuiſſe. Non ita iudicabat imperator Iulianus, maximis ille quidem praeſtans ingenii dotibus, et ea ſtatione digniſſimus; verum eo miſer

atque

atque infelix, quod in tantorum munerum largitorem Deum, ingratus extitit, ac mox ab agnita veritate ſceleſtiſſime defecit; quem miles ipſius refert, poſt ardua et ſeria terminata, ad procudendum ingenium ſolitum verti, et ex hiſtoria quaſi pabula quaedam animo, ad ſublimia ſcandenti, conquirere. Idem in expeditione Perſica ciuitatem amplam et populoſam Pyriſaboram, triplici corona cinctam, quum teneret, omnes aleae caſus inter mutuas clades fruſtra expertus; facinus memorabile Scipionis Aemiliani, quod in Carthagine capienda ab eo editum legerat, imitari et referre conſtituit. qui conatus, etſi exitum non habuit; quid enim miſero illi bene verteret, qui a deo ſciens prudensque ſeſe auerterat? illud tamen quod probare intendimus, clariſſime confirmat. In eodem genere ponendum eſt, quod Marcus Brutus, ille Romanorum veteris reip. vltimus, etiam in caſtris, etiam inter belli ſibi fatalis curas, nobiliſſimi annalium conditoris, epitomen confecit. Cuius diligentiam tertio poſt ſaeculo imitans regina Zenobia, illa quidem non Romana, ſed Romanis ſcriptoribus merito ſuo celebrata, aeternitate nominis digniſſima foemina, Alexandrinam et Orientalem hiſtoriam, cuius erat peritiſſima, in compendium redegit: atque eadem, ne Latinam quidem ignorabat, quam Graece legerat. Quid opus ire per ſingulos? Semel affirmare poſſumus, Romanos duces atque imperatores, quamdiu quidem illud imperium ſuam gloriam obtinuit, adeo diligenter traditum ſibi a maioribus hiſtoriae amorem et ſtudium conſeruaſſe, vt plerique illorum non ſolum facerent ſcribenda, verum etiam ſcriberent legenda. Itaque de ſuis aut alienis rebus commentarios compoſuerunt, Cornelius Sulla, Iulius Caeſar, Auguſtus, Claudius, Traianus, Hadrianus et plures alii. Omnium vero ſapientiſſimus atque doctiſſimus Marcus Antoninus, quem propter aſſiduam operam ſtudiis nauatam, vulgo hiſtorici philoſophum cognominant, in libris aureis de vita ſua, inter virtutes imperatorias, hanc quoque ponit; facilitatem quandam et animi aequitatem in admittendis probandisque ſententiis, quas homines hiſtoriae et priorum

ſaeculorum gnari, edidiſſent. Quippe in ſummo principe, conſilium ab alio ſollerter et ex vſu excogitatum probaſſe, non minor laus cenſenda, quam in priuato excogitaſſe. Atque vt principum conſiliarios in hoc ſtudio exercitatiſſimos eſſe debere, ratio manifeſta vincit: ita viciſſim illos principes plurimus ſemper eſt ſecutus honos, qui literas id genus doctos plurimi facerent, et in conſiliis eorum plurimum acquieſcerent. Teſtis eſto imperator optimus et laudatiſſimus Alexander Seuerus; cui fuit conſuetudo, vt quoties de re militari in concilio ſuo tractaret, literatos duces adhiberet; et maxime eos, aiunt ſcriptores vitae ipſius, qui hiſtoriam norant; quum quidem ſubinde requireret, quid in talibus cauſſis, quales in diſceptatione verſabantur, veteres imperatores vel Romani, vel exterarum gentium, feciſſent. Egregium plane inſtitutum et rectore tantae molis imperii digniſſimum. Non erat illi ſatis, quod geſta veterum didicerat, et domi quotidie lectitabat: quod viros omnis eruditionis principes in familiari conuictu aſſidue ſecum habebat: ſed etiam ab iis, qui ſuum participabant concilium, eandem peritiam exegit; etiam inter deliberandum de ſumma repub. facta maiorum praeclara voluit audire et doceri. En adoleſcentem ſenilis prudentiae, en illuſtre exemplum ab illuſtri principe editum, omnibus quidem principibus, ſed maxime iuuenibus ob oculos aſſidue ponendum. Non praetermiſit hanc partem Baſilius imperator, quum praecepta bene imperandi Leoni filio traderet: quin potius hiſtoriae lectionem ſummo ſtudio commendans, etiam et etiam eum hortatur, vt aliorum labore fruatur ipſe ſine labore. Annalium enim libros, fideles ſibi fore conſiliarios; quos non odium, non gratia, non metus, non priuati commodi ſpes aut cupiditas corrumperet; eosdem vanitatis rerum humanarum teſtes eſſe locupletiſſimos. Poſſum inſuper commemorare multos imperatores, qui aut libris editis, aut ratione alia ſtudium hiſtoricum excolendo nobilitarunt. Seruatur in locupletiſſima illa tua, DOMINE, et vere regia bibliotheca, Conſtantini Auguſti Porphyrogeniti liber publice adhuc ignotus, quem in filii

Romani, iam conſortis imperii, gratiam, pius parens ſcripſit. Sciebat vetus regnandi princeps, ad negotia gerenda in quibus reipub. ſalus continetur, illud adprime deſiderari, vt ingenia hominum probe nota ſint, quibuscum agitur. Siue illi ſint ſubditi, ſiue amici aut ſocii, ſiue hoſtes, ſiue in propinquo habitent, ſiue ſummotos longius fines colant; multum omnino intereſt, aut potius in eo totum prope dixerim, eſt poſitum, vt naturam illorum, mores, inſtituta, religionis formam, animorum inclinationes, aut auerſationes, ne ignores. Iccirco imperator ille, populorum omnium, quibus aliquid cum imperio ſuo commercii intercedebat, origines, rationes viuendi, belli pacisque inſtituta, partim vſu, partim libris legendis, quum accuratiſſime didiciſſet; de eo argumento commentarium ſane quam doctum et vtilem confecit, et filio ſuo hoc paterni affectus monumentum excellentiſſimum reliquit. Dignum opus, quod maieſtatis tuae iuſſu publicam aliquando lucem videat: vel eo nomine, quod de inclytis regibus Francorum, maioribus tuis, DOMINE, maximis principibus, princeps ipſe maximus, tam honorifice et ſcripſerit et ſenſerit. de communi enim iure ceterorum Europae vniuerſae regum et dynaſtarum domum Franciam ſemper excipit: et quum affinitatem Italorum, Germanorum, Hiſpanorum atque aliorum diuerſae linguae, et diuerſi in re pietatis ſenſus, filio Romano ac nepotibus diſſuadeat, et quodammodo interdicat; de Francorum nobiliſſimis et auguſtiſſimis regibus longe aliud conſilium ſuggerit: namque horum et amicitiam et affinitatem deceſſoribus ſuis imperatoribus Orientis ſemper fuiſſe probatam: ſaepeque conditiones illos vsque inde e Francia petiiſſe, allatis e ſuperiore memoria exemplis comprobat. Taceo Mauritium imperatorem, Leonem VI. Porphyrogenitum, Baſilii F. et alios eius ordinis illuſtriſſimos principes, qui Tacticos, ſiue de re militari, libros condiderunt: quum ſit tota illa diſciplina pars quaſi quaedam hiſtoriae; certe ita illi coniuncta, vt neque haec ſine illa poſſit recte intelligi; neque illa ſine hac doceri rite queat. cuius nos rei certam ſidem

faciemus, quando Aelianum, praestantem eius doctrinae auctorem, e vetustissimis membranis tuae bibliothecae, Tacticis scriptoribus luculente instructae, emendatum et obseruationibus nostris serio illustratum, Deo propitio vulgabimus. Sed neque defuit studio historico imperator, qui illud ipsum in eo moliretur, quod in legitima scientia Iustinianus Aug. cum Triboniano suo ante perfecerat. Nam vt hic librorum de iure scriptorum infinita copia offensus, corpus confieri iussit, quod vniuersam legum doctrinam, intra certos fines cohibitam contineret: sic Constantinus Porphyrogenitus, memorati Leonis, vti reor, filius, quum animaduerteret et historicorum scriptorum numerum innumerum circumferri, adeo vt multi sua aetate voluntatem cognoscendi res gestas simul cum spe abiicerent tot volumina vmquam perlegendi; conquisitis vndique maxima cura et diligentia omnibus eius generis auctoribus, qui poterant adhuc in Graeciae et Orientis bibliothecis reperiri, corpus historicum praecepit concinnari, in partes ceu communes quosdam locos LIII. tributum, quod politicis hominibus rerum ipsis cognitu necessariarum thesaurum quendam inaestimabilem, et vt ille ait, pransum paratum exhiberet. Nimirum ita iudicabat sapiens imperator; senatoribus suis, pacis et militiae negotia administrantibus, et de curis imperii in sacro suo consistorio vna secum deliberantibus, non minus necessariam esse veterum exemplorum, caussarum et euentuum notitiam, quam sit iudicibus, lites inter Titium et Maeuium disceptantibus, iuris ac legum necessaria cognitio. Laudo propositum, iudicium etiam admiror, neque formam operis, quantum licet ex vnguibus leonem, improbo. At quam bene, quam vere Socrati olim post veterem poetam dictum est; bonum et malum, quum prorsus contrariam habere naturam videantur, indissolubili tamen nexu sibi inuicem cohaerere; ὥσπερ ἐκ μιᾶς κορυφῆς, inquit, ἡμμένω δύ' ὄντε, quasi de eodem capite et nodo ambo dependerent. Saepe igitur ex antecedente caussa mala ortum bonum; at malum multo crebrius e laudabili principio. Sic inter spinas rosa colligitur:

gitur: ſic mel generat fel: ſic in medicinae remediis malignitas quaedam naturae inimica, vt plurimum latitat, et extrema gaudii luctus occupat. denique lex aeterna eſt, vbi vber ibi tuber. *tanta eſt rerum diſcordia in aeuo: et ſubtexta bonis mala ſunt.* Liceat fortaſſe ad tempus naturam arte et induſtria ſubleuare et ruentem in peius ſufflaminare: ceterum corrigere in totum, nulla vis humani ingenii queat. Inde eſt quod quaecunque moliuntur mortales, vel cum primis conſiderati et ſapientes, ocyus tardius omnia mutant nomen. Non eſt petendum aliunde exemplum, quam ex illo ipſo Conſtantini Auguſti incepto, quod modo laudabam; nec muto factum. Sed crederetne aliquis ipſum illud conſilium, quod a principe eſſet profectum hiſtoriae amantiſſimo, inter praecipuas cauſſas hiſtoriae perdendae fuiſſe? atqui ita euenit tamen. Nam vbi ſemel corpus illud hiſtoricum in politicorum vſum ab eo concinnatum, verſari in manibus hominum eſt coeptum; e veſtigio nobiliſſimi quique hiſtoriae ſcriptores antiquiores, (ex talibus vtique flores illi fuerant decerpti) priſtinam ſuam dignationem amiſerunt; et monumenta aeternitati conſecrata, tot nobilium ingeniorum, vbi deſita ſunt legi, etiam deſcribi, quod erat neceſſe, deſierunt. Acceſſit et peſtis alia, compendiorum et epitomarum confectio; quod genus ſcriptionis, vt ad priuatum conficientium vſum non paruas vtilitates habet; ita publice noxium, et magnis ſcriptoribus ſemper fuit exitioſiſſimum. Fuit et tanti mali cauſſa, ſtudioſorum partim incuria artium honeſtarum, partim iudicium fatali quadam caecitate deprauatum: quorum duorum vitiorum, vtrum ſit reipub. literariae pernitioſius, haut dictu promtum. Sed enim eius triumphi, quem de bonis literis barbaries iam ante aliquot ſaecula egit, gloriam magna ex parte auaritia ſuo ſibi iure vindicat. nam quia vberrimi prouentus et amplae fortunae ſpes vnica e cauſſidicina affulgebat; omnium ferme ingenia ad ſtudia vnius iurisprudentiae magno impetu ſeſe contulerunt, et quum politicae philoſophiae pars ſit, nobilis illa quidem, ſed vna tamen inter plures, ſcientia legum; tantum lucelli

amor valuit, et auri ſacra fames, vt poſtquam in ſcholis haec regnare coepit, illico et politica eius mater et ceterae diſciplinae, eiusdem ſorores, quas inter omnes vna excellit hiſtoria, aut exulare inde cogerentur, aut quod longe miſerius, ſolis pueris et ſophiſtis, non ad vſum aliquem, ſed ad diſputandum vexandae relinquerentur. Hoc pacto communis multorum ſaeculorum facta eſt querela, quam de ſuo Innocentium IV. ferunt habuiſſe; quum diceret, liberales artes iam in mechanicas propter lucrum fuiſſe conuerſas. et aiunt vehementer illi doluiſſe, quod iam fere omnes ſtudioſi, intactis grammaticis rudimentis, auctoribus et philoſophis, ad leges properarent audiendas: quod ſtudium, quum natura ſua ſit auguſtum, quatenus tamen ad aes exit, inter liberales diſciplinas vix cenſeri debere, fuerunt qui contenderent. Quum ergo ex huiusmodi cauſſis in Oriente quidem optimi quique auctores de manibus vulgi tandem eſſent excuſſi, totiusque adeo humanitatis ſtudia refrixiſſent; in Occidente vero a multis iam annis meliorum literarum et linguarum, maxime autem Graecae et Hebraicae, nomen prope ipſum eſſet exſtinctum; ſecuta mox eſt huius calamitatis conſummatio et integra pernities in partibus Orientis; quando ab immanibus et barbaris Turcis capta eſt Conſtantinopolis, et totum illud imperium a fundamentis penitus eſt exciſum. tum vero graſſari hoſtis ferus in omnium doctrinarum ſcriptores, et excellentia monumenta literarum cuiusuis generis atque eruditionis inſtrumenta lacerare, diſcerpere, flammis addicere. Quo quidem tempore diuinae prouidentiae in reliquiis diſciplinarum conſeruandis certum et manifeſtum, vt ſi vnquam alias in re vlla, argumentum eſt editum. Quum enim a pluribus retro ſaeculis in principum animis toto Occidente amor politioris literaturae et Graeci ſermonis exoleuiſſet; accidit non ſine numine profecto, vt circa illa ipſa tempora Byzantinae cladis, et paullo ante ſummi in Europa viri et principes generoſiſſimi, hunc veternum, ceu virgula diuina tacti, opportune excuterent, et ad bene merendum de ſtudiis politioribus et de linguis, ardore incredi-

credi-

credibili accenderentur. Prima terrarum Italia ad hanc palmam occupandam, e diuturno torpore tunc demum expergefacta fefe concitauit, et nationibus aliis per Europam exemplum, quod imitarentur, praebuit. In ipfa vero Italia ad certamen adeo gloriofum Nicolaus Quintus pontifex Maximus, in cuius extrema tempora Byzantini imperii euerfio incidit, princeps, quod equidem fciam, fignum fuftulit. nam et literarum dicitur fuiffe intelligentiffimus; et, quod res arguit, earum amore flagrantiffimus. Primus hic illa aetate libros antiquorum fcriptorum fedulo conquirere curae habuit; magnamque earum copiam in Vaticanam intulit: primus cum affiduis hortatibus, tum ingentibus etiam propofitis praemiis, ad meliorem literaturam e tenebris obliuionis in lucem reuocandam, homines Italos ftimulauit: primus, Graecae linguae auctores omnis fincerioris doctrinae effe promos condos, qui non ignoraret, vt Latino fermone exprimerentur, vehementiffime optauit et efficere contendit. Eft ita natura comparatum, vt in magnorum operum inceptionibus, eorum anteuertat cura, quae effe prouifa ad fummam totius propofiti plurimum interfit. Ecquodnam igitur literarum genus, renafcentibus difciplinis, illius vindicis mufarum aufpiciis, primo reduci in vitam coepit? hiftoria: cuius fuiffe hunc pontificem peritiffimum, aequales illorum temporum affirmant. qui primi auctores Graecorum latinitate funt donati? hiftorici: nam Herodotum et Thucydidem minifter domefticus Nicolai Laurentius Valla, rem faeculo maiorem aufus, Romane loqui docuit. An ergo dubitamus, quodnam tantus pontifex de hiftoriae praeftantia iudicium fecerit? ego vero non folum magni ipfum doctrinam hiftoricam aeftimaffe, fed etiam de toto hoc genere fcriptorum recte fciffe iudicare, non dubitanter inde colligo; quod ex omnibus Graecis hiftoricis illum prae ceteris habuit in delitiis, qui vt eloquentiae laude vni aut alteri priorum fortaffe eft inferior; ita prudentia et propriis aliis hiftoriae omnibus numeris perfectae dotibus, fic excellit, vt pauci e cunctis, fiue Graecis, fiue Romanis,

cum

cum ipſo mereantur componi, anteponi certe nullus. Scriptor ille, DOMINE, is ipſe eſt, qui maieſtati tuae nunc a me offertur, POLYBIVS; et a generis ſplendore, et ab inſtructu diſciplinarum, et a rebus geſtis, et ab ingenii monumentis, vir et philoſophus nobiliſſimus: idem pacis, idem belli artibus, idem ſtudiorum laude longe clariſſimus; patriae ſuae, reipubl. Achaeorum, quondam bonis inſtitutis florentiſſimae, cui huius pater Lycortas diu princeps praefuit, pars maxima: qui Scipioni Africano, a quo deleta eſt Carthago, a conſiliis amicus fuit, et in ea expeditione comes: qui in amicitiis regum, ducum, procerum, Graecorum, Romanorum, Aſiaticorum, Aegyptiorum, quoad vixit, primas tenuit: poſtremo poſtquam obiit, politicis, bellicae rei ſtudioſis, verae et legitimae hiſtoriae amantibus, dum ſuus literis honos ſtabat, vnice dilectus et probatus. Hunc communi fato omnium excellentium ſcriptorum, peſſime ſuperioribus ſaeculis acceptum, et in noſtra Europa vix de nomine paucis notum, Nicolaus Quintus, vindex ille literarum primus, fecit tanti, vt eius reſtituti gloriam ad ceteros laudum ſuarum titulos voluerit accedere. Itaque partem illius librorum aliquam nactus, eius in Latinum ſermonem transferendae, viro Graecae et Romanae linguae, vt erat captus eius aetatis, non ignaro, munus delegauit. Magnificum eſt ad commendationem hiſtoriae, quod vbi primum literatura melior ex ipſis orci faucibus incipiebat eripi; omnium prima nouae lucis beneficium experta, ceteras honeſtas diſciplinas ad ſpem ſalutis erexit. Magnificum et glorioſum Polybio, quod inter omnes ſui generis ſcriptores, primus indulgentiam principis ad liberationem muſarum ſeſe accingentis promeruit. Sed nimirum rerum magnarum tardi ſunt progreſſus; raroque tam bene cum humano genere agitur, vt incepta generoſa ab iis, qui ſuſceperunt, inoffenſo pede ſtatim ad finem perducantur. Quare etiam Nicolao, Polybii reſtitutionem molienti, multa ſunt oblata impedimenta, quo minus quod optabat poſſet perficere. Nam quum operis Polybiani, quod noſtra exhibet editio, tres

ſint

ſint ratione certa diſtinctae partes; vnam dumtaxat harum pontifex Nicolaus habuit; duas reliquas, in rerum natura eſſe, ne ſciuit quidem. Iam ille eruditus Italus, quo ipſe vſus eſt interprete, partim ſaeculi vitio, partim propria culpa, prouinciam ſibi demandatam, ita geſſit male; facile vt appareat, non ob ſingularem aliquam eruditionem, in Graecis praeſertim literis, Polybium interpretari fuiſſe iuſſum; ſed quia nemo erat, qui amplius ſciret, velut coclitem inter caecos captum, qui in vacuam ſtationem pro tempore ſubſtitueretur. Et is erat tamen Polybius, qui propter genus dictionis ac doctrinae hautquaquam translatitiae; maxime autem propter ſummam rei caſtrenſis peritiam et imperatorium quendam ſtilum, attentum cum primis, et diſciplinae Tacticae, totiusque militiae Romanae, Graecae, Macedonicae aliorumque populorum peritum interpretem deſideraret. Quarum omnium rerum cognitio, quam tenuis ac pene nulla in aetatis illius hominibus fuerit; quantis doctiſſimorum hominum laboribus e profundo ignorantiae puteo fuerit poſtea educta, atque etiamnum educatur, nihil dicere attinet; rem nemini non notam. Quo magis equidem ſoleo demirari, a tam longo tempore, hoc eſt ab annis fere CLX. tam erudito ſaeculo inſecuto, tanto doctorum tota Europa virorum numero, nondum aliquem extitiſſe, qui opus in ipſo principio παλιγγενεσίας literarum inchoatum, curaret perficere: neminem eſſe repertum ad hanc diem, qui, ſi adeo celebris famae apud veteres auctorem ſerio perpolire aggrederetur, operae pretium ſe facturum putaret. Quamquam non ſane defuerunt viri praeſtantes aliquot, Graeci, Hiſpani, Itali, Belgae, qui variis modis de Polybio mereri bene conarentur: alii publicandis, quae prius viſa non fuerant; alii nonnulla explicando Latine; quidam ſelecta operis totius parte, in qua illuſtranda vires ingenii experirentur. quibus omnibus quum laus multo maxima debeatur; omnes tamen, ſi quod res eſt dicere volumus, ſitim lectorum exacuere, quam ſedare maluerunt. Non etiam defuere, qui in vulgares linguas tantum huius verterent, quantum Latine expoſitum inueniebant:

bant: ſi tamen vertere eſt, Romanae interpretationis errores ſexcentos aliis totidem cumulare; atque interim Graecae linguae peritiam in prima libri fronte mentiri. Vnicam excipio Germanicam verſionem ab homine longe eruditiſſimo profectam: ſed quod res arguit et alia eiusdem ſcripta teſtantur, variis ſemper curis occupato. At vniuerſum opus Latinum facere, laceri corporis membra hactenus disiecta et diſſipata in vnum colligere, atque inuicem colligare, rerum aut verborum difficultates explanare, latentes in abdito opes reſerare, et quod maxime fuerat optandum, huius hiſtoriae vſum et praeſtantiam demonſtrare, nemo dum eruditorum inſtituerat. Cedreni, Zonarae, Simocati, Glycae, Manaſſae et alii eius farinae, ſiue Graeci, ſiue Latini quam plurimi, legitimae hiſtoriae, ſi verum amamus, dehoneſtamenta, ſuos aſſertores inuenerunt; Polybius, ſitu et ſquallore obſitus, in tenebris iacet; Graece neſcientibus parte aliqua tantum ſui notus, idque perperam; parte alia, ne ſic quidem. ille inquam Polybius, cuius in philoſophia doctrinam, in moribus probitatem, in hiſtoria prudentiam, Cicero, Strabo, Ioſephus, Plutarchus, Deus bone, qui quantique viri! et optimus quisque veterum dilaudant. cuius fidem T. Liuius, ille Romanae longe princeps hiſtoriae, tantopere probauit, vt pene ad verbum libros illius integros verteret, atque iis pro ſuis vtererur, quem M. Brutus, ſeuerus ille morum ſcriptorumque cenſor, cui ne ipſe quidem M. Tullius ſatisfacit, adeo eſt admiratus, vt eius lectioni propemodum immoreretur: vltimis certe ſuis temporibus, iisque afflictiſſimis ad ſolatium doloris pariter et magiſterium vitae, hiſtoriam illius excerperet atque in compendium redigeret, quem denique Conſtantinus imperator, corporis hiſtorici, de quo antea mentionem fecimus, auctor, ſenatoribus, ducibus et principibus tam vtilem indicauit, vt qui e Diodoro Siculo, Dionyſio Halicarnaſſeo, Ioſepho, Dione Cocceio et aliis primae notae hiſtoricis pauca admodum ſeligeret, quae in ſuum pandecten transferret; Polybium prope totum deſcriberet atque operi illi ſuo inſereret. Vtinam vero aut

illi

illi Augusto eius incepti nunquam venisset in mentem; ea quidem lege, vt integro hoc scriptore frueremur: aut si hoc nobis carendum erat bono, corpus saltem ab illo compositum hodie haberemus. Sciremus, quantus ciuilis prudentiae, quantus disciplinae militaris doctor habitus sit olim Polybius. quarum rerum documenta conquirenti vndique Constantino, plura multo vnus hic suppeditauit, quam ceteri omnes simul, e quorum libris florilegium illud politicum fuit conflatum. argumento sit, qui solus hodie superest eius titulus, e tribus et quinquaginta, legationum excerpta continens: cui tertiam partem editionis nostrae debemus totam: facili coniectura, quid essemus debituri, si opus vniuersum alicubi inueniretur atque in publicum ederetur. Enimuero quum dos praecipua, quae Polybium antiquis commendabat, non in eloquentia nuda et verborum fucatorum lenocinio, sed in rerum politicarum et militarium exquisita explicatione sit posita; cuius gratia viri principes et politici omnes olim in pretio magno eum habebant; quia longe diuersa hodie studiorum ratio obtinet, euenit, vt his praestantiam illius parum intelligentibus; verborum et linguae dumtaxat studiosi, patienter eo carerent. Loqui enim, non viuere, plerique omnes hodie discimus, et historiam, quae vitae magistra audit, non ad vitam formandam referimus: sed vel ad linguarum alicuius notitiam, dicendiue facultatem augendam, vel ad rerum antiquarum cognitionem percipiendam. atque vt politicam et moralem philosophiam, *in qua consilium vitae regimenque locatum*, aut omnino non docemur, aut non nisi disputandi caussa: sic et historiam, quae practica quaedam philosophia est, non vt vtamur discimus, verum vt sciamus; plane iis non dissimiles, qui aurum, argentum et regias gazas parare norunt; artem vtendi fruendi partis, neque sciunt, neque vel saltem de ea cogitant: similes item iis, qui sacros aut medicorum libros multa lectitant cura, non vt animo corporiue medicinam faciant; sed vt ingenito morbo curiositatis sciendi multa satisfaciant. Quod non inuenuste magistri Hebraeorum de lege Mosis dicunt,

cor

cor et corticem illi inesse; non immerito de historia quoque vsurpetur. Doctrina politica et scientia militaris, aliaque egregia documenta, quae legitima historia sui cultoribus affatim subministrat, instar cordis sunt: atque huic parti qui attendunt, cordatos fieri necesse. orationis elegantiam et antiquitatis notitiam, prae illis, quid aliud nisi corticem appellemus? Sunt sane apud Thucydidem, Xenophontem, hunc nostrum Polybium, dictionis virtutes multae eaeque eximiae: sunt etiam multa in eorum operibus cognoscendae antiquitatis cupidis scitu necessaria. si quis tamen propter ista solummodo historias illorum requirit; nae ille cor non habet, neque vmquam per istud quidem studium habebit: sed merum tantum corticem leget. Quid magis ridiculum, quam Iulii Caesaris commentarios, diuinum opus et maximarum atque vtilissimarum rerum doctrina foetum, ea solum fine lectitare, vt loqui Latine discamus? aut vt Romanae linguae puritatem et verborum proprietatem obseruemus? mihi quidem simile facere videmur, vt si quis arboris alicuius praestantissimae fructibus vesci aspernetur; florum amoenitate se oblectet. Et tamen, qui hodie veteres historicos aut voce viua, aut scriptis suis interpretantur, quid nisi hoc vnum curant? quid illi, qui dies totos et tempus omne suum transeundis historicorum voluminibus insumunt? quorum vt quisque plurima tenet, ac pectus suum locupletissimam historiae bibliothecam fecit, ad vitae officia muniaque obeunda plurimum est ineptus. Desinamus igitur mirari, quid caussae sit, cur hodie e lectione historiarum nemo eum fructum ferat, quem tulit olim Lucullus: in promtu ratio est, nemo illam vt Lucullus legit, nemo ea fine. Itaque ergo eo studia videmus rediisse, vt qui strenuissimi rerum actores censeri volunt, hi adeo non sint veteris memoriae studiosi; vt e contrario etiam contemtum illius vltro prae se ferant. Quid prius querar nescio, historiae ne vicem, quae olim in clara versans luce, regum et principum ac nobilium procerum familiaritate intima frui solita; sapientiam et vitae artem eos docere; dignitatem ab illis

illis accipere: nunc velut naturae prioris oblita et ad vitae actiones facta inutilis, hominibus priuatis puluerem scholasticum terentibus, et in vmbratico otio delitescentibus est derelicta. an potius nobilium adolescentium errorem doleam, qui falsa persuasione ducti, vnicum hoc sibi proprie conuenientis disciplinae genus, maximum rerum gerendarum instrumentum, habent contemtui. O quis ille erit, qui opera eadem pristinum historiae splendorem restituet, et nobilitatem Gallicam ex hoc errore in viam rectam sistet? illa quidem literas non odit; *non obtusa adeo gestamus pectora Galli*: sed quarum literarum verus in vtendo est fructus; quia nullum earum videt vsum pene dixerim, merito contemnit. Nihil errauero, si dixero, interesse maiestatis tuae, DOMINE, vt generosi iuuenes, quos maiorum imagines, aut impetus animi, et viuida vis ingenii spondent ad rempub. ituros, errore tanto liberati, studii huius beneficio vtantur, quo ad iussa tua capessenda paratiores et omnibus rebus instructiores accedant. Liberabuntur autem, si persuaderi semel illis potuerit, vt magnum hunc scriptorem in consilium adhibeant; eius in summa doctrina parem prudentiam, non degustare summatim, sed penitus velint imbibere. Quo maxime opus habent, docebit eos Polybius, non solum quam vberes fructus ad rationes vitae gesta maiorum sint ipsis allatura; verum etiam quo pacto percipere illos sint valituri. Est vtique proprium hoc eximio huic auctori, quod duo simul pari fere cura agit, vt narret ac moneat. bene ac perspicue narrandi laus, cum ceteris praestantibus historicis illi communis; fideliter monendi cum paucis: aut vt verius dicam, cum nemine. Nego enim ex vniuerso numero Graecorum aut Romanorum generis huius sciptorum, vel vnicum posse reperiri, qui pari fide et cura duo haec coniunxerit. quid miremur? personam historici cum assumsit Polybius, non in totum exuit philosophi. Philosophus enim erat, sed vita, non lingua: operibus, non sermonibus: rebus ipsis, non professione et inani specie. porro vt poetae fingendo, historici narrando, sic philosophi monendo et praecipiendo vitam hominum

corrigere propoſitum habent. Iure igitur ſuo eſt vſus, cum diuerſa munera in vnum coniungens, qua narrando, qua monendo ſimul humano generi prodeſſe eſt conatus. narratio, cognitione rerum variarum lectorem inſtruit: monitio, prudentia, quae obſeruatione aſſidua colligitur cauſſarum, euentorum et omnium rerum in vita hominum euenire ſolitarum. Praeclare Peripatetici dicunt, generari prudentiam ἐξ ἐπιστάσεως, obſeruando: et fore prudentem quisquis fuerit ἐπιστατικὸς, obſeruandi ſtudioſus: ac vice verſa omnem prudentem eſſe ἐπιστατικόν. Plena eſt Polybii hiſtoria talium animaduerſionum; quae breui compendio lectorem ad prudentiam recta ducunt, et illius diuae ſacris initiant. Mirum vero quo ſtudio, qua ſollicitudine, quo affectu id genus monitiones, quoties datur occaſio, inſerat. Vere philoſophum, id eſt, parentem communem humani generis dicas, qui modo cunctis mortalibus in vniuerſum ſalutaria dictat praecepta; modo priuatim hanc aut illam gentem familiarium ſibi peccatorum admonet. Sic Mantinenſibus, Cynaethenſibus, Eleis atque aliis Graeciae populis, pertinentia ad propriam cuiusque illorum ſalutem, dat conſilia. Sic Romanos, vt obſtinatae et praecipiti peruicaciae, ſaepe ipſis exitiabili, modum ſtatuant, grauiter commonet. Sic Graecos omnes non ſemel hortatur, vt Romanorum in fide maneant; ſtatum praeſentem ne ſollicitent; otium quo abundabant, cura publicarum omnium rerum ad victorem populum translata, ceu opportuna occaſione vtantur ad ſtudia excolenda, non inertium literarum, ſed βιωφελῶν, et ad vitae actiones vtilium. Quin etiam apparet, atque hoc ipſe non ſemel teſtatur, cauſſam ſcribendi huius ingentis quondam operis, vel praecipuam eum habuiſſe, amorem patriae; vt contumaces et ad rebellium pronos ſuorum animos, parum adhuc ſeruire aſſuetos, ad pacis, qua fruebantur, etſi ſub alieno imperio, firma et beata, amorem traduceret. Propterea in rebus geſtis exponendis id vnice ſpectauit ſemper, vt Graecis fidem faceret, non fortunae munus eſſe Romanorum imperium, ſed vera illos virtute id ſibi peperiſſe, fruſtraque aduerſus

illos arma cogitari, quos in illa ſtatione ipſa ſuis quaſi manibus virtus collocaſſet. Et tamen idem hic patientiae ſuaſor, quamdiu ſpes aliqua reſtabat poſſe Romanis obſiſti, multo ante patriae caſum proſpiciens, nihil praetermiſerat, quo poſſet progreſſus illorum impediendo, imminentem reipub. Achaeorum ruinam aut arcere, aut tardare. Verum fatis omnia ad Romanos trahentibus, rectis ſuis conſiliis Polybius, non tantam gratiam a ciuibus iniit; quantam bello Perſis offenſam apud Romanos contraxit: quam mox Romam accitus, longi exilii taedio expiauit. Sed enim, *qui per virtutem peritat, non pol interit:* ſaluti fuit claritudo nominis bonis collecta artibus, et illa ipſa, quae adflixerat virtus. Igitur deprecatoribus apud ſenatum vſus Catone Cenſorio, Scipione Aemiliano, et aliis Romanis proceribus, libertati reſtituitur Polybius, qui libertatis potitus, vbi ſemel apud ſe conſtituiſſet, nullam Achaeis ſuis, niſi in amicitia Po. Ro. ſpem ſupereſſe, ad colendam bona fide maieſtatem illius populi conuerſus, pro ſua ſapientia ſuis ipſe moribus ſibi fortunam finxit. Nam patria quidem ipſius aliquanto poſt immani ſua culpa exitium ſibi conciuit; bello Achaico a Mummio deleta, et Achaeorum ſoluto concilio; quum interim Polybius tranquillitate illa frueretur, quam ſuamet ipſe prudentia et admiranda ſapientia ſibi quaeſiuerat. Idem, quum in vrbe dominatrice multos annos Scipioni, Laelio et aliis aetatis illius viris primariis, priuatim charus vixerit; patribus quoque acceptus, et vnice probatus; gratia qua pollebat apud principes Romani nominis, non ad opes ſibi ſtruendas, more multorum, eſt vſus: verum in occaſionem vertit, partim res magnas gerendi; vt cum Scipioni Carthaginis excidium in Africa molienti, comitem ſeſe, et conciliorum laborumque omnium participem praebuit: quo etiam tempore, claſſe a Scipione accepta, mare Atlanticum ſcrutandi illius orbis cauſſa, eſt circumuectus: partim bene de hominibus, praeſertim Graecis ſuis, merendi. Teſtimonio ſint ſtatuae cum ampliſſimis titulis per oppida Graeciae, quod ſcribit Pauſanias, illi poſitae. Dicat hoc ipſum et ciuitas Locrorum

in Italia, quae huius ope immunitatem durissimorum onerum nacta, quorum praestationem ex legibus datae pacis Romani exigebant, vitam et fortunas omnes suas vni Polybio ferens acceptas, in eo ornando nullum excellentis honoris genus praetermisit. Sed omnia beneficia, quae a quoquam mortalium proficisci poterant, vicit scriptio huius historiae; in eum praecipue, vt modo dicebamus, scopum directae, quo ciuibus ciuis prodesset, ac bonam illis mentem et prudentiam ingeneraret. Fuit omnino in hoc viro naturalis quaedam bonitas et efficax erga omnes homines humanitas. cuius celebratur vox diuina, consilium dantis Scipioni suo; quoties foras prodisset, ne domum prius rediret, quam aliquem sibi benefaciendo amicum adiunxisset. o hominem publico omnium hominum bono natum! o dignum maximi cuiusque regis aut imperatoris consiliarium! etenim quum plurimis amicitiis fortuna principum indigeat, praecipuum est iudicio sapientium principis opus, amicos parare. Ab hoc igitur fonte, et illud ingens manauit studium efficiendi, vt fructum ex historia sua omnes, qui legerent, quam vberrimum perciperent. inde illa tot documenta, tot monita, quibus hoc opus, ceu intertextis gemmis nitet. Quis autem erroris dedignetur monitorem, quem Scipio Africanus, quem multi reges non sunt dedignati consiliorum auctorem? probitatem vero Polybii, recti honestique amorem, et vitii odium, nemo satis pro merito hominis laudauerit. Vni aequus virtuti, pari tenore opere toto, praeclara facta vbique extollit, secius admissa, grauitate quadam censoria, non arguta declamatione ad ostentationem ingenii, carpit et detestatur. Fidem, candorem, integritatem in dictis factisque passim commendans, qui iis vtantur, viros bonos pronuntiat; versutos, veteratores, vafros et dolorum architectos, nusquam non abominatur. Malitiam astutam, quae fere politicis hominibus prudentia dicitur, tanta seueritate, tot locis, tam serio insectatur, *κακοπραγμοσύνην* vera appellatione indigetans, vt vel eo dumtaxat nomine bonorum omnium amore, studio ac lectione iugi,

sit

sit vnus omnium historicorum dignissimus. Neque tamen is est Polybius, qui supercilium quoddam Stoicum, aut rusticam simplicitatem, ad indicandum de actionibus hominum politicorum afferat. faciunt hoc vmbratici quidam sophi, rerum humanarum imperiti, ac propterea iniqui persaepe virorum magnorum censores, quorum rationes non capiunt. Sciebat homo negotiorum callentissimus, et tanto vsu praeditus, quid sit discriminis ponendum inter eam, quae simpliciter dicitur prudentia, et περιστατικὴν, cuius consilia, vt necessitate temporum expressa, et sapientes excusant; prudentes vero etiam laudant. atque haec est, quam solet πολιτικὴν συνυπόκρισιν nominare, quoniam aliud simulatur, aliud agitur: res toto genere diuersa ab illa veteratoria malitia, vt in nostris commentariis diligenter exposuimus. Discant igitur ab hoc doctore iuuenes studii politici candidati, veram prudentiam et eius leges; non ab illo Etrusco, in opprobrium religionis chistianae nato; cui probitas, fides, integritas atque adeo in Deum pietas, o seculi dedecus! inania sunt sine re nomina; prudentia, ars fallendi; politica doctrina, instrumentum inhumanae tyrannidis. Discant et qui ad scribendum res gestas animum applicant, praecipuum annalium munus esse, vni sauere virtuti, vnum odisse vitium; illam esse legitimam, et aeternitate dignam historiam, cui vnum bonum honestas; vnum malum turpitudo. Sed probitatem huius viri illa eximia aequanimitas manifestissime arguit, quam in reprehendendis antiquioribus, qui ignoratione, non malitia lapsi fuerant, semper adhibet. sic enim errores tollit, vt eorum, qui errarint, famae nihil propterea velit detractum. quin etiam gratias illis agere se, plurimumque eos mirari profitetur, quod etsi errassent, tentando tamen et conando viam posteris perueniendi ad verum indicauerint. Scias vera virtute fuisse praeditum, qui caussam scribendi solam habuerit, publicam vtilitatem et errores vitae corrigendi desiderium. Porro amori virtutis studium veritatis necessario semper est coniunctum: neque enim virtus est, cuius non sit origo veritas: nec vitium, quod non a mendacio

ſumat intium. Veritas nullius non doctrinae eſt fundamentum; verae ſapientiae mater, legitimae, nec praepoſterae, prudentiae comes indiuidua; fidei et ſocietatis hominum ancora; omnis boni et honeſti, vt aiebat Plato, ἡγεμονίς. Quod ſi recte attendimus, ſcire hominum aliud nihil eſt, niſi poſſe veritatem rerum contemplari, ſiue quae ſunt, ſiue quae fiunt, qua mente philoſophi antiquiſſimi ſapientiam definiebant, ἐπιστήμην τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀληθείας. Simillime et hiſtoriae naturam illli demum capiunt, qui ſciſcunt eſſe veritatis illarum rerum notitiam, quas mortales gerunt. Graeca eruditio τὰ γινόμενα vel τὰ πρακτὰ vocat. Regulam certe vnicam, atque adeo animam hiſtoriae veritatem eſſe, omnes, qui de ea ſunt locuti, conſentiunt. Hiſtoria, inquit Diodorus Siculus, προφῆτίς ἐστι τῆς ἀληθείας, deae veritatis ſacerdos eſt et propheta. Dionyſius Halicarnaſſeus idem, ἱερὰ ait τῆς ἀληθείας ἡ ἱστορία· qui etiam alibi pronuntiat, veritatem hiſtoricam eſſe totius prudentiae et ſapientiae principium. quod et ille magnus auctor ſenſit, qui hiſtoriam eſſe dixit *vniuerſae philoſophiae quaſi metropolin.* Sed vt pulchra omnia, quod prouerbio dici ſolet, difficilia ſunt; ita veritas hiſtoriae, res omnium pulcherrima, eadem et inuentu difficillima eſt; et poſtquam inuenta, quo minus proferatur in medium, maximas difficultates experitur. quod latet, partim malitia fit hominum, qui praua ſua facta ſileri, atque hoc pacto ignominiam lucrifacere volunt: partim incuria etiam eorum, qui res gerunt memoria et laudatione dignas. Iam quum propter has ipſas cauſſas geſtorum ſcriptores nulli labori, nulli aerumnae, addo et nulli impenſae, quod de Thucydide et Theopompo legimus, parcere deberent, vt veritatem illarum rerum eruerent et aſſequerentur, ad quarum narrationem ſeſe parant: paucos tamen ab omni aeuo ſit nominare, qui huius diligentiae gloriam ambiuerint: plurimos contra omnibus ſaeculis, qui res parum ſibi compertas poſteris tradere aggreſſi, falſa pro veris traderent; alii ignoratione et ſecuritate; alii vitio huic pari credulitate: plures et mentiendi libidine; quos aut

turpis

turpis ſpes lucri, aut gratia, aut odium corruperat. Hic enimuero ſcriptorem hunc praeſtantiſſimum omnes aequos iudices demirari conuenit, qui ſtudio vera narrandi nullum laborem vmquam refugit. nam et in remotiſſimas oras peregrinatione ob id ipſum ſuſcepta, Aſiam, Africam, Europam luſtrauit: Atlanticum quoque Oceanum nauigauit. vt de Hannibalis itinere ſibi comperta narraret, Galliam et Alpes viſit: vt de Scipionis rebus in Hiſpania geſtis digna fide proderet, Carthaginem nouam adiit, loca ſingula cum cura inſpexit, Hiſpaniae pleraque oculis vſurpauit. quin et linguam Romanam Polybius didicit; atque antiquiſſima monumenta, quae vix pauci e Romanis ciuibus intellegebant, e Capitolina aede vt promere ſibi liceret impetrato, in ſermonem Graecum transtulit; ac Romanos ipſos proceres ſuae ciuitates iura docuit, quae ipſi ignorabant, et Fabius quoque Pictor, ſenatorii vir ordinis, ignorauerat, qui de Punicis bellis ſcipſerat. Ad haec Polybius, ne nimis antiqua et parum explorata, atque vt ipſe ait, *ἀκοὴν ἐξ ἀκοῆς* ſcribere cogeretur, hiſtoriae quam ſuſcipiebat terminos poſuit, ſuam aut patrum memoriam. multa ergo illorum, quae ſcribit, praeſens ipſe vidit; certe nihil ſcripſit, de quo illos non poſſet conſulere, qui rebus gerendis interfuerant. Adeo qui nullam perfectae hiſtoriae legem negligebat, illam omnium maximam, quae vera ſcribere praecipit, ea fide cuſtodiit, vt liquido conſtet nobis, non ſolum rationem ipſum habuiſſe veritatis, ſed etiam toto affectu illam amaſſe, et religione quadam coluiſſe. Non eſt dubitationi relictus locus: ipſe ſuam mentem nobis aperuit; idque verbis grauiſſimis, quae merito Brutus, ſiue quis alius, digna ſuo calamo iudicauit, nos quoque digna cenſemus, quae hic deſcribantur: *exiſtimo equidem,* ait, *naturam humano generi* VERITATEM *conſtituiſſe numen maximum, maximamque illi vim attribuiſſe. Nam quum ab omnibus oppugnetur, atque adeo omnes nonnunquam veriſimiles coniecturae a mendacio ſtent; ipſa per ſe neſcio quomodo in animos hominum ſeſe inſinuat, et modo repente ſuam illam vim exerit, modo tenebris obtecta longo tempore, ad*

 extre-

extremum suapte vi ipsa vincit obtinetque, et de mendacio triumphat. En animi veritatis amore stupentis testimonium luculentissimum. Huic autem dicto mirifice congruit tota eius historia. amorem enim veri, odium falsi sexcentis locis constanter profitetur. Fuit Polybii sententia, scriptori historiae nihil veritate antiquius esse debere: non ad gratiam, aut odio cuiusquam, non respectu vllius, siue priuatae, siue publicae amicitiae; non denique vlla charitate erga parentes aut patriam; cuius sanctissimum in terris est nomen, veritatem professum, et vt ipse loquitur, τὸ τῆς ἱϛορίας ἦθος ἀναλαβόντα, debere adduci, vt vel latum, quod aiunt, vnguem a vero recedat. In cetera quidem vita, ait ille, amicorum esse amantem ac patriae, laudo: in scribenda vero historia, etiam harum charitatum affectus exui volo: volo vni fidei consuli, et, vel cum dispendio existimationis amici, parentis, patriae, vni litari veritati. Duram legem, aliquis dicet. sed est tanti veritas; quam tollere, aut per speciem cuiusdam ψευδωνύμȣ prudentiae, vel mendacii officiosi, violare, tanto maius nescio quid est, quam solem de mundo tollere; quanto DEVS creator omnium, totius veritatis auctor, atque adeo ipsa veritas, sole maior. Hanc legem quum principio operis sibi pariter et omnibus annalium conditoribus imposuisset; per vniuersam deinceps scriptionem exactissime semper et religiosissime eam ipse seruauit: neque fuit quisquam adeo illi charus, cuius gratia libertatem suam et παῤῥησίαν obliuisceretur. Aratum Sicyonium reip. Achaeorum principem, paullo ante huius aetatem Graecia omnis erat mirata; virum integritate, industria, rectitudine consiliorum, ac plerisque aliis magni politici ducisque laudibus, prae ceteris aequalibus suis, ornatum. Achaei vero tot beneficiorum ab Arato in suam rempub. collatorum memores, fato functum ad sempiternam memoriam consecrarunt, et omnes heroibus deferri solitos honores ei decreuerunt. Hunc talem virum Polybius praecipue videtur suspexisse; quod ex locis plurimis operis istius facile potest intelligi. at non eo secius tamen Arati peccata commemorat; tardum

in

in consiliis excogitandis vocans; ignauum in rerum inceptionibus, parum firmum ad micantium gladiorum conspectum, salutis sociorum negligentem, auctorem vnicum cladis ad Caphyas acceptae: neque parcit dicere, tropaeis illum contra se positis totam Pelopis peninsulam implesse. Philippum Demetrii F. regem Macedoniae modo laudat, modo vituperat: et vtrumque facit exquisite. iudicii vero inconstantiam non semel deprecatur; grauissimasque huius varietatis caussas, et cum de hoc, et cum de Arato loquitur, profert in medium. Nulli videlicet mortalium ita superos indulsisse, vt non interdum, si minus saepe, aliud agat, aut male agat. quin humani ingenii eam esse conditionem, vt non solum in diuersis virtutibus idem homo appareat alius atque alius: sed etiam in eadem saepe aliquis sibi sit dissimilis. idem fortis in defendendo; ignauus in aggrediendo, animosus in singulari pugna; cunctator in publica, ad Martem apertum aptus; ad insidias ineptus, audax in terra, trepidus in mari, constans aduersus irruentem hostem; pauidus in excipiendo ceruo aut apro. Mens praeterea vnicuique talis, (diuinitus Homero dictum) quam in dies singulos DEVS suggerit. non igitur personas agentes spectare historicum debere, sed factis orationem suam adaequare. Vt enim Phidias materiam ad statuas, aurum vel argentum ab Atheniensibus sumere solitus, non ipse domo suppeditare; et floridos colores dominus pingenti olim praestabat; sic rerum gestarum scriptores, non faciunt ipsi operis sui materiem, poetarum more, sed ab iis accipiunt, qui scribenda gesserunt. Ergo etiam optimi quique viri interdum venient culpandi: pessimi quique, rarenter fortasse, at venient tamen nonnunquam laudandi. Eapropter reprehensus a nostro est Timaeus, ille historicorum maledicentissimus, quod Agathoclis tyrannorum omnium, quos Sicilia tulit, immanissimi, dotes ingenii et facta laudabilia vel dissimulasset, vel in contrarium detorsisset. an Polybius vir integerrimus tyrannidem Agathoclis probabat? ille vero non magis hunc probabat, quam Aratum oderat. Sed aliud est tyrannidem commendare, aliud egregie fa-

ctorum exempla, a quocunque tandem profecta, siue amico, siue hoste, aut excellentem ingenii praestantiam, non sinere indictam. caussam affert Polybius, quia fallere non minus videtur, qui gesta praeterit sciens, quam ille, qui nunquam facta fingit. Pari item ratione Sozomenus ecclesiasticae historiae auctor, orthodoxorum hominum contentiones, iurgia, perfidiam multorum, et alios defoedos naeuos narraturus, ἐθελοκακε προαιρέσεως opinionem deprecatur: non enim illa se scribere, quod voluptatem ex talibus caperet, sed volentem nolentem, quoniam infecta reddere, quae facta essent, non posset, quae gesta autem essent, silere; hoc vero esset veritatem prodere et historiae legitimae iura corrumpere. μάλιστα, inquit Sozomenus, τῆς ἀληθείας ἐπιμελεῖσθαι χρεὼν, διὰ τὸ τῆς ἱστορίας ἀκίβδηλον. et iterum, πάντα δεύτερα ποιεῖσθαι τῆς ἀληθείας τὸν συγγραφέα προσήκει. Iuuat enim adhuc commemorare candoris Polybiani testimonium, sed insigne. Erat reipub. Achaeorum vetus cum regibus Aegypti foedus, quod cum singulis eorum, modo conditionibus iisdem, modo multum diuersis, fuerat renouatum. Accidit Olympiade CXLVIII. vt Ptolemaeus Epiphanes, ea de re legatum Demetrium ad Achaeos mitteret. Scissa tum erat resp. illa in factiones duas; quarum alterius principes censebantur Philopoemenes et Lycortas nostri pater: alterius cum alii, tum Aristaenus quidam. Quum parti Philopoemenis amicitia Aegyptii probaretur; fit decretum de renouando foedere, eaque fine Lycortas ad Ptolemaeum mittitur. it Lycortas, redit, legationem renuntiat. Aristaenus, qui foederis simpliciter fieri mentionem audiret; gnarus plures ac diuersas pro temporibus fuisse eius formulas; petit in concilio a Lycorta, ecquodnam e multis foedus esset instauratum? ad hanc inimici vocem silere Lycortas, nec quod mutiret inuenire. euenerat enim stupenda quadam Philopoemenis atque ipsius negligentia, et consiliariorum Ptolemaei parili stupore, aut quod potius arbitrer, et verius est, astu, vt totum illud tanti momenti negotium, temere, sine vlla distinctione transigeretur, quod grauissimum

mum peccatum, in eius loci praeſertim et dignitatis viris, magna et iuſta vtrumque ignominiae macula aſperſit. Hanc hiſtoriam Polybius ita narrat, quaſi de hominibus loqueretur, nulla notitia ſibi coniunctis, qui tamen alterius erat filius, alterum parentis loco ſemper coluit. ſed memor vir ſummus legis a ſe rogatae, maluit in hiſtoria veritatis amicum ſe probare, quam φιλόφιλον aut φιλοπάτορα. Non viuebat, opinor, Lycortas, cum illa filius ſcribebat, ſed ſi vel maxime vixiſſet, non fuit Polybio verendum, ne hac ingenua libertate patrem offenderet. Leuia ingenia quia nihil habent, nihil ſibi detrahi patiuntur: magni viri, et fiduciam magnarum rerum habentes, adeo fidelium hiſtoricorum veritate non offenduntur; vt contra ſuos ipſi errores et fruſtrationes generoſo animo profiteantur. Hippocratem a ſuturis capitis fuiſſe deceptum neſciremus, niſi ipſe memoriae prodidiſſet. Caeſarem magnum ignominiam ingentem ad Dyrrachium accepiſſe, et magnis ſaepe in tua Gallia, DOMINE, detrimentis fuiſſe affectum; niſi ipſe narraſſet, vix hodie ſciremus. nam quaecumque Dio, aut alii ſcriptores, iis de cladibus ſcripſerunt, prae iis, quae ipſe dicit, leuia ſunt. Quod ſi memorias veteres replicare voluerimus, ſolos inueniemus Tiberios, Caligulas, Nerones, Domitianos, Commodos, qui fidei praeclaros ſcriptores, Cremutium Cordum, Liuium, Suetonium, Arulenum, Senecionem et his ſimiles, exoſos habuerint. Illud vero in hoc auctore eximio, quam eximium et inſigne? quod miraculorum commenta et omnem παραδοξολογίαν acerrime inſequitur: cauſſas vero cunctorum geſtorum diligentiſſime ſcrutatur. nimirum ex eo, quod poſterius diximus, alterum illud prius naſcebatur. propterea enim oſor extitit omnium praeſtigiarum, quas vulgus temporibus priſcis mirabatur, quia rerum omnium et euentorum cauſſas veſtigarat: quis autem neſcit, antiqua paganorum miracula meras, vt plurimum fuiſſe daemonum illuſiones et humanarum mentium ludibria? ſcilicet pro vero credendum, quod toties in aliorum monumentis hiſtoricis legimus, ſanguine aut lapidibus pluiſſe; ſaxum viſum volitare, bouem

eſſe

eſſe locutum et ſexcenta iſtiusmodi portenta. quid iſta? Hannibali et Scipioni Africano praeſentem deum affuiſſe: illi Alpes ſuperare nitenti atque haerenti, viam praeiuiſſe, huic Carthaginem nouam temere inuadenti, aquas maris ſubduxiſſe. Eleganter non minus, quam vere ſolet Polybius dicere, ſcriptores annalium, qui talia chartis ſuis illinunt, tragoedias non hiſtorias componere. nam vt tragici poetae poſtquam turbata ſunt omnia, et fabula eſt impedita, atque ea facta eſt, quam Philoſophus δέσιν τȣ̃ δϱάματος appellat, vt exitum inueniant, et ſpectatores abſoluant, deo indigent et machina: ſic imprudentes hiſtorici, vbi ſummos duces magna auſa conſilio temerario, aut nullo adoriri fecerunt; poſtquam ad rerum difficultates eſt ventum, vt ſeſe expediant, tragico illo ſubſidio opus habent. Sed et vulgi imperiti cauſſasque rerum ignorantis opinio erat, hoc diuini auxilii commento eorum virorum gloriam mirum in modum augeri, quos omni laude volebant honeſtare. hiſtoricorum autem leuiſſimus quisque aut ſuperſtitioſiſſimus, tenendo et oblectando lectori, mirabilia quam vera narrare praeoptauit. eſt namque humanae naturae vitium, rara, inaudita, indicta, et vt ait Iſocrates, τὰς πεϱιττότητας καὶ θαυματοποιΐας amare. At noſter hic, ſolidiſſimi iudicii vir, vt iſta pro friuolis haberet, et contrariam narrandi viam ingrederetur, ille quem expoſuimus veritatis amor, et notitia cauſſarum effecerunt. Qui igitur ſciret, falſo dici primum Hannibalem cum exercitu Alpes traieciſſe, quas multo ante non ſemel Galli, Italiam petentes, cum magnis copiis ſuperauerant; ſciret etiam, prudentiſſimum illum Poenum, priusquam ex Hiſpania pedem moueret, miſſis ad Gallos, qui cis et trans Alpes habitabant, legatis; rebus omnibus tanto incepto neceſſariis prouidiſſe, narrationem illius expeditionis miraculorum quidem vacuam, ſed ſummae prudentiae plenam inſtituit. Scipionem quoque priusquam ab vrbe proficiſceretur, omnes negotiorum difficultates probe meditatum; non miraculo, ſed admirabili quadam prudentia Hiſpanias domuiſſe oſtendit: et eorum, quae ſcribit, Laelium Africani

aſſiduum

assiduum comitem, diligenter a se de singulis interrogatum, testem locupletissimum laudat. Innumera possent alia huc afferri, ex quibus de sincera fide et iudicio exquisito huius scriptoris, planissime queat constare. instar omnium hoc vnum esto. Legionem Romanam e quatuor millibus Campanorum compositam, quae Rhegium insignito perfidiae exemplo, belli Tarentini tempore, diripuit et occupauit, totam postea a Romanis securi fuisse percussam, scribunt Orosius, Iulius Frontinus, ipse etiam Titus Liuius, nec non alii: noster contra CCC. dumtaxat eo supplicio affectos narrat. atque eius sententiam verissimam certissimamque esse clare demonstramus in nostris commentariis. quid igitur Latinos illos impulit, vt tam liberali mendacio veritatem interficerent, vt cum Tertulliano dicam? grandidati videlicet rerum, quas exponebant, non simplici fidei studuerunt. Vt dubitare nemo debeat, Polybione, an aliis, qui res easdem diuerse prodiderunt, plus auctoritatis sit tribuendum. rara, grandia et miraculosa plerisque illorum tradere posteris curae fuit; nostro, vera, certa et fructuosa, delectare illi lectorem suum, noster doctrina ciuili instruere, propositum habuit. Qui etiam loco non vno profitetur, de voluptate quidem auditoribus paranda, quam scribentium plerique sectantur, non admodum sollicitum se esse: vtilitatis vero ad vitam pertinentis, tantam rationem habere, vt ad eam cuncta referat. omnes igitur amoenitates et reficiendo lectori diuerticula, in opere tam serio neglexisse, vt vni adhaereret rerum gestarum accuratae explicationi et obseruationibus, quae eodem pertinebant. Propterea historiam suam πραγματικὴν vocans, quod esset tota de negotiis gestis aut bellis; nec non ἀποδεικτικὴν, propter certitudinem narrationum, id se agere ostendit, ac saepius inculcat, vt vel artem quandam, et vt ipse loquitur, μεθοδικὴν ἐμπειρίαν rerum gerendarum politicis hominibus concinnet. Quamobrem, sicut verum est dicere, Polybium historiam sui temporis scripsisse; ita non minus verum est dicere, Polybium in historia quam scribebat, praxin politicae doctrinae et disciplinae militaris exercuisse.

Nihil

Nihil ille, paullo praesertim maioris momenti narrat factum, cuius non afferat et antecedentes et cohaerentes caussas cur ita sit factum, aut cur eum habuerit res exitum. simul autem et modum accurate explicat, quo singula fuerint administrata. Hinc illae non infrequentes digressiones, quibus aut naturam locorum declarat; qua non prius probe cognita, praeliorum descriptiones et similes expositiones, caecae, (nam sic ipse appellat) sint futurae: aut aliquod theorema politicum ex professo persequitur. Sic libro II. caussae quaeruntur mirabilis incrementi reipub. Achaeorum. Sic libro IV. de miserorum Cynaethensium infelicitate, et eius caussis, multis differitur. Sic libro IX. de institutione imperatoris, et disciplinis magno duci necessariis doctissime disputatur. Sic libro X. ratio tota dandorum signorum per faces, qua multum, idque mirabiliter, vsi sunt veteres, non solum exponitur, sed et nouis inuentionibus ipsius auctoris perpolitur. Sic libro XVII. cur phalangem Macedonicam, creditam prius esse inuincibilem, et quae reuera talis natura sua erat, Romanae legiones saepe vicissent, pulcherrime docetur, eiusque rei caussae manifestissimae certissimaeque afferuntur. Sic multa passim de officio historici, et legitimae historiae natura, inseruntur. Totus quoque liber sextus, digressio quaedam est a proposita narratione, sed Deum immortalem, quam ex vsu, quam docta, quam diuina! cum qua si componantur omnes omnium auctorum digressiones, nihil simile inuenias, nihil vlla ex parte comparandum. Exposuerat prioribus libris Polybius, quomodo Hannibal Italiam ingressus, populum Romanum tribus continuis cladibus ad Ticinum, ad Trebiam, ad Thrasymenum, iisque magnis attriuerat, et quarta insuper Cannensi, omnium longe maxima, pene deleuerat: eo certe redegerat, vt emersurus ex illo miserrimo statu numquam videretur. emersit tamen, et cum aduersa fortuna aliquamdiu luctatus; mox et Hannibalem Italia expulit, et pace cum Poenis in suas leges facta, ad spem imperii orbis terrarum sese erexit. Rei igitur stupendae, et omnibus saeculis inauditam caussam eo libró

aperit

aperit noster: caussa autem erat, ipsa reipub. Rom. forma et scientia bellandi, quae duo capita sic a Polybio explicantur, vt vel solus ille liber, qui nullo satis aestimari pretio queat, doctrinam, iudicium, peritiam pacis bellique artium et summam auctoris prudentiam arguat. Atque hoc in genere illud cum primis obseruatu dignum, quanta cura Polybius lectorem suum ad contemplationem verarum caussarum subinde reuocet, vnde successus siue laeti, siue illaetabiles manant: quanta item multorum veterum (atque vtinam horum tantum) opinionem stultam, de fortuna pendentium, reprehendat et confutet. Non enim pati poterat tantus prudentiae magister, in res humanas induci caecum illud caecorum hominum πλάσμα καὶ εἴδωλον, vt Democritus vocabat, quod *nullum numen habet, si sit prudentia.* Clamat igitur noster, τῶν συμβαινόντων τύχην αἰτιᾶσθαι, φαῦλον· Fortunam facere caussam euentorum, amentia est, quippe sapientibus, et qui rectis consiliis vtuntur, haut magni fortunam momenti esse, aut potius fortunam, quae nihil sit, nullam interuenire: non enim casibus regi, sed regere magis prudentem casus: mentem, rationem, virtutem, pietatem dominari. Qui si aliquando parum sibi videtur constare, fortunam ipse quoque nominans, et vim illius agnoscens; non tam sententiae errorem eum esse, quam loquendi consuetudinem quandam, abunde probatum est in nostris commentariis. Vbi etiam illorum errorem supinum atque insanum magnum validissimis rationibus confutauimus, qui male de diis et diuina prouidentia Polybium sensisse, ausi sunt scribere. Adeo homine imperito nihil quicquam iniustius. Quid iniustius, quam ἀθεότητος a male feriato politico et Theologastro omnis humanitatis imperitissimo eum virum damnari, qui Arcadiae patriae suae praecipuum decus ponat ἐν τῇ εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ, in pietate erga deum? qui locis sacris belli tempore non parcere, vltimam sceleris atque immanitatis lineam putet? qui pacis post diuturnum bellum insecutae, primum et omnium pulcherrimum fructum agnoscat, aedes sacras dirutas aut collapsas instaurare; neglectas diuini cul-

tus

tus ceremonias in vſum reuocare? qui ciuitatis bene et legitime ordinatae primam omnium conditionem ponat, vt in ea religio vigeat? qui magnitudinem imperii Romani, pietati illius populi ferat acceptam? qua quidem vſque eo Romanos vult excelluiſſe, vt etiam ſuperſtitioſi ſapientum iudicio videri poſſent: verum, quam ſuperſtitionem alii vocant, inquit, ea eſt apud Romanos ὑπερβολὴ pietatis. qui toties bona bonis prouenire, malos male perire, bene conſulta parum bene interdum cedere παρὰ θεῶν καὶ τοῦ δαιμονίου, dei nutu atque numine, pronuntiet? qui denique omnia miraculorum commenta ex hiſtoria, quam πραγματικὴν appellat, quum ſtudio magno eliminet; verbis tamen diſertis libro XVI. ea miracula, quae ad firmandam opinionem de deo eiusque potentia pertineant, et admittat et commendet. Poterantne a miſero ethnico illuſtriora inclinati ad pietatem animi proficiſci teſtimonia? ſed vt melius conſtet, qui fuerit Polybii ſenſus, quae ſententia ſuper quaeſtione tam graui de rerum humanarum gubernatione; verba Suidae, hominis Chriſtiani, qui diligentiſſime illius ſcripta legerat, hic deſcribam. *Fortuna*, ait ille, *apud Graecos et paganos, eſt gubernatio mundi ſine vlla prouidentia, aut rerum curſus ab incertis ad incertum, et id quod caſu ſponteque euenit. at nos chriſtiani* DEVM *omnia adminiſtrare confitemur: idque etiam Polybius dicit.* Pudeat nunc eos, qui crimen adeo tetrum tam bono ſcriptori auſi ſunt impingere. Pudeat illum politicum, qui audire chriſtianus quum vellet, de cauſſis conuerſionum, quae imperiis accidunt, tam infeliciter et abſurde pronuntiauit, ad numeros lectorem ſuum reuocans, quam docte et grauiter Polybius libro ſexto; cum futuram olim mutationem in Romana repub. cuius florentiſſimam tunc cum maxime aetatem ipſe videbat, centum fere annis prius, quam eueniret, veriſſime praedixit. Poſt tot tantasque et eas adeo inſignes rerum virtutes, facultatem dicendi in auctore tam nobili laudatum ire, pars fuerit iniuriae. in quo nulla quum eloquendi virtus rerum ſcriptori neceſſaria deſideretur; hoc fundamentum ingentibus illis, quas oſtendimus, ſuper-

superstructum molibus sic obruitur, vix vt appareat. Non deest, sed non eminet in Polybio facundia. nihil vero est iniquius illis, qui nullam putant esse eloquentiam, nisi vbi nihil est praeter eloquentiam. Semper mihi apprime placuit Diodori Siculi sententia, vehementius in historico eloquentiae studium improbantis. Verborum enim curam nimiam, rerum fere par sequitur incuria. Oratio vultus animi est. vt hic fuerit grauis aut solutus, ita etiam illa vel seuera erit vel mollis. Polybii ingenium verbo iudicauit excellens auctor Strabo, quum illum appellauit τὸν ὄντως ἐσπουδασμένον ἄνδρα, virum adeo serium, et rebus seriis deditum. nam hoc voluit Strabo. non dubitabunt periti de rectitudine huius iudicii et elogii veritate, qui diligenter expenderint. inest sane in huius scriptis gratus quidam sine vllo fuco veritatis color, et quod Graeci critici appellant τὸ ἔμπρακτον καὶ τὸ ἐναληθὲς τῶν ἐννοιῶν. Equidem rideam an indigner nescio, quoties apud Dionem Pharsalicae vel Philippicae aut similium pugnarum descriptiones lego; in quibus eloquentiae plurimum, bellicae vero artis et tacticae peritiam nullam penitus animaduerto: vt de historicis aliis nihil nunc dicam, ne Dioni quidem vllo pacto comparandis. Dares eadem praelia Polybio describenda, in re eadem, nihil idem diceret: omnia alia et diuersa. neque enim eo proposito ad praeliorum descriptiones accedit, vt in depingenda negotii facie rhetoricetur: verum vt, ceu Xanthippus aliquis tacticus, vsum eius disciplinae in ipsis rebus lectorem doceat, caussas hinc victoriae, illinc cladis ob oculos ponat, quid in eligendo belli campo, quid in ordinanda acie, quid in subsidiis disponendis, quid in procurrendo concurrendoue, aut excipiendo hoste bene aut secius fuerit factum: quis leuis, quis grauis armaturae fuerit vsus: equitesne an pedites ad summam operis plus momenti attulerint. Ad harum rerum expositionem si orationem noster adhibuit nullis calamistris inustam, nullis fractam cincinnis, ac ne diligentius quidem comptam, sed masculam et quodammodo militarem, opus, credo, censorium fecit. Vt poma quaedam sunt suauiter aspera, et

in vino nimis veteri ipſa nos amaritudo delectat, ſic in ſeriis magnisque ſcriptoribus minus interdum culta dictio, non ſine auſteritate quadam iuuat. Et eſt ſane Polybiana dictio eiusmodi, in qua multa verba, multas obſeruo locutiones in caſtris natas, et glorioſum illum Martis puluerem, potius quam rhetorum lecythos et pigmenta redolentes. quidni autem? maluit Polybius exercere in agendis rebus quantum habuit eloquentiae, quam inerti otio ſeſe dare, vt ſequeretur, quantum eius poterat per ingenium conſequi. Nam quid aliud ab eo exigas, cui paullo poſt quam ex ephebis exceſſerat, legis annariae gratia facta eſt a concilio Achaeorum, vt negotiis ſe immiſceret, ac legatus in Aegyptum cum patre Lycorta et Arato Arati F. proficiſceretur? factum eſt hoc decretum, circa principium Olympiadis CL. Vnus, credo, fuit ex omnibus antiquis Dionyſius Halicarnaſſeus, qui propter dictonis incuriam et minus accuratam verborum comprehenſionem, tantum virum impolitiae notare ſuſtineret. cuius critici putidae moroſitati, ſic alibi reſpondimus, vt aequis iudicibus noſtrum iudicium probatum iri confidamus. Neque tamen naeuos, ſi qui ſunt in hoc pulcherrimo corpore, diſſimulauimus. nam equidem ſicut eos, qui maligne ſcripta aliena tractant, ſceleſtos et publica omnium exſecratione digniſſimos cenſeo; ita, qui ſine cura diſcriminis omnia pariter laudant, cur ſint laudanda non intelligere, perſuaſum habeo. Et fuit quidem felicitatis populi Romani pars non poenitenda, ſempiternae gloriae per eum virum fuiſſe commendatum, qui ipſe quoque in eo ornando propriam ingenii gloriam erat conſecuturus, ſed et Polybii magna prorſus extitit felicitas, in ea tempora incidiſſe, quae materiam digniſſimam facultate et copia ſua ipſi ſubminiſtrabant. Scitum vetus eſt, omnium imperiorum, ſicut ceterarum rerum humanarum tria eſſe tempora; primordium, ſummam incrementi, inclinationem ad interitum. Graeci melius, ἀρχὴν, ἀκμὴν, παρακμὴν aut φθοράν. haec quum natura ſint diuerſa, etiam ſcriptoribus admodum diuerſam ad ſcribendum materiam ſuppeditant. Principia incerta, fabulis

bulis inuoluta, tenuia: semper enim, modo primumque nascentia sunt minuta. postrema tempora, ipsa quoque, sed ex alia caussa, attenuata, et vitiis deformia, vtpote exitio propinqua. solum est medium tempus, quod vigoris florem obtineat; siue ad experiundum, siue ad scribendum, aut cognoscendum, pulchrum et optabile. Respub. Romana, vt obseruat Polybius, si qua vlla vmquam alia, omnes temporum diuersitates secundum naturae communes leges est experta. quae ab obscuris, fabularum plenis, et oppido exilibus profecta principiis, per annos ferme ɪↄ cum populis Italiae pepetuum quasi bellum varia fortuna gessit. Tantae molis erat orbi terrarum dare caput. deinde vbi semel pedem extra Italiam extulit, dictu mirabile, quanta cum sua gloria, quanto cum stupore tunc viuentium et videntium, Europam, Asiam, Africam, triumphis peragratas, dominationi suae subiecerit. Haec fuit et reipub. et virtutis Rom. ἀκμὴ, et praecipuus vigor. quod tempus vulgo historici ad cc. vsque annum extendunt. sed spatii huius vltima ciuitatem sanguine ciuili foedatam habuerunt, et luxu, postquam victores Asia capta cepit, multisque aliis vitiis corruptam. Eam partem Polybius non attigit, non vidit, qui ipsam dumtaxat ἀκμὴν τῆς ἀκμῆς, vt sic dicam, et purissimam laudatissimamque partem florentis reip. Rom. ad occupandum ingenium, singulari felicitate aurei illius temporis, materiam est nactus. Quare historiae huius non postrema haec laus est, quod in parte versetur rerum Romanarum longe nobilissima; siue virorum virtutem spectes, siue publica instituta, aut mores, siue gestorum magnitudinem. Quum autem inter excellentis historiae conditiones doctissimi veterum hanc cum primis ponant, vt certi interuallo temporis circumscribatur, et a notabili principio ad notabilem finem perducatur; hanc historiae legem, (vt quidem illis placet) a Polybio mirifice esse obseruatam, inuenimus. Ille principio cum ad scribendum animum appulit, annorum ʟɪɪɪ. res gestas suscepit explicandas; ab anno primo Olympiadis cxʟ. et initio belli Punici ɪɪ. ad finem belli Persici, et regni Macedonici

cedonici vltimam euerſionem. quo ſpatio affirmat Polybius, et incepiſſe et conſummata eſſe imperii Romani incrementa. recte, ſi modo intelligatur, vt in noſtris animaduerſionibus eſt expoſitum. Geſtae igitur ſunt eo temporis interuallo, tot tantaeque res, quot et quantae nullo vnquam ſaeculo pari numero annorum. Ante omnia bellum occurrit Punicum II. bellum, viribus partium, generoſitate ducum, magnitudine cladium, varietate caſuum, euentorum conſequentia, omnium, quae vbiuis terrarum geſta vnquam ſunt, maximum. finem huius initium Macedonici cum Philippo excepit; ob veterem Macedoniae regum famam, et Magni Alexandri gloriam, bellum nobiliſſimum. Secuta ſunt, Antiochicum et Aetolicum, illud cum rege Aſiae opulentiſſimo, et terra marique vi copiarum ingente inſtructiſſimo: hoc cum populo omnium ferociſſimo, et qui bellandi decus ſibi vni vindicabat, ſeque eo nomine impotentiſſime iactabat. his interiecta ſunt minora iam alia bella cum Inſubribus, Boiis, ceteriſque Gallis trans Alpes Italiam incolentibus. Poſtremum fuit Macedonicum alterum cum Perſe Philippi F. in quo illa antiqua Macedonum regia, cui aliquando ἦν Ἑλλὰς αὐτὴ σμικρὸν οἰκητήριον· imo vero, cui capiendae orbis terrarum olim paruus erat, exemplo penitus miſerando, eſt exſtincta. Tum primum omnes et Orientis et Occidentis nationes attonitae, magnitudinis Romanae ſtupore coeptae ſunt defigi, ac vim ineluctabilem fatorum intelligere, quae Po. Ro. imperandi honorem deferebat; ſibi parendi neceſſitatem imponebat. Quae admirabilis rerum vniuerſi mundi conuerſio, Polybium initio impulerat, vt hoc tam memorabili fine hiſtoriam ſuam terminaret: paucis tantum annis inſecutae pacis adiectis, vt quam modis omnibus laudabilis eſſet forma regendi imperii, qua Po. Ro. vtebatur, et cunctis quidem omnium ſaeculorum gentibus, ſed praecipue Graecis ſuis teſtatum faceret. Ac quoniam non vnius tantum populi huius res peragere inſtituerat, ſed Romani quidem primario; deinde autem et ceterorum totius orbis populorum omnium, paullo ſaltem nobiliorum; multa de re-

gum

gum Syriae, Aegypti, Ponti, Cappadociae, Perfidis, aliarumque gentium rebus, ordinem fecutus temporum, inferuit, propter quae, opus fuum καθολικὴν ἱστορίαν, quafi vniuerfalem hiftoriam dicas, iure nominat. Eft hoc quoque hiftoriae Polybianae grande atque infigne decus, quod non de vna tantum aut altera natione fuerit inftituta; verum de omnibus, quae toto orbe illis temporibus nofcebantur. Cuius generis hiftoria, quum reliquas eius formas tantum dignitate fuperet, quantum parte aliqua fui totum eft praeftantius; iis cum difficultatibus eft coniuncta, vt poft hominum memoriam perquam pauci fuerint reperti, qui oneri tanto fubire auderent, quorum autem humeris onus illud bene federet, pauciffimi. Plane inufitatam animi magnitudinem, et parum vulgo confuetum ingenii modum prae fe fert, qui vniuerfalis hiftoriae, qualem Alphonfus X. Caftellae rex folitus optare, fcriptionem πραγματικὴν aggreditur. Proprias vero laudes eiusmodi hiftoriae, fi commemorare velim, nimis longum faciam, et praeclare nofter hic ea fuper re nonnulla operis fui initio. Vel illud quantum eft, quam admirabile? poffe aliquem mortalium, illam Dei ter maximi πολυποίκιλον et inenarrabilem fapientiam, quae non vnam aliquam aut alteram regionem, fed vero mundum vniuerfum regit ac temperat, quafi veftigiis perfequi, mente capere, et ftilo enarrare? quid de populis Orientis, quid tempore eodem de Occidentis diuina ftatuat prouidentia, quid vel fubleuandis vel premendis ad Aquilonem Auftrumue gentibus, eadem decernat. Tot res, tam varias, vel animo poffe capere, magnum fit: quid componere inter fe, in ordinem digerere, et in vnius hiftoriae faciem concinnare? hoc demum illud vere eft, quod initio dicebamus, miniftrum prouidentiae diuinae in terris agere. Polybius igitur, tantis de rebus tam exquifitae formae hiftoriam, quam moliebatur, vltra illos LIII. annos, et paucos alios pacis curam fuam non extendebat. qui tamen eo labore perfunctus, nouam hiftoriam annorum circiter octo, eorum bellorum, quibus ipfe vt plurimum interfuerat, priori fubtexuit: a principio Cel-

tiberici ad deletam a Mummio Corinthum, et in formulam prouinciae redactam Achaiam: nec non ad Carthaginem paullo ante a Scipione captam, et ſolo aequatam. Scripſerat et de bello Numantino, ſed ſeparato a perpetua ſua hiſtoria volumine, vt auctor eſt Tullius. Porro vniuerſum quod modo expoſuimus argumentum, libris XL. Polybius fuerat complexus, vel potius duodequadraginta. primus ſiquidem et ſecundus, apparatum ad hiſtoriam primario ſuſceptam, non ipſam hiſtoriam, continent. Nam quia Graecis hominibus illa aetate res Romanae, ſua memoria vetuſtiores, parum erant cognitae, prudentiſſimus ſcriptor ex vſu futurum putauit, ſi reip. illius tempora ſtrictim attingeret, a capta Romana per Gallos duce Brenno, ad primum extra Italiam cum claſſe tranſitum: et paullo vberius a prima traiectione in Siciliam, quando bellum Punicum primum eſt conflatum, ad Punici II. annum primum. quas ille res cum Graecanicis aliorumque populorum ratione temporum congruentibus, in illa duum librorum praeparatione comparauit. At quam dolendum, nec ſine indignatione ſumma memorandum, quod auctoris tanti tam excellens opus ſuperiorum ſaeculorum barbara ignorantia magna ex parte nobis inuidit? quando id vulnus reip. literariae fuerit impoſitum, difficile eſt pro certo affirmare. Conſtantinum Porphyrogenitum, pandectarum politicarum ex hiſtoriis compoſitorem, integrum opus habuiſſe, nullus dubito. Suidae quoque grammatico, ſuum illum centonem contexenti, reor equidem totum Polybium ad manum fuiſſe. idque ſatis manifeſto e fragmentis poteſt cognoſci, quae inde collegimus. Nunc, proh dolor! ſolos quinque primos libros, quales auctor reliquerat, habemus: cetera varia manu interpolata ad nos peruenerunt. Tres operis totius partes diſtinctas editio noſtra exhibet. Prima eſt eorum, quos modo dicebamus quinque librorum. Sequitur altera, excerpta continens a V. fine ad principium XVIII. ipſam, niſi fallor, illam epitomen, quam Marcus Brutus conficere orſus, non perfecit. qua de re plura nos alibi. Tertia quoque pars excerpta complectitur, ſed diuerſi generis:

neris: ſunt enim illa ipſa loca laudabilia, quae viri eruditi, iuſſu imperatoris Conſtantini excerpſerunt, vt titulo operis noui XXVIII. exemplis legationum deſtinato, inſererent. Quis ſatis pro rei magnitudine iacturam hanc queat deflere? habent quod doleant, qui literas Graecas amant, tam bonum eius linguae auctorem tam male fuiſſe acceptum. Habent hiſtoriae Romanae amatores, tam accuratum illius ſcriptorem tantum detrimenti eſſe paſſum. Habent qui res Syriacas et totius Orientis, regum ſucceſſiones, defectiones ſatraparum, bella ab Antiochis et Ptolemaeis geſta, multorum item aliorum ſiue principum, ſiue ciuitatium res, hodie ſciunt maiore ex parte ignorari. Habent etiam illi, qui in eccleſiaſtica hiſtoria Maccabaicorum temporum recte capienda, quantum ſit hodie difficultatis ex inopia veterum hiſtoricorum, non neſciunt: et quantum illi lucis Polybii hiſtoria, ſi integra extaret, foret allatura, ex iis, quae ſuperſunt facere coniecturam ſcibunt. Omnium vero maxime quod doleant habent, qui geſta maiorum eo animo legunt, vt ad vitae vſum illa referant; quique doctrinae ciuilis et bellicae ſeriam cognitionem praeſtantiſſimum hiſtoriae legendae fructum putant: neque neſciunt, ſuis potiſſimum vtilitatibus eximium hunc et πολιτικώτατον ſcriptorem iuiſſe conſultum. At enimuero cui bono amiſſa deflere, niſi eorum deſiderio excitentur generoſi adoleſcentes, vt tanto diligentius, quae reſtant, velint cognoſcere, et hoc Dei beneficio perfrui? deſinant igitur inutilium querelarum verae doctrinae candidati, et Polybium quem nunc maieſtati tuae, DOMINE, offerimus; non illum quidem integrum, ſed qualem tamen nemo adhuc vidit, grati excipiant: quodque pars adeo luculenta excellentiſſimi huius auctoris naufragio ſit erepta, eo nomine gaudeant, et publicae rei literariae gratulentur. Nos quidem totam Polybii hiſtoriam non damus, ſed vel in tota eminebant, ea ſine dubio damus. Et formam quidem vniuerſae ſcriptionis, ipſumque adeo auctoris genium, e prima noſtrae editionis parte, quae integra et ſine imminutione vlla notabili ad nos peruenit, licet hodieque cogno-

ſcere. Multa ſtudioſi in duobus praeparationis libris inuenient, nusquam alibi tam bene deſcripta, quaedam omnino apud nullum alium, neque Graecum neque Latinum, inuenienda. Punici primi hiſtoriam non plene quidem ibi narrat Polybius, neque enim id agebat; ita tamen, vt hodie in tanta bonorum librorum paucitate, plura de eo bello vnus hic quam alii omnes nos doceat. idem de bellis, quae Romani cum Gallis in Italia degentibus geſſerunt, eſt cenſendum. Libyci vero Carthaginienſium, multis nominibus cum primis memorabilis, hiſtoriam vni huic debemus. Reip. Achaeorum quondam illuſtriſſimae, primam inſtitutionem, augmenta et formam ex eodem apparatu cognoſcimus. Tres, qui deinde ſequuntur hiſtoriae legitimae primi, propter ſubiecti magnitudinem, varietatem ingentem, accuratam eius tractationem, doctrinae, qua ciuilis, qua bellicae vberrimam copiam, vt eos magni duces et politici diligentiſſime ſaepiſſimeque verſent, merentur. Secundae et tertiae partis excerpta, oſſa et nerui ſunt, carne et cute nudati. decus formae abeſt, et illa viui corporis venuſtas: vnde tamen fructus feramus vberrimos, abunde adeſt. Mihi quidem videtur M. Brutus, ſiue eſt alius, magno iudicio vſus, in iis ſeligendis, quae politico informando erant accommodatiſſima. Iccirco librum ſextum totum paucis exceptis ſibi ac nobis deſcripſit: quod de illius praeſtantia et vtilitate recte iudicaret. plane totus ille liber omnibus principibus, ducibus et politicis non legendus, ſed ad verbum eſt ediſcendus. Legationum excerpta quam potiſſimum vtilitatem ſpondeant, ipſo titulo profitentur. in eum namque finem fuere confecta, vt viri politici, quorum induſtria in ſimili miniſterio ſummi principes vtuntur, documenta inde ſumerent, ſibi vſui futura. Scire quae ſint legati partes, quis vſus datae poteſtatis, quae illum circumſtent pericula, doctrinae politicae pars minima non eſt. Expoſui cauſſas, DOMINE, cur rempub. cogitantibus et cum vtilitate omnium, ſuaque laude ſiue domi, ſiue militiae eam adminiſtrare cupientibus, hiſtoria quidem prae ceteris diſciplinis ſtudioſe ſit cognoſcenda; e cunctis

cunctis vero illius ſcriptoribus, qui vetuſtatem pertulerunt, Polybius praecipue notus ac familiaris eſſe debeat. Non erat alienum huic loco, vt inter hunc ceterosque hiſtoricos, tam Graecos quam Latinos, quid quantumque interſit, (et intereſt ſane haut parum) quid inter hanc et illorum hiſtorias ſit diſcriminis, expenderemus. Facit enim ad rem ſi quid aliud, cum in omni ſtudio, tum in iſto non minime, de auctoribus ſingulis, eorumque ſcriptis, quid ſit ſentiendum ex veris principiis ſtatutum habere. Verum quoniam longius iam neſcio quomodo oratio noſtra eſt prouecta, ea autem quaeſtio non adeo facilis, vt paucis queat abſolui; ne plane immemor videri queam, apud maieſtatem tuam ſermonem habere me, pulcherrimi argumenti, et ad cognoſcendum vtilioris, quam ad explicandum facilioris, tractatione accurata in praeſentia ſuperſedens; illud interim omni aſſeueratione confirmare nequaquam verebor, non poſſe aliquem neque Graecum inueniri, neque Latinum ex illo meliore ſaeculo, nedum e poſterioribus, quem non aliqua legitimae hiſtoriae laude, aut etiam pluribus, noſter hic antecedat. Magnus ſane ſcriptor Herodotus, et ſine controuerſia hiſtoriae pater, ſed qui ad *πολυμάθειαν* et rerum antiquiſſimarum cognitionem plurimum; ad eam vero quam quaerimus prudentiam, non multum ſit collaturus. Magnus et vir et ſcriptor Thucydides, qui a gerendis rebus ad easdem ſtilo perſequendas, quum ſeſe contuliſſet; hiſtoriae ad vſum politicorum ſcriptae mortalium, credo, primus, exemplum poſtfuturis mirandum potius quam imitandum dedit. Sed vir maximus, par ingenio argumentum non habuit. qua quidem re tanto eſt Polybio inferior, quanto Graecia, hoc eſt anguſtus terrae angulus, ceteris omnibus antiquae *οἰκουμένης* partibus eſt minor. vt de obſcuritate dictionis Thucydideae nihil dicam. Magnus Xenophon, et eius oratio quouis melle dulcior. ſed is belli pacisque artes in ficta hiſtoria ſerio docens, in ſeria et vera, de eo propoſito ne cogitaſſe quidem videtur. Thucydidem ille continuat; verum ita, vt ſit illi diſſimillimus. accuratior idem in Ana-

 baſi;

baſi, quae tamen vnius expeditionis narratio eſt, non alicuius imperii aut potentis reipub. legitima hiſtoria. Magni ſunt auctores Diodorus Siculus, Dionyſius Halicarnaſſeus, Ioſephus. Sed primus ille in priore operis ſui parte fabularem hiſtoriam, quum perſequatur; ne in altera quidem parte, licet praeſtantiſſima, eam rationem tenuit, quae politico informando erat accommodata. aliud enim, non hoc, ſpectabat. quippe in magna ingeniorum diuerſitate aliud alii natura iter oſtendit. Dionyſius Polybii aemulus, a primis Romanorum orſus temporibus, hiſtoriam ſuam eo perduxerat, vnde noſter, ſaeculo vno antiquior, ſuae principium duxerat. Hunc aliquis cum Polybio putet componendum? qui nullam vmquam reipub. partem attigit, qui exercitibus nullis vmquam praefuit, ac ne interfuit quidem, opinor, qui rerum vſum experientia collectum nullum habuit, qui hiſtoriae Romanae partem maxime exilem, maxime incertam et obſcuram (eiusmodi ſemper eſſe primordia antea oſtendimus) in qua ſe exerceret delegit, qui denique omne ſuum ſtudium dicendi paranda facultate poſuit. Ioſephus, populi vnius res geſtas et caſus memorabiles deſcribit; breuiter quidem et ſtrictim in originibus, vberius vero in altera hiſtoria: qui vir eximius, ſi materiam ad agendum primo, deinde ad ſcribendum, quanta Polybio obtigit, foret nactus, de dignitate et praeſtantia ſcriptionis merito ſuo dubiam atque ancipitem cum ipſo palmam potuit habere. Magnus vel potius maximus Plutarchus, ſed qui hiſtoriam πραγματικὴν ex profeſſo nunquam ſcripſerit, in huius comparationem venire non eſt aptus. multo minus Apianus, qui neque propria multa habet, et rationem propoſiti toto genere diuerſam eſt ſecutus. Cocceium Dionem inter nobiles Graecae linguae hiſtoricos poſſumus recenſere: ita tamen vt propter omnia alia potius videatur laudandus, quam propter illa, quae in Polybio admiramur. E veteribus Romanis, qui vsque in Graecorum ingeniorum comparationem ſunt euecti, magnus omnino auctor eſt Criſpus Salluſtius, ſed quem Polybius propter amplitudinem et varietatem

rietatem ſubiecti, iudicii rectitudinem, doctrinae copiam, qua ciuilium rerum, qua bellicarum, poſtremo propter illam, quae Graecis dicitur ἤθους διάθεσις, quaeque in hiſtoria vel maxime debet ſpectari, longe a tergo relinquit. quod ſi veritatem et libertatem iudicii hodierna ingenia ferre poſſunt; is profecto fuit Salluſtius, et vita et ſcriptis, qui omnium libidinum ſeruus, ſic aliorum vitiis perpetuo iraſceretur, quaſi inuideret. inde eſt illud trux et violentum dicendi genus, quo lectorem mirifice interdum afficit, trahit, rapit. omitto dicere de eius dictione, quam multi veterum valde laudarunt, multi non adeo, quidam vehementer improbarunt. Magnus, Deus bone, auctor T. Liuius, lactea quadam vbertate dictionis diuinitus facundus; amans virtutum, oſor vitiorum, rectus iudicii, rerum togae, rerum ſagi, etſi non ex vſu neque experientia, egregie tamen peritus: denique, ſi quid iudico, hoc ſolum ingenium (de hiſtoricis loquor) populus Romonus par imperio ſuo habuit. ceterum tantus et tam admirabilis ſcriptor, vt eloquentia Polybium facile vincit, quod ingenue fateor: ita aliis dotibus a Polybio non obſcure vincitur. nam vt de libro ſexto nihil dicam, et id genus aliis Polybii digreſſionibus, et tacticae imperitiam eſt vbi deprehendas, quod noſtri commentarii Polybiani dicent, et in cauſſis rerum aſſignandis, a ſincero noſtri iudicio, prae nimia ſuperſtitione non raro deflectens, aniles ineptias ſolidis rationibus, et certis illius demonſtrationibus anteponit. illa quoque tam frequens et tam accurata portentorum enumeratio, annon eundem hunc animi illius morbum palam facit? vt non abhorreat a veri fide, quod memoriae proditum eſt a nonnullis, Gregorium Magnum, pontificem religionis chriſtianae propagandae ſtudioſiſſimum, hac tanti ſcriptoris ridicula ſuperſtitione offenſum, ex omnibus bibliothecis eius hiſtorias curaſſe tollendas. Iulium Caeſarem hiſtoricorum omnium in ſuo genere primum et maximum, proter inſtituti diuerſitatem praetermitto. Vnus adhuc reſtat Romanorum Cornelius Tacitus, quem in hac contentione piaculum ſit omiſiſſe. Hic magni et acerrimi vir ingenii,

genii, nouae cuiusdam, grauis, concisae et sententiosae eloquentiae genere eximie praeditus; si a fortuna non esset destitutus, quae dignam ei tanta facultate materiam negauit, quemuis e principibus Romanorum, siue etiam Graecorum historicorum videtur potuisse prouocare. Nunc quum eiusmodi tempora constet ab eo, praesertim in annalibus, esse descripta, quibus nulla vnquam fuerunt turpissimis vitiis foediora, neque aut virtutum steriliora, aut virtutibus inimiciora; cum Polybii historia Taciti libellos velle comparare, hoc vero fuerit non Tacitum laudare, sed insignitam suam temeritatem propalam vulgare. Nam quid simile, quid vlla ex parte comparandum? non iam scriptores ipsos inter se contendo; quorum alter philosophus insignis fuit, rebus gestis vir clarissimus, alter, vt Romanus, ab omni philosophia alienus, nulla re publice vnquam gesta admodum memorabilis, sed de materia amborum loquor, quam nemo sanae mentis hic praecipue spectandam negauerit. Vt enim Thersites, quem Apelles aut Protogenes pinxerit, non eo minis est turpis, quia excellentis artificis penicillo est pictus; quin potius contra eo magis conspicua est illius deformitas, quo praestantior est, quae effinxit manus: sic improborum scelesta facinora cum a disertis viris sunt descripta, non minus quidem sunt detestanda, sed velut in editiore et illustriore loco posita, magis fiunt insignia. Quid igitur simile? florem ipsum Romanae virtutis, et vt dicebamus ipsam ἀκμὴν τῆς ἀκμῆς eius reipub. descripsit nobis Polybius: Regulos, Scipiones cum suis Laeliis, Fabios Maximos, Marcellos, Paulos Aemilios, Flaminios, Metellos, Mummios et similes his θεοειχέλες heroas: res domi militiaeque gestas, omnium, quae vlla vnquam memoria hominum sunt gestae, maximas: prouincias, nationes, regna, ad quae vix imperii Romani nomen peruenerat, stupenda breuitate temporis, imperio adiecta: exempla fidei, fortitudinis, iustitiae, generosae et altae mentis adeo insignia, vt prae raritate apud posteros fides factorum laborauerit. Cornelius Tacitus Tiberios, Caligulas, Claudios, Nerones, Vitellios, non homines, sed

huma-

humanae naturae prodigia, nobis narrat: populum multiplici patientia et foeditate obſequii turpiſſimum: ſenatores, alios meditatis adulationibus gratiam principis captantes, alios ſaeuitiae dominantis, vel turpiter inſeruientes, vel ſceleſte adrepentes, alios etiam infimas delationes exercentes, et optimo cuique exitium per calumniam ſtruentes: plures ſomno et libidinoſis vigiliis marcidos, ſegnitia ſeſe ab inuidia et periculo redimentes: poſtremo, ad vnam rem fortes, mortem ſibi conſciſcendam. Pleni ſunt Taciti annales non facinorum bellicorum, quae ita raro edebantur inſignia, quum non hoſtis metueretur, verum imperator, vt continuo exercituum otio creditum aliquando ſit, ereptum ius legatis ducendi in hoſtem, ſed ſenatusconſultorum adulatione nouorum, aut patientia poſtremorum: poenarum item bonorum, ab iis principibus irrogatarum, qui ipſum ſi poſſent virtutis nomen exſcinderent. crimina principum, voluptates, flagitia, inceſtus abominandi, lamentabiles veneni propinationes, parricidia; aulicorum proditiones mutuae, criminationes, conſpirationes et ſimiles artes accuratiſſime deſcribuntur, quarum rerum non tam cognitio poteſt eſſe fructuoſa, quam exemplum pernicioſum. veriſſime enim de talibus Plinio dictum, parum abeſſe a docente eum, qui narret. Sed Tacitum naſcendi ſors huic durae conditioni alligauerat, (qua de re ſaepius ipſe grauiſſime queritur) vt vel ſilendum ei eſſet, vel iſta ſcribenda. Tacitum igitur facile nos quidem excuſamus, illos excuſari non poſſe iudicamus, vt qui vnicum hunc hiſtoricum omnibus aliis anteponunt: vnum Tacitum politicis hominibus aſſidue terendum pronuntiant: vnum eſſe, vnde principes et principum conſiliarii documenta regendae reipub. petere debeant. cuius abſurditatem ſententiae ſi vellemus exagitare; facile probaremus, qui ita ſentiunt, eos tyrannidis principes hodiernos tacite accuſare, vel palam tyrannidis inſtituta videri velle eos docere. Quid enim principi, praeſertim iuueni, lectione illorum annalium eſſe queat pernitioſius? vt bona exempla, ſi ſaepe ob oculos verſentur, proficiunt, etiam non ſentientibus nobis: ſic

mala nocent: paullatim namque descendunt in animos, et vim praeceptorum obtinet frequenter legere aut frequenter audire. Sed longius abii quam institueram: redeo in viam et ad Polybium. Hoc igitur scriptore adeo praestante, adeo vtili, ne diutius carendum esset generosae indolis hominibus, qui literarum studium, cum actione rerum amant coniungere; Dei ope, et tuo, DOMINE, qui haec otia nobis praestas, immortali beneficio, labore vero nostro immenso, et mediocri industria, tandem est effectum. Erant infelicis Polybii membra, quae superiorum aetatum feritas barbara fecit nobis reliqua, huc illuc dispersa, nos collegimus, et ad similitudinem vnius corporis, quoad eius fieri poterat, redegimus. Erant pleraque confusa, caeca et miserandum in modum corrupta: nos digessimus, temporum luce illustrauimus, et pro copia librorum veterum atque ingenii sanauimus. Quam quidem ad rem iis exemplaribus, quae nobis bibliotheca tua suggerebat, non ita acquieuimus, vt aliunde subsidia non peteremus. Nam quum essem admonitus, penes serenissimum principem, Franciscum Mariae Secundum, Vrbini ducem VI. eximiae vetustatis codicem Polybii extare, egissemque per literas cum amplissimae dignitatis viro, Philippo Canio Fraxineo, tuae maiestatis tunc temporis apud seren. Venetorum remp. oratori, vt eius codicis vsuram mihi impetraret: adeo non grauate princeps sapientissimus, et quod iam olim re probauit, harum literarum et doctrinae Polybianae peritissimus, quod rogabatur siuit a se auferri, vt literis, quas ad me dedit singulari humanitate conditas, diserte significauerit, studio gratificandi maiestati tuae nihil sibi esse antiquius. Non parum instituto nostro codex ille, quo vix alium antiquiorem hodie putem extare, fuit vtilis. Iuuit postea aliquid et exemplar aliud serenissimi potentissimique principis Maximiliani Boiorum ducis, quod virorum grauium et amicissimorum nobis opera et fauore sumus consecuti. Iam quia erat Polybii sermo, vt hominis Graeci, plerisque eorum hodie quibus ipse scripsit, et quorum praecipue intererat posse illum intelligere, ignotus; neque ab

interpretibus prioribus quicquam auxilii poterat ſperari, qui neque omnia verterant, et pleraque omnia peruerterant: nos vt Romane loqueretur, et quidem ſi minus ornate, at intelligenter tamen et caſte; imprimis vt Graecis Romana congruerent, fide bona operam dedimus. Praeterea, quum in eius libris et multae magnae difficultates reperirentur, quae lectorem, in Graecis literis rebusque antiquis, praeſertim bellicis minus exercitatum, remorari, et lectionis fructum omnem poterant impedire; nos ſtudio et diligentiae contentione effecimus, (efficere certe conati ſumus) vt omnes ſiue rerum, ſiue et verborum obſcuritates tollerentur, omnes remorae amouerentur, omnia denique plana et facilia redderentur. Quin etiam memores eum auctorem interpretari nos, qui tot locis profitetur, ſicut oſtendimus, id agere ſe, vt in hiſtoria ſcribenda artem quaſi quandam rerum gerendarum ſtudioſis traderet: ipſi quoque ad iſtud inceptum hoc propoſito atque hoc voto nos accinximus, vt eorum potiſſimum adoleſcentium ſtudiis inſeruiremus, qui ad negotia ſeſe parant. Itaque in horum ſpem gratiae parum adhuc vſitatum in iſtiusmodi ſcriptoribus explicationis genus, abſit verbo inuidia, aggreſſi rationem iis indicauimus, ac veluti praeire viam ſtuduimus, quam ſi ingredi voluerint, certum ex hiſtoricis monumentis fructum, et ad rationes vitae nequaquam poenitendas vtilitates poterunt referre. Sed de commentariis in hunc auctorem noſtris, quorum editionem remorantur hactenus partim moleſtiae graues, quibus nunc curſus meorum ſtudiorum impeditur, partim figurarum ſculptura, quas ad rerum bellicarum illuſtrationem neceſſario adhibuimus, alius erit, ſpero, dicendi locus. Animi interim mei velut pignus aliquod vt exhiberem, quod in illo noſtro opere veterum tacticorum libris plurimum vtimur; aureolum eius generis commentarium, ab Aenea vetuſtiſſimo tactico ſcriptum, placuit nunc edere, atque opes tuae maieſtatis, in bibliothecae forulis reconditas, et praeſentibus et futuris viſendas fruendasque proponere. Hunc ego aliud agens quum inueniſſem, non ſtatim credidi eſſe illius Aeneae,

quem

quem ante annos minimum mille et nongentos, aetati Aristotelis, Demosthenis et aequalium scriptorum supparem, memoria tenebam vixisse: vbi vero attentior lectio non esse falsum titulum mihi persuasit; inuentione libri serio gaudens, et mihi ac literis gratulans, nullis vitiosissimi codicis portentis impediri potui, quo minus relictis rebus oblatum casu ἕρμαιον cum omnibus militaris literaturae amantibus communicarem.

En igitur ibi, DOMINE, humillimae obseruantiae meae, et mediocris diligentiae in curanda prouincia, quam tua maiestas mihi imposuit, grauissimos testes, Polybium et Aeneam, qui duo nobilissimi scriptores, quum et vitam se tibi debere fateantur; et omne id quicquid est, quod ad eos ornandos tuorum vnus subditorum contulit, tibi, vt par est, ferant acceptum; tantorum beneficiorum nequaquam fore se immemores aut ingratos, sed tuae erga omnes homines benignitatis, erga eos, qui ingenio sibi auctore famam repererunt, liberalitatis, nec non ceterarum ingentium virtutum, quas dudum in tua maiestate vniuersus orbis stupet, apud cunctos populos et omnium linguarum nationes vocalissimos se praecones spondent futuros. Dicet Aeneas, se militari scientia quondam clarum, per multa deinde saecula obliuione tam alta fuisse sepultum, vt ne nomine quidem esset notus: quod nunc aliqua saltem sui parte in lucem redierit, quod legatur, totum id regiae tuae esse munificentiae. Dicet Polybius, multum se quidem olim Nicolao Quinto Pontifici Maximo debuisse, qui restitutionem suam et optauit et primus inchoauit, sed melius fata consuluisse, quod sui seruati gloriam et decus integrum tibi seruarint. Sibi enim augustissimi nominis tui auspiciis, fauore et auctoritate esse opus, vt doctrinae quam affert praestantiam cum aliis, tum imprimis nobilitati Gallicae tuae possit approbare. Enimuero, DOMINE, in hoc tanto armorum silentio, in tam alta pace, qua tot iam annos immortali tuo, secundum omnipotentem DEVM, beneficio fruimur, quid est, quod nobiles regni tui adolescentes potius curent, quam hoc genus studiorum? aut quorum

aucto-

auctorum lectioni potius, quam horum et his similium, otii sui tempora impendent? est quidem nobilitati tuae ea ferocia et generositas animi ingenita, vt illo suo impetu ipsum, quod aiunt, caelum diruere posse videatur: eadem tamen nihilo secius doctrina opus habet; sine qua etiamsi quid, adiuuante natura, bene fiat, tamen id, quia sicut magnus dux apud Thucydidem ait, τὸ πιςὸν τῆς ἐπιςήμης scientiae certitudinem non habet, ac plerumque fortuito fit, neque plenam laudem meretur, neque paratum semper esse potest. Omnino tutissimum regimen actionum est scientia et notitia exemplorum, quae dat animis certum iudicium, quae in manu regulam ponit, ad quam facta sua aliquis exigat, cui credat recta esse, quae fecerit. Ad hanc scientiam, DOMINE, tua maiestas in ipsa prope pueritia, sine longo magisterio, inaudita quadam bonitate naturae peruenit. quippe adeo felix ingenium et capax recta discendi tibi Deus dederat, vt necessaria documenta ex ore doctorum, qui circa te erant, aut lectione librorum, velut in transitu raperes. Alia igitur audiuisti, alia legisti, in nonnullis etiam operae plus posuisti. Quid quod Iulii Caesaris libros de bello Gallico, quum spei tuae Florens Christianus esset admotus, in patrium sermonem illa aetate vertisti? Vidi ipse, vidi, et manibus hisce admirabundus codicem tractaui, qui tuam illam interpretationem continens, tuamet ipsius manu non ineleganter est descriptus. Memini etiam dixisse aliquando mihi tuam maiestatem, commentarios rerum abs te gestarum, esse tibi inchoatos: quorum perficiendi voluntas, si quando a publicae salutis curis respirares, non deesset. O faxint vtinam superi, et tu velis editione operis illius, tantis rebus gestis partam gloriam cumulare. nam quid dicendo valeas, et sermo quotidianus, et paucae orationes ex ore tuo dicentis raptim exceptae, arguunt, inimitabili quodam genere graues, et cum admirabili suauitate parem prae se ferentes maiestatem. Eat nunc sui ostentatrix vetustas, et Iulii Caesaris iactet eloquentiam. Caesari in priuatis laribus nato, in ea ciuitate educato, in qua ad consequendos honores plu-

rimum vis dicendi valebat, et necessarium hoc fuit a literis praesidium, et facile parabile. Tua maiestas prosatoribus orta regibus maximis, non ambitu neque suffragatione imperium meruit, sed nascendo. Caesar ad reip. gubernacula sero et iam aetate grandis accessit; tua maiestas, quum iam inde a prima adolescentia in ipsam bellorum ciuilium flammam incidisset, vbi semel negotiorum fluctibus coepit mergi, nullum exinde tempus, nullum diem, nullam, pene dixerim, horam a grauissimis curis et sollicitudinibus liberam habuit. Nam quis bella a te gesta, quis pugnas, et pugnis numero pares victorias enumerare valeat? quoties tua maiestas cum hostibus acie instructa et collatis signis dimicauerit, quoties ex itinere et agmen ducens, quoties per aliam occasionem? qua quidem in parte tanta felicitate es vsus, vt nullo vnquam e conflictu nisi victor redieris: nunquam hostiles acies videris, nisi iamiam vincendas, aut iam per te victas. Magnificum est et longe gloriosissimum, quantum habueris hostium, tantum posse ostendere te triumphorum. At inuenient tamen prudentes alia in tua maiestate, quae potius quam victorias tuas mirentur. Maius enim profecto, quam vicisse est, caussas vincendi in se habuisse: in quem finem et quatenus esset vincendum, quomodo victoria vtendum, sciuisse. Vicit olim Hannibal, vicit Marius, vicit Pompeius, vicit M. Antonius, vicere persaepe multi, quorum postrema primis quum non responderint, scire obuium est, plus illos fortunae, quam suae virtuti debuisse. Non in facto vera laus est, sed in eo, quemadmodum fiat. Tua omnia gesta inter se congruunt, omnia sunt vna forma percussa. Tibi quod imputet fortuna nihil quicquam habet. Vicisti, quia in Deo exercituum spem et praesidium pio animo ponebas. Vicisti, quia non solum lacertis, viribus et armis pugnabas, quibus plurimum tui quoque inimici valebant, sed consilio, auctoritate et caussa, quibus illi rebus tibi pares non erant. Vicisti, quia cunctis perfecti imperatoris artibus instructissimus, aduersariis tuis longe praestabas. omnium castrensium munerum numeros et callebas, et cum erat opus,

opus, obibas: laboris, inediae, algoris, vigiliae patientia et in excogitandis consiliis sollertia, in exsequendis celeritate, omnes mortales anteibas: locorum opportunitates occupare, in bonis haerere et habitare tuis, tuo tempore locoque praelium facere, hostem in alieno deprehendere, aciem ex vsu disponere, et formam ex omnibus conuenientissimam illi dare; vento, puluere, sole pugnare, admirabiliter noras: in praelium, quoties visa res postulare, primus ibas, praelio postremus excedebas, denique consilio dux, exemplo miles eras. Hae sunt artes, quae vt vinceres, vt in potestate fortunam haberes, tibi praestabant. Haec sunt, quae magis in te, quam tuas laureas, illi mirabuntur, qui non ex euentis, sed ex antecedentibus caussis facta casusque magnorum virorum aestimanda norunt. Iam si vrbes enumerare pergam, quas tua maiestas, vel obsidione aut machinis expugnauit, vel corona cepit, vel ingenioso aliquo stratagemate decepit, vel deditione accepit; *ante diem clauso componet Vesper Olympo.* Ego vero animi tui prope inauditam magnitudinem, non adeo ex iis, quas cepisti vrbibus posse intelligi contenderim, atque ex iis, quas capere quum posses, noluisti. Gaudeant sane alii oppidorum euersionibus atque excidiis, augeant inde suae superbiae titulos. Tua maiestas, bono humani generis nata, amplificatis non labefactis, ditatis non quassatis, seruatis non deletis vrbibus, et vult propter ingenitam bonitatem, et potest, propter incomparabilem fortitudinem, pari felicitate iunctam, vere gloriari. Sunto igitur principes alii Poliorcetae, vt volent: dum tibi, DOMINE, diuinum illum et longe gloriosissimum ΣΩΤΗΡΟϹ ac CONSERVATORIS titulum relinquant. Nam cui potius quam tibi hoc cognomen conueniat? qui bellum semper aliorum pace mollius gessisti, qui numquam non maluisti, fortunae te poeniteret tuae, quam victoriae taederet, quem vniuersae Galliae ciuitates, et quas cepisti vt seruares, et quas non capiendo seruasti, salutis suae auctorem, vitae, libertatis et omnium fortunarum vno ore praedicant conseruatorem. Ne de aliis nunc dicam, haec ipsa vrbs, haec re-

gia tua, et tot prouinciarum caput, haec iuſtitiae et muſarum ſedes, hic Europae ocellus, Lutetia tua, illa quidem fidei ſuos erga principes ſemper tenax, ſed non ſemper libera, vtroque a te ſeruata modo, vtra ex cauſſa plus tibi debeat, incertum habet. Deum immortalem! quae fuit illius diei ſpecies, quo vrbem nec opinantem, tot armatorum millibus ſtipatus, compoſito et modeſto ingreſſus agmine, ſine vllo terrore, ſine vlla direptione, ſine vlla noxa tibi illam aſſeruiſti, libertatem ſuam ipſi reddidiſti, hoſtem externum, cuius praeſidio captiua tenebatur, ſine tumultu, ſine caede, ſine ſanguine, partim nouitate exempli, cui ſimile nihil aetas vlla vmquam viderat, attonitum et ſtupentem, partim nominis tui terrore perculſum et virtutis tuae fulmine afflatum, exire praecipitem, et longe terrarum faceſſere coegiſti! quis tantae rei miraculum animo capere, nedum eloqui ſatis queat? cuius vrbis ruinam omnes timuerant, eam ſola laetitiae ſignificatio declarauit eſſe commotam. Vt enim vilis calculus decoctus, in ſmaragdum mutatur; ita miles tuus, etſi longa patientia irritatus, egenus, victor et triumphator; tuis tamen moribus temperatus, tuo exemplo formatus, tua prohibitione cohibitus, Catone abſtinentior, Xenocrate euaſit continentior et caſtior. Victorem igitur te Lutetia vidit et obſtupuit, ipſa ſe victam eſſe non ſenſit. Vrbem tu cepiſti, ipſa ſe captam eſſe non credidit. nihil enim eorum neque tibi, neque tuo exercitui voluiſti licere, quae victori in victos licent. nihil igitur illa eorum eſt experta, quae captis oppidis belli iure accidunt. o fortunatum, o auſpicem publicae ſalutis diem! panduntur iuſſu tuo valuae aedium ſacrarum: recta e porta maieſtas tua, quod in vrbe auguſtiſſimum eſt templum, adit: aris aduolutus auctori huius imperii et fundatori DEO OPT. MAX. gratias agis: tuum exemplum populus tuus certatim aemulatur: fit concurſus vndique. quid multa? iunguntur ciues ciuibus, et ſub vno capite diuerſa reip. membra coaleſcunt: victores et victi pari ambo fruentes gaudio, vno concentu, vno clamore, lacrymis prae gaudio per genas manantibus, PATREM PATRIAE te

conſa-

consalutant. o diem ad perpetuam rei memoriam a prudentissimis ordinis amplissimi patribus meritissime consecratum! cuius laetitiam, gaudia, gratulationes atque exultationes nemo tanta est, vel ingenii copia, vel facundia, qui possit enarrare. Adhuc tamen nonnullorum mentes, quos praua consilia et feruida temeritas ab officio longius abduxerant, stimulabat ille metus, ne, si in tuo victoris animo, et rerum iam potientis, sensus aliquis praeteritarum iniuriarum, vt fit, resideret, male sibi foret consultum. Multa illi quidem, de tua benignitate et indulgentia audiuerant, sed terrori nihilominus erat commune illud vincentium siue ius, siue error, summum victoriae fructum in vindictae licentia ponentium. igitur inter spem metumque ancipitibus cogitationibus fluctuantes, laetari palam, dolere in sinu: modo bene sperare, modo tremiscere. Eloquar an silebo? sed tacere me rei magnitudo non sinit: dicere gestientem verba deficiunt meritis paria tuis. Equidem hoc loco si poeta essem, pectus aereum mihi optarem, centum voces, et linguas in carmina centum, si orator, enthymemata Demosthenis, aut opulentiam Tullii: nunc qui nec poeta sim nec orator, verbis potius vtar Iohannis Papae ad Carolum imperatorem scribentis, atque illud audenter dicam, non si omnia syluarum ligna vertantur in linguas, suffecturas tamen commemorandis clementiae exemplis, quae super humanam euecta fidem, in ipsa victoria, aut iam victrix tua maiestas edidit. Claudius quondam imperator, in senatu Romano Romuli conditoris imperii admirandam fuisse sapientiam, hoc argumento probauit, *quod plerosque populos eodem die hostes, dein ciues habuisset.* At quanto, bone Deus, maior fuit tua sapientia, moderatio et clementia, qui etiam inter arma, etiam in acie persaepe, male sanorum ciuium, et micantium gladiorum mucronibus tuum latus petentium, quam maxime poteras sanguini pepercisti? postea vero quam quicquid fuerat inimicorum deuicisses, ipsius victoriae victor, sic repente praeteritarum noxarum memoriam deposuisti, vt non solum victos omnes ea ipsa hora pro ci-

uibus haberes, ſed hoc amplius, in priſtinos honorum et dignitatum gradus omnes edicto reſtitueres, multos inter miniſteria tua admitteres, multos in amicitiam et intimam familiaritatem tuam reciperes. Qui principem gratiae locum apud te quum ex illo tempore ſemper obtinuerint, et nunc quoque obtineant; documento omnibus ſunt, quam ſit tua maieſtas in offenſis exorabilis, in accipienda ſatisfactione facilis, in reconciliata gratia fidelis. non enim facile ſolum, ſed etiam ſemel placari ſoles. o niueum, o aureum pectus! o animum vere magnum, cui remedium iniuriae obliuio eſt, non vltio! o mentem, vt verbo omnia complectar, vere regiam! poſt tot victorias, tot inuſitatae merita clementiae, quum iam omnibus, qui vbique ſunt mortalibus eſſet expreſſa confeſſio, ſcire te vincere, ſcire tuos hoſtes debellare, ſcire debellatis parcere; vnus reſtabat ſcrupulus, qui tuorum animos otii et quietis cupidiſſimos, non parum angebat, quod an ſcires gloriae bellicae modum ſtatuere, adhuc ignorabamus. Veniebat in mentem, naturae legem perpetuam hanc eſſe, vt quibus artibus ingens aliquis decus ſibi quaeſiuit, eas plurimum adamet, eas libentiſſime exerceat, ab iis aegerrime reuocetur. Cogitabant praeterea homines, rem vnicam eſſe gloriam, cuius honeſta quidem, ſed inſatiabili auaritia optimi quique principes, et maxima ingenia teneantur. Te igitur bellicis a puero innutritum laudibus, ne materia deeſſet triumphorum, antiqua maiorum tuorum iura repetentem, bella ex bellis geſſurum, neque aut tibi aut tuis vllam quietem indulſurum. Hi tum vulgi ſermones erant, hic timor etiam eorum, qui ſupra vulgus ſapiunt: nondum videlicet tuarum omnium virtutum plenum iubar refulſerat, nondum tua maieſtas praeſtantiam ſuam totam patefecerat. Vt ſol quoties ab axe altero ad nos accedit, non repente totam ſui caloris vim in nos infundit, ſed paullatim ex vſibus noſtris eam diſpenſat; ſic tua maieſtas cœleſtem illam mentis altitudinem non ſtatim, verum temporibus ſuis et iudicio certo exeruit. prodeſſe enim tuis, non admirationem tui concitare voluiſti. itaque ergo quantus eſſes bellator, quam

clemens victor, sciebamus; illud nesciebamus, pacis et belli rationes, natura sua res diuersissimas, ex aequo tibi esse notas, et prout tua dignitas, aut tuorum vtilitas postularet, hoc aut illam probare. Merito tuo, DOMINE, omnis te ordinis homines ore celebrant, deuotione venerantur, amore complectuntur. Tu bello externo, quod credebatur fore multo diuturnius, finem non magis tibi quam vniuerso nomini Gallico gloriosum, imposuisti. Tu bello ciuili exstincto, quod metuebatur fore perpetuum, omnes turbas in tranquillum redegisti. Tu pacem, pacem almam, pacem augustam, pacem omnium bonorum largitricem, nobis dedisti. Tu vrbes ciuibus, ciues vrbibus, cultum agris, honorem sacris reddidisti. Tu vim legibus, iudiciis auctoritatem, ordini amplissimo suam dignitatem, ecclesiasticis debitam reuerentiam restituisti. Tu tranquillitatem domi suas artes exercentibus, securitatem itinerum peregre proficiscentibus, commoditatem nauigerorum fluminum commercia agitantibus, certam cuique rerum suarum possessionem praestitisti. Quae beneficia etsi videntur, et reuera sunt maxima, aliorum tamen meritorum erga nos tuorum magnitudine longo superantur interuallo. Annon enim omnibus ante dictis est maius, quod ciuium animos, longinquitate bellorum ciuilium mirandum in modum efferatos, ad concordiam et amorem mutuum perduxisti; eosque sibi inuicem ignoscere, et praeteritorum obliuisci, ignoscendo atque obliuiscendo docuisti? omnium vero maximum, praestantissimum, Deo acceptissimum est, quod stabilita ciuili concordia, ad generis alterius concordiam, cuius desiderio contabescunt boni, primus tu, DOMINE, viam muniſti. Et quis scit, an huius quoque restitutae gloriam, qua nulla potest maior optari, ac ne cogitari quidem, superi piorum votis et suppliciis tandem exorati, maiestati tuae reseruent? magnum inceptum, arduum et vix ab humanis viribus sperandum. Sed rerum a te gestarum magnitudinem ignorant, qui alia maiestati tuae putant conuenire incepta, nisi magna, ardua et a nemine mortalium praeter te exspectanda. Quid? hanc ipsam pacem praestare sartam te-

 ctam,

ctam, inconcussam, inuiolatam, alius praeter te poterat? aut quum febrem sanasses, quae remp. vexabat, parum multa restabant ἐμπυρεύματα, tua vnius arte et industria curanda? omitto bellum Allobrogicum e fauillis prioris incendii conflatum, quod tua maiestas eodem fere tempore et suscepit et confecit. Venisti enim, vidisti, vicisti. omitto coitiones alias, nullo strepitu, mira vigilantia a te disiectas. Nam vbi semel excelso animo tuo sedit, vtilem rationibus tuis, salutarem tuis populis esse pacem; ostendisti ea te esse constantia, vt expugnare tuum propositum nemo posset; ea futuri prospicientia, vt omnes impendentium motuum caussas, priusquam exoriantur, prouideas; ea virium potentia, vt omnibus prospicias, et inuitus cogi ad bellum non queas. Tumultuentur igitur pacis tuae inimici, moliantur quicquid volent: tam citra maiestatem tuam eorum impetus deficient, quam ipsi infra tuam iram sunt positi. Nemo sibi stulte adeo blandiatur, vt altam hanc animi tui tranquillitatem, rem putet esse precariam, de alieno arbitrio pendentem. Nullum est magnitudinis tuae certius argumentum, quam nihil posse ei, quo instigetur, accidere. Sic quum inferior pars mundi in tempestates subinde impellatur, quae supra lunam sunt, propinqua sideribus, manent in suo statu, semperque illic serenum est. *Lege deum minimas rerum discordia turbat, pacem summa tenent.* Quid nunc commemorem, hoc alto pacis tuae otio quemadmodum vtaris, et quibus illud curis impendas? quod quidem tuarum laudum ingens pelagus, si semel ingrederer, vereor vt orationi meae exitum possem inuenire. adeo est ea materia ad dicendum benigna. Ostenderem nullam esse reip. partem, quam non reformaris, non ornaris, ad cuius splendorem non aliquid vtile pariter et magnificum excogitaris. Dicerem, literarum studia et pacis omnes artes paene ex obliuione per te reuocatas, nunc cum maxime per te florere: multa insuper artificia in hoc regnum et hanc regiam, magno tuorum subditorum bono, a te primo esse inuecta, et vt suam illis sedem assignares, alteram velut vrbem in hac vrbe esse exstructam.

Enu-

Enumerarem tot ingentium operum ſtupendas moles, tot in vrbe, tot ad vrbem, tot per omnes prouincias ſuperborum aedificiorum ſubſtructiones, partim inchoatas aut iam profligatas, partim omnino perfectas: tot pontes fluminibus impoſitos, tot vias refectas: portus nouiter iuſſu tuo inſtitutos, flumina fluminibus iuncta in vſum commerciorum. Referrem, qui ſit tuae maieſtatis etiam in hac aetate vigor, perpetuo gaudens motu; cui, ſi quando leuare animum ab influentium negotiorum cura lubeat, inſtar ceſſationis eſt, luſtrare ſaltus, excutere cubilibus feras, equum agitare, arma tractare. Narrarem denique, rerum geſtarum magnitudine, fama prudentiae, aequitatis et fortitudinis, maxime autem per hanc ipſam pacem, in illud gloriae faſtigium tuam maieſtatem eſſe euectam, ad quod nullum principem a multis retro ſaeculis neque vidimus, neque audiuimus, ac ne legimus quidem perueniſſe. Nam qui locum principem inter chriſtiani nominis reges vna cum ſucceſſione huius regni a maioribus tuis accepiſſes; virtute effeciſti tua, vt hanc honoris tanti praerogatiuam, non magis ſanguini tuo, quam propriis in remp. vniuerſam chriſtianam meritis tuis deberi, omnes agnoſcant, omnes fateantur. Te principes potentiſſimi ſuſpiciunt, te reges latiſſime dominantes mirantur; ipſe cum primis pontifex maximus tua amicitia gloriatur. Tibi sereniſſima Venetorum resp. tranquillitatem ſuam fert acceptam, et cum pontifice ſartam gratiam, tuum interpretatur munus. Te foederatarum prouinciarum illuſtriſſimi ordines, ſuae libertatis defenſorem, ſuae pacis conciliatorem, ſui imperii protectorem, pleno ore profitentur. Tibi aſſurgit quicquid vbique mortalium colitur. O ſalue pacis magne auctor, periclitantium portus, rerum in Europa, ſalo et errore dudum fluctuantium, vnica ancora. Veneror DEVM OPT. MAX. vt qua benignitate hactenus cum tua maieſtate egit, eadem porro conſtanter agat. Sis ſemper domi fortunatus, ſemper in publicum felix, ſemper auguſtus, ſemper concordiae ſuaſor idem et vindex, orbis denique chriſtiani ſemper ſis arbiter.

PRAEFATIO IS. CASAVBONI.

DE PRIORIBVS POLYBII INTERPRETIBVS ET NOVA HAC VERSIONE.

Trium Polybii partium, quas noſtra haec editio ſeparatas exhibet, ſola eſt tertia, quam nemo ante nos, quod equidem ſciam, verterat. priorum duarum latinam interpretationem non defuerunt, qui aggrederentur, vt diſſimili propoſito, ita ſucceſſu diſpari. Primos quinque libros annis abhinc circiter CLX. Nicolaus Perottus Saxoferratenſis, poſtea archiepiſcopus Sipuntinus, iuſſu Nicolai Quinti, pontificis literarum amantiſſimi, latinos fecit. Partis ſecundae eclogas, quum Wolfangus Muſculus patrum memoria primus omnium eſſet interpretatus, non multo poſt Pompilius Amaſaeus, Romuli F. cur telam eandem denuo retexeret, iuſtam ſe cauſſam habere putauit. neuter tamen horum eclogam libri ſexti ſecundam, quae eſt de militia Romana, a Iano Laſcari conuerſam, auſus poſt illum tentare: quod fecit poſtea Iuſtus Lipſius, et nouam eius fragmenti translationem edidit. Hi ſunt, opinor, qui ante nos huius vtcumque decurſi a nobis curriculi, partem aliquam, maiorem alii, alii minorem decucurrerunt: omnes viri eruditiſſimi, et propter ſcripta ſua, quae in hoc aut alio genere literarum ediderunt, ſuis ſaeculis inter columina reip. literariae habiti. Ne quis igitur conſilium noſtrum calumnietur, aut leuitatis nos arceſſat, quaſi actum agere poſt tam illuſtria nomina, ſine iuſta cauſſa inſtituerimus; viſum eſt faciendum, vt de priorum interpretationi-

tationibus, quae noſtra ſit ſententia, in hoc veſtibulo operis exponeremus: quod quidem ſine inuidia, ſine ſucco lolliginis, ea ſimplicitate et animi aequitate ſumus facturi; vt bene actum iri nobiscum putemus, ſi poſſumus impetrare ab hodiernis ingeniis, vt parem candorem ad iudicandum de noſtris lucubrationibus adhibeant. Nos beneficio Dei ita nati ſumus, ita ab optimo et ſapientiſſimo parente educati, vt per alieni nominis ruinam velle creſcere, quod ſceleſti quidam hodie faciunt, ingentis piaculi loco ſemper duxerimus: vltimamque adeo furoris lineam eſſe a puero crediderimus, per turpitudinem velle ſplendere. - *tanti mihi non ſit opaci Omnis arena Tagi, quodque in mare voluitur aurum.* Sed ad rem. Igitur, vt a prima parte ordiamur, Nicolaus Perottus eius interpres, literarum Latinarum, quas perdiu docuit, exquiſite, vt illa erant tempora, fuit peritus, et cum primis curioſus, quod ingens ille in Martialem commentarius, ſub titulo Cornu copiae ab eo editus oſtendit. erat praeterea in hoc viro non vulgaris induſtria in Graecis ita vertendis, (quae quidem intelligeret) vt nullum perſaepe Graeci idiomatis in Latina eius verſione veſtigium appareret: quam interdum eſſe opus αὐτοφυὲς dicas, non alieni interpretationem. quod ſi par fides reſponderet, inter excellentiſſimos interpretes poterat ſine dubio Perottus recenſeri. Eſt operae pretium ſcire, quo fauore hominum fuerit ipſius verſio excepta eo, quo edita eſt ſaeculo. Paul. Iouius in eius elogio, poſtquam dixiſſet, translatum ab illo Polybium, haec verba ſubiicit. *Non defuere tamen ex aemulis, qui eius auctoris traductionem antiquiſſimam fuiſſe, furtoque ſurreptam exiſtimarint; quod Thucydidem, Diodorum, Plutarchum et Appianum, clariſſimo ingeniorum certamine conuerſos, vnus Polybius egregia fide Latinus, aequabiliter et praedulci Rom. ſermonis puritate prorſus antecedat.* Vides adeo conſentiens fuiſſe omnium de praeſtantia huius verſionis iudicium, vt etiam Perotti aemuli atque inimici fidem illius et elegantiam admirarentur. ratio autem eſt, quia nemo illis temporibus Italorum erat, qui amplius Graece ſciret, quam hic interpres:

pres: pauci qui tantum, quantum ille. Nos vero e contrario affirmamus, Perottum a fidelis interpretis laude tantum abeſſe, quantum qui longiſſime. Quod enim hodie plurimis vſuuenire videmus, vt poſtquam primis Graecae linguae praeceptis fuerunt imbuti, et communiſſima quaeque vocabula Graeca incipiunt intelligere, perfectam eius linguae ſibi videantur eſſe adepti cognitionem, qui reuera vix in cortina adhuc adſiſtunt; plane videtur etiam Perotto accidiſſe. cui ſi veniſſet in mentem cogitare, quantum ab ea notitia Graeci ſermonis abeſſet, quae Polybii interpretationem profeſſo eſt neceſſaria; ne Attalicis quidem conditionibus a Nicolao pontifice potuiſſet adduci, vt, cuius auctoris ne vnam quidem paginam recte intelligebat, eius interpretationem in ſe ſuſciperet. Quum autem docuerimus, nulla dote inſigniorem eſſe hiſtoriam Polybii, quam accurata pugnarum deſcriptione, et omnium eorum explicatione, quae ad rem militarem et tacticam pertineant; nullo pacto ferendus aut excuſandus eſt hic interpres, homo bellicarum rerum et totius tacticae adeo rudis et imperitus, vt qui in ceteris partibus hiſtoriae Polybianae multa neſciret, in deſcriptionibus praeliorum omnia ignoraret, omnia peccaret; atque eadem opera tanto ſcriptori, quod erat fere praecipuum eius decus, adimeret. Omnino praelium nullum, facinus militare nullum a Polybio fuerat paullo diligentius narratum, in quo grauiſſima et momenti maximi peccata ab hoc interprete non ſint admiſſa. qui quidem ἐντέχνων et diſciplinae tacticae propriarum vocum omnium ſignificationes, quum neſciret, vel eas omiſit, vel quiduis aliud, peſſimo exemplo, pro verbis Polybii ſubſtituit. Sic Tom. I. pag. 270. qui non intelligeret illas locutiones, ἐξ ὑποστροφῆς ἀναχωρεῖν, *ſe recipere ſenſim relato pede;* item, πρόβλημα ποιεῖσθαι τὸν ποταμὸν, quod etiam dicitur ἐν προβολῇ τὸν ποταμὸν, *munimenti loco flumen obiicere*, grauiſſimi loci ſententiam corrupit, et quod in memorabili Hannibalis facinore notauerat vnice Polybius, in verſione Perotti eſt diſſimulatum. Verba Polybii ſunt: νῦν δὲ πραγματικῶς καὶ συνεχῶς ἐξ

ὑπο-

ὑποστροφῆς ἀναχωρήσαντος Ἀννίβου, καὶ πρόβλημα ποιησαμένου τὸν Τάγον καλούμενον ποταμὸν, καὶ περὶ τὴν τοῦ ποταμοῦ διάβασιν συστησαμένου τὸν κίνδυνον. quae ita Perottus vertit: *Verum Annibal, praelio abstinuit, et callide hostibus cedens, castris supra ripam Tagi locatis, equitibus praecipit, vt cum hostem aquam ingressum viderint. adoriantur peditum agmen.* quam aliud Graeca, aliud Latina sonant? neque id mirum, nam Perottus securus verborum Polybii, Liuiana eorum loco infersit, ex illius lib. XXI. atque hac licentia ille quum passim vtatur, ne tum quidem ea abstinuit, quando Polybii et Liuii narrationes non consentiunt. Sic Tom. I. pag. 372. vt vnum e multis exemplum afferam; quia non capiebat, quid esset in tactica disciplina, ἐκπεριαγωγὴ ἐκ πορείας, *deflexio ex itinere recto, in dextram aut laeuam partem;* nec magis intelligeret vocem ὑποστέλλειν, *applicare se colli aut parieti, et praetexere sic vt minime appareas*, quod vernaculus sermo elegantissime appellat, *tapir*, pessime haec Polybii verba expressit, aut potius, nullo modo expressit. τοὺς δὲ Βαλιαρεῖς καὶ λογχοφόρους κατὰ τὴν πρωτοπορείαν ἐκπεριάγων, ὑπὸ τοὺς ἐν δεξιᾷ βουνοὺς τῶν παρὰ τὸν αὐλῶνα κειμένων, ἐπὶ πολὺ παρατείνας ὑπέστειλε· τοὺς δὲ ἱππεῖς καὶ τοὺς Κελτοὺς ὁμοίως τῶν εὐωνύμων βουνῶν κύκλῳ περιαγαγὼν, παρεξέτεινε συνεχεῖς, ὥστε τοὺς ἐσχάτους εἶναι κατὰ ταύτην τὴν εἴσοδον, τὴν παρά τε τὴν λίμνην, καὶ τὰς παρωρείας φέρουσαν εἰς τὸν προειρημένον τόπον. Pro istis omnibus haec posuit Perottus: *Baleares, omnemque leuem armaturam post colles circumducit. equites cum Gallis in ipsis angustiis locat: vt simulac intrassent Romani, obiecto equitatu, clausa omnia lacu et montibus essent.* Obsecro, hoc vertere est an peruertere? vbi fides? vbi pudor? sed fidus hic interpres pro iis, quae non assequebatur, Liuii verba reposuit: quem nos demonstrauimus in commentariis nostris adeo sui dissimilem in hac pugna describenda fuisse, vt a mente Polybii simul et a vero aberraret. quis igitur Perotti imprudentiam, ne quid grauius dicam, in hoc et similibus locis, satis miretur? sed vt intelligant militaris literaturae studiosi

ſtudioſi adoleſcentes, quam neceſſaria fuerit Polybii interpreti rerum tacticarum accurata cognitio, et quam multa Perottus eius diſciplinae ignoratione, aut praetermittere fuerit coactus, aut peſſime ſit interpretatus; age praelii alicuius deſcriptionem examinemus, et ſingula Polybii verba preſſius expendamus. Ea ſi lubet eſto pugna, qua Antigonus Cleomenem ad Selaſiam deuicit. habetur ſub finem libri ſecundi, eſtque a Polybio paucis verbis elegantiſſime deſcripta. Ait Polybius initio eius deſcriptionis, T. I. p. 242. τῆς ὁδȣ̃ μεταξὺ τȣ́των παρὰ τὸν Οἰνȣ̃ντα ποταμὸν Φερȣ́σης εἰς τὴν Σπάρτην. Perottus ſic: *Via inter hos media eſt, quae per ripam profluentis fluminis ducit Spartam.* quia nomen Οἰνȣ̃ντα formam habet participii, putauit eſſe, et vertit *profluentis.* ſic iterum mox, περὶ τὸν Οἰνȣ̃ντα ποταμὸν, *non longe a ripa fluminis.* vt certum ſit, neſciſſe illum amnis hoc eſſe proprium nomen. Hic Liuii ſui eum meminiſſe oportuit, et horum illius verborum libro XXXIV. *Quintus ſatis iam omnibus paratis, profectus ab ſtatiuis, die altero ad Selaſiam, ſuper Oenunta fluuium peruenit: quo in loco Antigonus Macedonum rex cum Cleomene Lacedaemoniorum tyranno ſignis collatis dimicaſſe dicebatur.* Sequitur apud Polyb. ἐπὶ μὲν τὸν Εὔαν ἔταξε τȣ̀ς περιοίκȣς συμμάχȣς. Perottus: *in Euam gregarium militem ac ſocios poſuit.* atqui non dicit Polyb. τȣ̀ς περιοίκȣς καὶ τȣ̀ς συμμάχȣς, ſed τȣ̀ς περιοίκȣς συμ. id eſt, *auxilia ſociorum finitimorum.* verum de voce περίοικος plura in commentariis ad hunc locum. Polybius: ἐν δὲ τοῖς ἐπιπέδοις παρὰ τὸν ποταμὸν ἐφ᾽ ἑκάτερα τῆς ὁδȣ̃ τȣ̀ς ἵππȣς μετὰ μέρȣς τινὸς τῶν μισθοφόρων παρενέβαλε. Perottus: *equites autem in planitie, ſupra vtramque fluminis ripam, cum parte mercenariorum collocauit.* omiſit illa τῆς ὁδȣ̃; quae verba eſſe otioſa et nos, cum iſta interpretabamur, putauimus. ſed mutauimus ſententiam et libris ſuadentibus et re ipſa. vertendum erat: *ad vtrumque viae latus.* Addit Polybius, Antigonum locorum naturam contemplantem, Cleomenis rationem in exercitu diſponendo, quam ipſe ϛρατοπεδείαν vocat, vehementer laudaſſe et iudicaſſe, non potuiſſe

com-

commodius aut prudentius neque peditem locari, neque equitem, ſed ſingulas exercitus partes conuenienter naturae ſuae, et ingenio loci fuiſſe diſpoſitas, cum ad cauendum, tum ad nocendum. Hanc ſententiam pulcherrimo et appoſitiſſimo ſimili Polybius ita exprimit: *συνθεωρήσας τὴν τῶν τόπων ὀχυρότητα, καὶ τὸν Κλεομένην πᾶσι τοῖς οἰκείοις μέρεσι τῆς δυνάμεως ὅτως εὐςόχως προκατειληφότα τὰς εὐκαιρίας, ὥςε παραπλήσιον εἶναι τὸ σύμπαν χῆμα τῆς ςρατοπεδείας τῆς τῶν ἀγαθῶν ὁπλομάχων προβολῆς· ὀυδὲν γὰρ ἀπέλιπε τῶν πρὸς ἐπίθεσιν ἅμα καὶ φυλακήν. ἀλλ᾽ ἦν ὁμᾶ παράταξις ἐνεργὴς, καὶ παρεμβολὴ δυσπρόσοδος. διὸ καὶ τότε μὲν ἐξ ἐφόδυ καταπειράζεσθαι καὶ συμπλέκεσθαι προχείρως ἀπέγνω.* Perottus, qui non intelligebat, quid eſſet *ὁπλομάχων προβολὴ*, id eſt poſitio laniſtae, ſiue magiſtri tractandorum armorum, ictum meditantis, ac ſimul ab ictu ſibi cauentis: nos vocamus *poſture*, vel *demarche*: vafro compendio ex hoc loco ſe ita explicuit. *Antigonus, vno tempore et difficilem locorum ſitum, et miram Cleomenis in diſponendo exercitu induſtriam conſpicatus, quippe qui nullum optimum ducis officium praetermiſerat, abſtinendum ſibi praelio in praeſens tempus exiſtimauit.* Quemadmodum autem vocem *προβολὴ* hic non intellexit, ſic alibi ignorans, quid eſſet haſtae vel ſariſſae *καταβολὴ*, falſiſſimam et ineptiſſimam Polybio ſententiam affinxit. Locus eſt libro v. pag. 681. in accurata deſcriptione pugnae ad Raphias. Ait ibi Polybius: *διὸ καὶ καταβαλόντες παραχρῆμα τὰς σαρίσσας οἱ περὶ τὸν Ἀνδρόμαχον καὶ Σωσίβιον ἐπῆγον.* id eſt, *Andromachus et Soſibius repente ſariſſis inclinatis, in hoſtem duxerunt.* eſt enim *καταβολὴ* haſtae, quae in itinere ſuper humerum impoſita fertur, aut erecta, aptatio ad inferendum ictum, et protenſio. at Perottus ſic: *qui cum Andromacho et Saſibio erant, abiectis repente armis, fugae ſeſe commiſerunt.* potuitne magis e diametro cum Polybii ſententia pugnare? ſed redeo vnde ſum digreſſus. In proxime ſequente periodo quid eſſet *λαβεῖν πρόβλημα*, de fluuio, quod modo exponebamus, omiſit, ac ſimul pruden-

tiae

tiae Antigoni magnum argumentum reticuit. Pari fide tractatus hic, qui sequitur locus eximius: ἅμα δὲ καὶ προδεικνύων τινὰς ἐπιβολὰς, πρὸς τὸ μέλλον ἐξεκαλεῖτο τὰς τῶν ὑπεναντίων ἐπινοίας. Solent duces prudentes, vt hostem incautum et imparatum deprehendant, aliud simulare, aliud agere. si equitatu pugnare decreuerint, dant significationem quasi peditatu rem sint gesturi. si a tergo velint aciem hostilem adoriri; dant operam, vt suae aciei frons hostem assidue moretur, velut iamiam pugnatura. Sic in vrbium oppugnationibus, quando aliquam portam aut murorum partem omnibus viribus sunt inuasuri, ad partem oppositam et remotissimam, copiarum portionem aliquam ostendunt, vt a sensu eius, quod paratur, sicut alicubi Curtius ait, mens oppidanorum alibi occupata auocetur. hoc Polybius appositissime dixit, προδεικνύειν τινὰς ἐπιβολὰς, et finem quem exposuimus spectare, appellat πρὸς τὸ μέλλον ἐκκαλεῖσθαι τὰς ἐπινοίας. quo igitur Perotto mens ita vertenti? *postea lacessere ad praelium hostes tentauit.* Sequitur: οὐ δυνάμενος δὲ λαβεῖν οὐδὲν ἀργὸν οὐδ᾽ ἔξοπλον, διὰ τὸ πρὸς πᾶν ἑτοίμως ἀντικινεῖσθαι τὸν Κλεομένην, τῆς τοιαύτης ἐπινοίας ἀπέστη. Perottus: *sed quum nullum prorsus vacuum custodia locum offenderet; siquidem omnia Cleomenis prouidentia diligentissime construxerat, ab incepto destitit.* omittit alteram duarum illarum vocum, ἀργὸν et ἔξοπλον, quae translatae sunt a singulari certamine, et de eo dicuntur, qui ita consistit contra aduersarium, vt nullam corporis partem habeat, quae scuto, vel aliis armis non tegatur, quod summus poeta appellat in arma sua se colligere. vt, *substitit Aeneas, et se collegit in arma Poplite subsidens.* et alibi: *bellis acer Halesus tendit in aduersos, seque in sua colligit arma.* libro III. pag. 369. καθάπερ ἐπὶ τῶν κατ᾽ ἄνδρα καὶ ζυγὸν ἀγωνισμάτων, δεῖ τὸν μέλλοντα νικᾷν συνθεωρεῖν, πῶς δυνατὸν ἐφικέσθαι τοῦ σκοποῦ, καὶ τί γυμνὸν, ἢ ποῖον ἔξοπλον μέρος φαίνεται τῶν ἀνταγωνιστῶν, οὕτω χρὴ καὶ τοὺς ὑπὲρ τῶν ὅλων προεστῶτας σκοπεῖν. At verbum ἀντικινεῖσθαι, quam insulse expressum est, aut potius dissimulatum? est autem ἀντικίνησις

motus

motus motui aduerſarii reſpondens; quo cauetur, ne aut latus, aut tergum poſſit ferire, manente ſemper fronte fronti obuerſa. Mox, συνέβαλεν ἡ τύχη, non eſt *coniunxerat*, ſed *commiſerat*, vt cum paria gladiatorum inter ſe committuntur, aut alii antagoniſtae. notum quid Romani *commiſſiones* appellent. Sequitur: πρὸς μὲν οὖν τοὺς κατὰ τὸν Εὔαν ὁ βασιλεὺς ἀντέταξε τῶν Μακεδόνων τοὺς χαλκάσπιδας, καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς, κατὰ τὰς σπείρας ἐναλλὰξ τεταγμένους. Perottus: *iis quos in Eua collocatos diximus Macedones ſcutatos opponit. item Illyrios, cohortesque in plures partes diuiſas, alternatim diſponit.* vox *ſcutatos* Graecam non exprimit, quae propriam ſcutatorum ſpeciem in militia Macedonica ſignificat. qua de re multa in commentariis. cetera peſſime ſunt expreſſa: eſtque errorem librorum ſecutus, qui habent καὶ τὰς σπείρας, pro eo, quod edidimus κατὰ τὰς σπ. nam vox σπείρας referenda ad Illyrios, quorum fuit proprium cateruatim pugnare et copias ſuas diuidere in paruas manus, quas σπείρας appellare ſolet Polybius. initio libri huius de Illyriis; χρησάμενοι τῇ παρ' αὐτοῖς εἰθισμένῃ τάξει, προῆγον κατὰ σπείρας ἐπὶ τὴν τῶν Αἰτωλῶν στρατοπεδείαν. inde, qui paruis manibus pugnant, dicuntur σπειρηδὸν μάχεσθαι, quod genus vnum eſt tam ſeriae, quam ludicrae pugnae. Strabo lib. III. Τελοῦσι δὲ καὶ ἀγῶνας γυμνικοὺς καὶ ὁπλιτικοὺς καὶ ἱππικοὺς, πυγμῇ καὶ δρόμῳ, καὶ διακροβολισμῷ, καὶ τῇ σπειρηδὸν μάχῃ· et Polybius in noua hiſtoria de Rom. τῶν πεζῶν κατὰ σπείρας προσπιπτόντων. ex Perotti verſione intelligi non poteſt, cateruas ſiue cohortes iſtorum Illyriorum fuiſſe equitibus permixtas: de quo genere militiae multa alibi obſeruamus. Omittit mox Perottus haec verba, καὶ συμπαραθεὶς πεζοὺς τῶν Ἀχαιῶν χιλίους, καὶ Μεγαλοπολίτας τοὺς ἴσους. vitio codicum, opinor, quibus vtebatur. niſi tamen ideo omiſit, quia vocem συμπαραθεὶς non intelligebat. eſt vero συμπαρατιθέναι, ad latus adiungere et longa ſerie porrigere. Sequitur ſtatim, προτάξας οὖν τοὺς μισθοφόρους, ἐπέστησε διφαλαγγίαν ἐπάλληλον τῶν Μακεδόνων. Perottus: *Deductis*

igitur in aciem mercenariis, Macedonum phalangem statim subsequi iussit: quippe locorum angustiae, ne secus fieret impediebant. mirum hominis errorem: qui putauit φάλαγγα et διφαλαγγίαν idem esse. Saltem exponeret vocem ἐπάλληλον. sed Perottus non magis sciuit, quid sit διφαλαγγία, aut τριφαλαγγία in tacticis, quam quod maxime ignorabat. sic autem appellantur phalangis partes, in quas fuerit diuisa propter angustias aut alias difficultates locorum, quod vel adiecta a Polybio ratio clarissime docet. vide Aelianum capite XXXVI. erit igitur διφαλαγγία ἐπάλληλος, phalanx vna in duo agmina diuisa, quorum alterum praeit, alterum sequitur. ἀρχὴν τῆς πρὸς τὸν λόφον προσβολῆς, non male vertit, si rem spectes, *initium inchoandi certaminis:* verba sonant, *accessionis ad collem faciendae,* siue *accedendi ad collem.* προσηρτημένοι ἦσαν πρὸς αὐτῇ τῇ τοῦ λόφου ῥίζῃ, non est simpliciter *constiterunt;* sed id quod expressimus, *progredi ad radices montis, et ibi adhaerere ac subsistere,* tamquam e superiore loco suspensum. Ait Polybius: παρήγγειλαν δὲ ποιεῖν τὸ δέον, οἷς ἦν ἐπιμελές. Mos grauissimi huius scriptoris est, quoties pugnam aliquam describit, in iis, quae communia sunt, adeo non immorari, quod solent alii historici facere, quibus sua placet eloquentia, vt vix eorum verbo vno aut altero faciat mentionem: cuius rei hic est eximium exemplum, nam his paucis verbis significat; reges et regum duces, suos quemque ad fortiter dimicandum esse hortatos. Vertimus igitur: *suique eos officii admonuere, quorum eae partes erant.* Perottus, qui in superioribus necessaria praeteruolabat, hic verbis non parcit. Sic ille: *hortantur pro tempore socios, vt forti magnoque animo sint, victoriam sibi in manibus esse non dubitent. Post haec omnes incredibili audacia ad expugnationem collis irrumpunt.* En Liuius est, quem putabamus esse Polybium. at illa interim dissimulantur, πάντες δ' εὐθέως ἀναδείξαντες αὐτούς. Maior et periculosior in proximis verbis est error, θεωροῦντες τὰς σπείρας τῶν Ἀχαιῶν ἐρήμους ἐκ τῶν κατόπιν οὔσας. existimauit Perottus σπείρας esse cohortes Achaeorum; ac vertit, *vbi animad-*

animaduertere cohortes Achaeorum omni subsidio nudos esse; atqui iam dixit Polybius σπείρας fuisse Illyriorum, qui propius hostem collocati subsidium a tergo habebant Achaeorum. verum Illyriis ad collem accedentibus, quum interea Achaei se non mouerent, eueniebat, vt Illyrii a suo subsidio longius abscedentes, terga nuda haberent. sed haec clarissime in commentariis sunt demonstrata. Omnes absurditates superat, quod iam dicemus. Subiicit Polybius ei manui militum Antigoni, quae Euam collem inuadebat, restitisse a fronte Euclidem, qui e superiore loco in ipsos pugnabat: eodemque tempore mercenarios nitentium terga, quae modo dicebat fuisse nudata, infestasse. Sic ille: ὡς ἂν τῶν μὲν περὶ τὸν Εὐκλείδαν ἐξ ὑπερδεξίȣ κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς ἐφεσώτων· τῶν δὲ μισθοφόρων κατόπιν ἐπικειμένων, καὶ προσφερόντων τὰς χεῖρας ἐῤῥωμένως. Perottus, qui ignoraret, quod pueri scire debent, ἐξ ὑπερδεξίȣ esse, *e superiore loco*, dextram hic comminiscitur: deinde huic imperitiae parem audaciam adiicit, et ita vertit. *Si quidem a dextra Euclides cum gregariis militibus a frontibus praestabat; a laeua vero mercenarii milites de tergo pertinacissime irruentes impressionem faciebant.* habes hic dextram, habes laeuam: quarum nulla apud Polybium mentio. sed primus error fuit, quod putauit hic interpres ἐξ ὑπερδεξίȣ ἐπισῆσαι valere, *a dextra hostem inuadere.* sic paullo post haec verba, καὶ μεθίςασθαι πρὸς τȣ̀ς ὑπερδεξίȣς ἀεὶ τόπȣς ἀσφαλῶς. ita reddidit: *postea cum opus foret, ad dexteram conuersos, confestim sese ad tuta recipere* libro 1. pag. 5. pro istis. καταλαβόμενοι λόφον ὑπερδέξιον μὲν τῶν πολεμίων, ἀφυῆ δὲ ταῖς ἑαυτῶν δυνάμεσιν, ἐν τȣ́τῳ κατεςρατοπέδευσαν, scripsit haec: *proximum collem hostibus quidem incommodum, sibi vero commodissimum occupauerunt.* prorsus contra mentem Polybii, ex ignoratione eius vocis, quam semper aut praetermittit, aut interpretatur perperam. Saltem cogitaret rei absurditatem manifestissimam; cum versione sua confundit frontem et latus dextrum. nam quid, malum, sibi illa volunt, *a dextra a frontibus?* quid illud? *praestabat?* sed vide-

tur Perottus *instabat* scripsisse. Porro dextrae, quam sibi finxerat, laeuam plane de suo adiecit. En dignum interpretem, quem propter fidem in vertendo tota Italia admiretur. Addit Perottus: *quibus ex rebus accidebat, eos vno tempore ab vtroque hostium agmine circumueniri.* ecce aliam audaciam: nam horum verborum ne vestigium quidem vllum est apud Polybium. *Mox ista*, *προορώμενος τὸ μέλλον ὑποδεικνύειν ἐπεβάλετο τοῖς προεςῶσι τὸ συμβησόμενον*, vertit, *quod optimum factu erat excogitauit, idque aperuit ducibus.* in sententia quidem nulla absurditas; ceterum a verbis auctoris longe disceditur. vt et in proxime sequentibus. Ait Polybius: *παρακαλέσας τὲς ἑαυτῦ πολίτας ἐνέβαλε τοῖς πολεμίοις τολμηρῶς.* Perottus nuditatem huius sententiae non tulit, sed rhetorum pigmentis adhibitis sic vertit: *quapropter ad conciues suos conuersus; parta inquit est nobis victoria, fortissimi viri, si me sequimini. factoque contra hostium equitatum impetu, audacissime eos inuadit.* Polybius: *οἱ προσκείμενοι μισθοφόροι κατ᾿ ὀρὰν τοῖς προσβαίνεσι*: *mercenarii, qui accedentium ad collem terga caedebant.* at Perottus: *mercenarii, qui de tergo expugnantes collem infestabant.* neque satis latine et obscure. Ait Polybius, hoc Philopoemenis facinore milites Antigoni, qui in collem nitebantur, liberatos incommodo, quod a tergo accipiebant, magna deinceps alacritate ad vlteriora perrexisse. *τέτε δὲ συμβάντος, ἀπερίσπαςον γενόμενον, τό τε τῶν Ἰλλυριῶν καὶ Μακεδόνων, καὶ τῶν ἅμα τέτοις προσβαινόντων πλῆθος, ἐκθύμως ὥρμησε καὶ τεθαῤῥηκότως ἐπὶ τὲς ὑπεναντίες.* Perottus vocem *ἀπερίσπαςον* non intelligens, quae de eo dicitur, quem a proposito res nulla retrahit, vertit, *per hunc modum turbatis hostium ordinibus, Illyrii atque M.* idem T. I. pag. 407. eiusdem originis vocem *ἀντιπερίσπασμα* non intellexit, cum ait Polybius: *βελόμενοι ποιεῖν ἀντιπερίσπασμα τοῖς Κελτοῖς τοῖς μετ᾿ Ἀννίβε ςρατευομένοις*, id est, volentes retrahere Gallos, qui Hannibali merebant, ad tuitionem suorum finium. at Perottus: *vt Gallis, qui cum Hannibale militabant, vices redderet.* Piget cetera pugnae huius persequi,

ſequi, et ſatis ſuperque haec fuerint arguendae imperitiae huius interpretis omnium eorum, quae ad ſcientiam armorum ſpectant. Omitto imperitiam criticae; cuius ignari ad quiduis potius idonei cenſeri debent, quam ad veterum ſcripta digne explicanda. Ad haec ἐλαττώματα accedit hiſtoriae, ſiue Graecae, ſiue Latinae, incredibilis in eo viro ignoratio: velut cum in hoc ipſo de pugna ad Selaſiam loco, non intellectis Polybii verbis, Philopoemenem fingit tum eſſe occiſum, qui iuuenis tunc erat annorum circiter XXX. nec fatis conceſſit ante LXX. aetatis ſuae annum. de eo igitur ſcribit Polybius T. I. p. 246. συνέβη τὸν μὲν ἵππον πεσεῖν πληγέντα καιρίως· αὐτὸν δὲ πεζομαχοῦντα περιπεσεῖν τραύματι βιαίῳ, δι᾽ ἀμφοῖν τοῖν μηροῖν. *accidit Philopoemeni, vt equus ipſius letaliter vulneratus caderet; ipſe inter pedites pugnans, graui vulnere, traiecto vtroque femore, afficeretur.* quod et Plutarchus in eius vita commemorat. Sipuntinus vero male accepta voce περιπεσεῖν, ita vertit: *ad extremum, vtrumque crus ſagitta transfixus, cum incredibili animi robore exſpirauit.* Sed Perottus, quam eſſet rudis hiſtoriae in primis ſtatim Polybii verbis, quae praefationem excipiunt, inſigni argumento palam fecit. Iſta enim, ἔτος μὲν οὖν ἐνειστήκει μετὰ τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν ἐννεακαιδέκατον, πρὸ δὲ τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης ἑκκαιδέκατον, ἐν ᾧ Λακεδαιμόνιοι τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδου γενομένην εἰρήνην ἐκύρωσαν, ſic vertit: *Annus erat poſt eam naualem pugnam, qua Cimon Athenienſis Xerxem ſuperauerat, decimus nonus; ante bellum vero in Leuctris geſtum, quo Lacedaemonii pacem cum rege Perſarum inierant, ſextusdecimus.* Obſecro, eum, qui in tam paucis verbis, tam multa deliria comminiſcatur, qui Athenienſes ad Aegos potamos dicat victores extitiſſe, et quidem duce Cimone, et quod facetiſſimum eſt, de Xerxe, qui denique ignoret, quid ſit pax ἡ ἐπὶ Ἀνταλκίδου; hunc aliquid in hiſtoria Graeca ſciuiſſe putabimus? aut credemus poſſe ab eo aliquam ſaltem tolerabilem interpretationem exſpectari? Venio ad partem ſecundam. Hanc, ſicut dicebamus Latinam primus fecit, paucis exceptis,

Wolfangus Musculus, non tam sua sponte, vt ipse significat, quam alieno rogatu. Non fuit in hoc viro, neque Graecae neque Latinae linguae vlla eximia peritia: erat enim aliis deditus studiis, et grandi iam aetate ad capiendum ingenii cultum accessisse ipsum accepimus. defuit etiam Musculo illa, quam in Perotto commendabamus, industria in Graecis ita exponendis, vt lectorem queat fallere, quasi αὐτοφυὴς sit oratio, neque aliunde expressa. at simplicitate et fide Perottum longe superat Musculus: qui et ea, quae intelligebat, et ea, quae non intelligebat, vti poterat, expressit. nihil videas illum studio praetermittere, nihil alienum substituere: quae familiaria sunt supra modum Perotto vitia. in vtroque voluntatem bene de literis merendi aequi iudices citius laudauerint, quam effectum. Pompilii Amasaei versio duarum eclogarum e libro sexto, primae et tertiae, edita est Bononiae anno CIↃ DXLIII. hoc est paucis annis prius quam Musculus integrae partis illius interpretationem susciperet. Maiorem hic omnino Graecarum literarum cognitionem, quam vel Perottus, vel etiam Musculus videtur habuisse. Latina vero illius oratio pura est et ad Tullianae dictionis ideam non negligenter formata; nondum enim Amasaei aetate noua haec studiorum secta erat exorta, quae summam eloquentiae laudem ponit in minutis quibusdam sensiculis, et sententiis vibrantibus. adhuc credebatur dicendi magister optimus esse Marcus Tullius, quem hodierni Orbilii ceu corrupto genere eloquentiae vsum, et parum idoneum Romanae facundiae auctorem e scholis extruserunt, et de manibus studiosae iuuentutis extorserunt. Pompilius igitur, qui lectione Tulliana et similium auctorum probe subactum ingenium ad Graecos libros vertendos afferebat; facile assecutus est, vt etiam dum aliena vestigia premebat, disertus iure posset dici. Multum tamen hunc quoque in exprimenda Polybii mente non raro peccare obseruamus; quod literarum Graecarum tantam notitiam assecutus non esset, quanta ei est opus, qui fidelis interpretis habere se titulum postulet. Vel vide tertiae libri sexti eclogae principium, et Graeca cum

Roma-

Romanis Amaſaei vel noſtris Latinis compara. non negabis eruditiſſimum virum toto illo principio parum omnino vidiſſe. etiam in primae eclogae periodo prima, vocem ὁλοσχερῶς omiſit, quae non eſt otioſa, ſed ad integritatem ſententiae neceſſaria. in eadem ἀδοξοποίητα ζῶα, tam Muſculus quam Amaſaeus verterunt *ignobiliora animantium genera;* errore inſanum magno. quum in hac voce δόξα non gloriam denotet, ſed opinionem. intelligit enim Polybius animantes, quae ſolo naturae inſtinctu ducuntur, non adſcititiis, quibus homo imbuitur, modo bonis, modo malis. ſunt igitur ἀδοξοποίητα ζῶα, quae, vt loquitur Epicurus, omnia faciunt φυσικῶς, χωρὶς λόγου καὶ αὐτοπαθῶς. Polybius ſeſe interpretatur in minuto fragmento, quod extat T. II. p. 475. τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ προσδεδοξοποιημένον, οὐχ ἧττον διὰ τὴν ἀλογιστίαν ἢ διὰ τὴν φύσιν ἁμαρτάνει. Idem Amaſaeus opera, quae locari facienda a cenſoribus ſolebant, *vectigalia* appellat, quae potius vltro tributa erant dicenda. eſtque etiam hic error ingens: cui plures alios ſimiles poſſemus adiicere in paucis illis paginis nobis adnotatos. Peruenit vero ad manus noſtras e bibliotheca eruditiſſimi viri Friderici Sylburgii ſchida quaedam parua, titulos XVI. continens variarum lucubrationum, quas hic vir doctiſſimus, Amaſaeum dico, illuſtrando Polybio compoſuerat. poſtea etiam literis viri Magnifici Marci Velſeri ſumus admoniti, extare adhuc alicubi in Italia eorum libellorum nonnullos; qui ſi ab eruditis hominibus fuerint aliquando publicati, fructuoſam eorum lectionem ſtudioſae iuuentuti futuram non dubitamus. Nos eorum nihil vidimus, praeter verſionem eclogarum, quas Muſculus ſermone Romano expreſſerat. in quo multum admirati ſumus, difficillima quaedam fragmenta ab Amaſaeo non eſſe verſa, ſed Muſculi translationem retentam, a Pompilio leuiter caſtigatam. Erant tamen in ea, quam diximus ſchida, aliquot tituli, prolixam explicationem pollicentes, et eius eclogae, qua Romana militia declaratur, et omnium penitus locorum huius ſecundae partis, affinis argumenti. quae omnia hactenus quum inuiſa nobis atque incomperta ſint,

 nihil

nihil habemus, quod amplius de iis dicamus. Ianum Lascarim, hominem ἀλλόφυλον, difficillimam partem scriptionis Polybianae, facere latinam esse ausum, illis praesertim temporibus, magnum fuit; multumque verae laudis ea, quamuis breui, opella, praestantissimus ille vir, me iudice, meruit. qui si in nonnullis parum videtur cauisse; non tam eo nomine reprehendendus, homo enim erat, quam admirandus, quod in plerisque κατώρθωσε, Graecus enim erat. Nouissimus omnium, qui ante nos in explicatione Polybii aliquam posuerunt operam; fuit Iustus Lipsius, vir clarissimus, et de meliorum literarum studiis excellenter bene meritus. Hic si integrum Polybium, aut vnam aliquam e tribus illius partibus latine expressisset; atque ad hoc inceptum tantam Graecae linguae peritiam attulisset, quanta in eo fuit cognitio veteris historiae totiusque antiquitatis, et latinae dictionis facultas: post Lipsium in eandem palaestram descendere, hoc vero fuisset, post Roscium in scena gestum velle agere. Nunc quum sola pars, quam Lascaris prior verterat, ab eo sit exposita; nos, qui totum Polybium latine explicandum susceperamus, cur ne in illa quidem ecloga Lipsianae versioni acquiesceremus, graues caussas habuimus, alibi explicandas. Quod igitur opus a tot viris eruditissimis pro parte dumtaxat tentatum hactenus fuerat; id nos integrum Dei immortalis beneficio, pro nostra virili effectum nunc damus: perfectum enim dicere religio sit, qui non ignoremus quantum ab eo distet genus vniuersum nostrarum lucubrationum, vt id verbi possit illis competere. Neque vero ita parum ipse me noui, vt quae modo in aliis desiderabam, ad hoc negotium rite curandum praesidia; ea me esse consecutum dicam: illud dicere non verebor, omnia fecisse me sedulo, vt etiam in hac mediocritate ingenii possem illa consequi. Optaui equidem existeret aliquis e tot viris Graece Latineque doctissimis, quos nostrum hoc tulit saeculum, qui operam suam atque industriam Polybio commendaret. optaui, inquam, et multos annos exspectaui. postquam nemo prodibat, imperaui tandem ipse mihi, etsi aegre id quidem, et vix ante alterum aut tertium annum, vt ceteris studiis intermissis, prouinciam ab aliis neglectam susciperem. Semel

suſceptam, fide bona, audebo dicere, pro ingenii et eruditionis copia, geſſi. Non ſum mihi conſcius vllius praetermiſſionis ſtudio factae, aut vllius omnino difficultatis diſſimulatae. Quid refert? vt video eſſe mores nunc hominum, galeritam criſta citius deficiet, quam operi noſtro reprehenſor deerit. Alii genus ipſum noſtrae verſionis carpent, quam calumniam in minuta opella dudum paſſi ſumus; ab iis reprehenſi, quibus nulla probatur verſio, quae non ſit κατὰ πόδα, et pene de verbo ad verbum expreſſa. alii in partibus quaerent, quod exagitent: nam haec eſt hodiernorum criticorum ciuilitas, hic candor. Illis prioribus ſatisfactum eſt a nobis ea diatriba, quam de optimo genere interpretandi ex vna in alteram linguam, compoſuimus, et vna cum noſtris commentariis breui, Deo faciente, ſumus edituri. poſteriores, per ipſa ſtudiorum communium ſacra rogatos volumus, ne prius ad noſtra carpenda Lynceos illos oculos ſuos adhibeant, quam deſperare coeperint, poſſe noſtra a nobis meliora fieri. Vidimus ſummos noſtrae aetatis viros quinquies ſexies ſub incudem ſimiles curas ſuas reuocáſſe, quod ſemper inuenire ſe in ſuis faterentur, quae melius aliter dici poſſent: ego ſi δευτέρας ſaltem φροντίδας meas poſtulem exſpectari, quis rem aequiſſimam petere me negabit? quum praeſertim vere poſſim confirmare, ὃ μή ποτ' ὤφελον, hoc omne quicquid eſt operis, inter gemitus et indignationem, duos affectus grauiſſimos, eſſe mihi natum. illius cauſſam praebente obitu, piiſſimae primo matris, deinde filiae natu maximae, merito ſuo vtrique parentum longe chariſſimae: huic certorum hominum improuiſa iniquitate, qui reculis meis oculos cupiditatis, quum adiecisſent, damnum rei familiaris meae quantum fere poteram maximum accipere, mihi conciliarunt. Atque horum propterea iſto loco meminiſſe volui, vt ſi quas eruditus lector in opere ſatis longo aegrae mentis hallucinationes, et ſtili properati, ac centies quotidie interpellati, παροράματα offenderit, neque poteſt ſane aliter, humanae ſortis memor, humanitatem ſuam mihi impertiri ne grauetur. Ego imperare dolori, vt ſcriberem potui, vt pariter in omnia animum intenderem, quaſi curis vacuus ſcriberem, non potui.

MERICVS CASAVBONVS LECTORIBVS POLYBII S. P.

Quum multa et varia ſint illa, quae b. m. pater, IS. CASAVBONVS, a prima iuuentute, conſtanti porro labore, et vigente ingenio per multorum annorum, ad ſupremum vſque vitae diem, curriculum in literis humanioribus praeſtitit ac publica fecit: ſed nec illa multo pauciora, ſi non et plura, quae magno labore, ex omni ſcriptorum genere congeſta in aduerſariis ſuis, non magno labore (vt mos erat ipſius) contexere et digerere, vt perfecta exirent, potuit, ſi vitam otiumque ὁ πᾶν ἐν πᾶσι ſuffeciſſet: nihil tamen eſt in hoc politioris literaturae genere, quod maiore vnquam molimine et φιλοτιμίᾳ ſuſceperit, quam Polybius noua poſt minus felices aliorum conatus verſione promulgandus, et amplis illuſtrandus commentariis: vt pleraque, quae antea publicauerat et nomen illi non inglorium pepererant, prae iſto, (perfeciſſet modo, quod inſtituerat et inchoauerat) opere, πάρεργα ipſius cenſeri merito potuerint. Et de verſione quidem, quia ea pridem publicata eſt, et multorum elogiis celebrata, non eſt, quod multis hic agamus. Quo quis erit Graecae linguae peritior, (quales ſuperior aetas tulit non ſane multos, ſed iſta multo pauciores) et in obſcuriſſimis iſtius linguae ſcriptoribus, ſiue poetis, ſiue aliis, noctesque diesque laborando periculum ſuarum virium ſaepius fecerit: qui longo vſu et aſſidua lectione, quid in quoque rarum et reconditum; quid praeter aliorum communemque adeo conſuetudinem ſeu verbis ſingulis, ſeu compoſitione, cuique proprium et peculiare, (qualia in vno Polybio, tam multa, quam multa vix in pluribus, ne dicam omnibus aliis ſimul ſumtis) ſtatim vt ad aures accidit non fallente iudicio diiudicare poteſt; quo quis, inquam, magis talis eſt; tanto ille

ille facilius de hac versione pro merito ipsius iudicet. Qui non ad istum gradum eruditionis istius peruenerunt, eo tamen peruenerunt, vt sint istius linguae, a qua fere pendet solidior omnis eruditio, in primis studiosi: illis ego dabo consilium, cuius ausim fructum ipsis non mediocrem, nauiter expertis, ac defunctis, polliceri. Graecum Polybii textum lecturi, adhibeant vtramque et parentis et Perotti versionem. Iam illud cum certum sit Perottum latinae linguae peritia, sed et elegantia et puritate sermonis inter paucos excelluisse, vt eius versio non huius aetatis foetus, sed pristini temporis et latinitatis opus ob excellentiam sermonis a multis iudicata sit: hoc igitur, vt ab eo incipiamus, quantae, quaeso, (cultioris sermonis plane non experti et incurioso) voluptatis, tam nobile par, tantis in isto genere dotibus praeditos quasi commisisse, et agonothetae munus sibi imponentem, per singulas ire periodos, et prout vteruis mereri videbitur, huic interdum, interdum illi purissimi et elegantissimi sermonis palmam suo iudicio tribuere? interdum vero, quod in arena contingebat interdum, (vnde illud poetae, *cum duo pugnarent, victor vterque fuit*) ancipiti iudicii lance, palmam vtrique decernere, aut de palma, prout ipse maluerit, quod et olim factitatum, hieram facere, seu vt Polyb. ipse loquitur, inuicto vtroque pugile, τὸν ἱερὸν ποιεῖν ςέφανον?

Sed hoc etsi non paruum, et quod ad profectum latini sermonis momentum habere queat vel maximum, nihil tamen ad Graecam linguam, et Polybiani contextus obscuritates et salebras, de quibus nobis hic praecipue sermo. Ad illas autem deprehendendas (tirones alloquimur) et intelligendas, nulla paratior et expeditior via, quam versionum priorum (siue Perottus fuerit, siue alius) cum versione τȣ͂ μακαρίτȣ diligens collatio. Ita enim plerumque vsu veniet attentius ista contendenti et comparanti, vt vbicumque maior aliqua difficultas in verbis, et dignus vindice nodus; ibi mirum quantum versiones non in verbis tantum, sed in re et sententia discrepent, aut certe, (quod Perotto solemne est) deficiant priores versiones, et mero silen-

ſilentio, quaſi deſerto vadimonio, defungantur. Mihi certe ita contigit (neque enim me paucis illis accenſeri poſtulem, qui per ſe poſſunt iſta diiudicare) vt quamuis de hac parentis opera iam ante non vna ratione adductus, ſentirem magnifice: multo tamen admirarer magis, poſtquam ad aliorum quoque verſiones exigere neſcio quae ſiue curioſitas impulit, ſiue diligentia.

Sed iam ad commentarios veniamus. Mirabitur fortaſſe lector Polybii ſtudioſus et indignabitur: promam tamen ego libere recurrentis identidem animi mei cogitationes. Partim enim intuentem me non ſemel, ſed et animo meo partim complectentem cum admiratione ſuſcepti a parente in commentariis iſtis operis ἰχνογραφίαν et ὑποτύπωσιν, et infinitam illam vndique congeſtorum, quam reliquit in aduerſariis ſuis apparatuum molem; non ſemel optare contigit, vt verſione contentus, numquam illi commentandi Polybii veniſſet in mentem: non ea ſaltem ratione commentandi, quam ipſe ſibi propoſuerat. Nam ſi hoc ſolum ſpectaſſet ὁ μακ. vt quicquid apud Polybium, vel in verbis, vel ſententiis obſcurius erat, (cuius generis ſatis ampla apud illum ſeges) id ita plene in commentariis ſuis explicaret, vt vel a tironibus cum facilitate legi poſſet: ſi quicquid in militia vel Graeca, vel Romana (cui peculiarem lib. dicauit Polybius) ſiue terreſtri, ſiue nauali, adhuc inuolutum, indictum, inexplicabile remanebat, id et verbis et figuris ob oculos ita poneret, vt omnia vel tardiſſimis et caligantibus eſſent planiſſima: ſi praeliorum, quae deſcribit Polybius, (omnium, qui fuerunt opinor, hiſtoricorum in iſtis accuratiſſimi, vt qui non ſcriptor tantum et philoſophus inſignis, ſed miles etiam ipſe ſtrenuus, et nobiliſſimorum, quos aetas illa, fortaſſe aut alia quaeuis vidit, ducum et imperatorum comes diu fuerit) ſi praeliorum, inquam, Polybio narratorum et deſcriptorum perfectiſſimas ἐκτάξεις edidiſſe, et lectores in rem praeſentem, vt inſtructas acies, et pugnas, et fugas, et ſtrages oculis etiam ſuis cernerent, deduxiſſe: ſi hoc denique, vt artem quaſi quandam (vt ipſe in epiſtol. dedicat. loquitur) rerum geren-

gerendarum ſtudioſis, qui ad negotia ſeſe parant, traderet; quo praecipue ſpectaſſe videntur ex praeſtantiſſimis hiſtoriographis collectae obſeruationes militares et politicae, quas in aduerſariis ſuis ad 500. iam et amplius capita perduxerat: ſi hoc, inquam, ſolum ſpectaſſet, et id ſibi penſi datum credidiſſet ὁ μακαρίτης, dudum poterant iſti commentarii, tam multorum votis expetiti, in lucem prodiiſſe, et lectoris opinor καὶ τοῦ τυχόντος καὶ τοῦ μὴ τυχόντος exſpectationi ſatisfeciſſe. Sed aliud erat, quod pater animo ſuo agitabat et conceperat. Nam praeter militiae veteris Graecae et Romanae, ſed et aliorum gentium explicationem; praeſentis etiam cum vetere perfectiſſimam comparationem, et quae vtrobique προτερήματα, quae ἐλαττώματα, oſtendere inſtituerat: nec contentus praeliis a Polybio deſcriptis, nobiliores omnes ab omnibus (qui notae ſaltem alicuius fuerint) aetatum ac nationum quarumcunque hiſtoricis deſcriptas pugnas accurate expendere: et quia id praecipue in deſcriptionibus ſuis, imo in omni narratione Polybio propoſitum fuit, (vt nos in priore praefatione pluribus oſtendimus) nihil vt miraremur, ſed cauſſas eorum, quae ſiue expectata, ſiue inexpectata, ſuis et anterioribus per aliquot ſaecula temporibus contigerant, exponeret: parens itidem, quae variorum in omni vetere, vel recentiore hiſtoria bellicorum euentuum cauſſae, propiores, aut remotiores, inquirere; omnia denique, quae vbique ex cauſſis occultioribus maxime mira viderentur, ad regulas et obſeruationes Polybianas exigere; omnia ſtrategematum exempla, myſteria, arcana, cautiones: inuentorum cauſſas, et inueniendorum fontes, indagare, pendere: nihil denique in tota re militari tam arduum, tam occultum eſſe (quantum quidem humana mente et ſagacitate prouideri potuit,) et reconditum, quod his ille commentariis non executurus et expoſiturus eſſet. Hac igitur mente, cum nullam finem faceret, tam veteres, quam nouos qualescunque ſcriptores hiſtoricos perlegendi; cum libros omnes de re militari ſcriptos, aut ad rem militarem quoquo modo pertinentes, Gallicos, Italicos, Germanicos, An-

glicos,

glicos, aliosque vndique conquireret; cum ſemper in haec acriter intento nouum aliquid ſe offerret, quo ſuos commentarios, ſuas obſeruationes, auctiores et conſummatiores faceret; quod notaret, quod excerperet, quod inquireret: vt mirum non eſt, ſi diu parturiendum fuerit, quod tanta mole, tanto molimine ſuſceptum fuerat: ita quis non doleat, iſtam tam miram et inſolentem animi et propoſiti magnitudinem, quo minus illa perficerentur, et in lucem prodirent, quibus lector etiam non vulgaris contentus eſſe poterat, in cauſſa fuiſſe: quis non veterem illam veteris oratoris et philoſophi querelam tollat, *o fallacem hominum ſpem! fragilemque fortunam, et inanes noſtras cogitationes!* Cum praeterea ſubit illa cogitatio, *quantum terrae pelagique parari:* quam multa in aliis ſcriptoribus et literis multo minore labore et ſpatio potuerint interim praeſtari, ex quibus ad publicam rem literariam non minus, ſi non et magis emolumenti redire potuit. Et fortaſſe miretur aliquis, talis incepti cuiquam in mentem venire potuiſſe, cui non contigerit, (vt cum poeta loquamur) ἐκ νεότητος καὶ εἰς γῆρας τολυπεύειν Ἀργαλέους πολέμους. Sed quid ageret, qui ſub maximo principe et indulgentiſſimo Moecenate mereretur, qui ab infantia innutritus armis, per innumera praelia et totidem fere victorias, quot praelia, glorioſiſſimum nomen apud exteros omnes conſecutus, non alia quidem ſtudia τοῦ μακ. (modo non ſacra et theologica, quibus illi ob certas cauſſas ad tempus interdixerat) aſpernabatur: ſed ea tamen probare maxime ſe, in quibus incomparabiliter ipſe excellebat, non obſcure ſignificauerat. Et diuini vir ingeniii (τὸν μακ. intelligimus) ita ſibi pridem perſuaſerat, et animo penitus imbiberat, nihil in rebus humanis tam arduum et difficile eſſe, quod non improbus labor, et indefeſſa induſtria (quae praecipua illi vitae oblectamenta) ſuperarent. Ceterum cum perpetuis illis ſuis laboribus ac vigiliis aſſecutus eſſet, vt nullum ſtudiorum genus eſſet, in quo non ille verſatiſſimus; ſed qui praecipue res eccleſiaſticas (quod nos alibi pluribus diſſeruimus) et antiquitates excoluiſſet: non prius glorioſiſſimum illum

ſuum

ſuum et victorioſiſſimum (foedo parricidio terris ereptum) Moecenatem, doctiſſimo, pientiſſimo et ſapientiſſimo mutauit, quam tota ipſi ratio ſtudiorum mutata eſt, et Polybianis curis et ſtudiis, ſuccedentibus aliis, longum vale dictum. Sed nec multi dein anni praeteriere, cum fatalis et decretoria ſubiit hora, quae curis omnibus humanis exemtum, ad pacatiores illas et beatiores ſedes transtulit.

Tribus admodum aut quatuor ab obitu parentis annis prodiit in lucem ad Polybii librum primum Iſaaci Caſauboni commentarius. ita quidem titulus libri, ad librum primum: ſed cum editionis iſtius paginae, quae librum primum conficiunt, non pauciores ſint nouem ſupra 80. non vltra paginam vigeſimam procedit iſte commentarius, in quo etiam non paucos hiatus obſeruare legens memini. Sed et praefationes et prolegomena, (quae an perfecta et ad editionem deſcripta fuerint, non poſſum dicere: ſuſpicor tamen ita fuiſſe) ad quae remittit lectorem ſuum non vno loco in iſto quicquid eſt editi commentarii parens, quo caſu aut conſilio praeterita fuerint, neſcio: ibi certe deſiderantur. Circa idem tempus, aut paullo poſt accidit, vt ego, qui vix dum pubertatis annos egreſſus, Oxonii agebam, iter in Galliam, inuitante b. m. matre, ſuſciperem. Ibi autem remanſerat pars maxima paternae bibliothecae, in cuſtodia (dum viueret ipſe) viri ampliſſimi, qui ſingulari ſemper amore ſtudioque patrem complexus fuerat, Iac. Auguſti Thuani, hiſtoricorum noſtri temporis facile principis: ſed quae tamen, neſcio quo caſu ante meum aduentum, tota fere ſurrepta et direpta fuerat. Ibi et aduerſariorum patris, multis voluminibus conſtantium, pars etiam non poenitenda, quae ad me (quod in magna felicitatis parte ſemper pono) illibata peruenit. Inter illa autem, quae ad ſuſceptos illos de quibus egimus in Polybium commentarios apparauerat, aut omnia, aut certa pleraque. quod et ego paucis poſt annis publice agnoui; vt et alia quaecunque tum temporis, (nam longe maior pars aduerſariorum eius in viri maximi et incomparabilis, de me et parente meritiſſimi Lancoloti Andreae, Wintonienſis epi-

ſcopi

ſcopi digniſſimi, bibliotheca ad eius obitum delituit) peruenerant.

Praeter alia, quae ad Polybium pertinebant, quae pleraque ſcripta manu τȣ̃ μακ. ſatis ſpiſſo quidem illo, ſed vno tamen pleraque volumine continentur, reperta mihi tum Lutetiae, Polybii exemplar editionis cuius margines ſatis amplae multiplicibus nec vnius temporis (quod ex ſcritura liquebat) notis τȣ̃ μακ. adeo refertae erant, vt confuſio notatorum; ſed et antiquitas ſcripturae, iam multo etiam vſu non parum attritis marginibus, lectionem impeditiſſimam redderent. Sed erant praeterea duo alia nouae illius, quae verſionem patris habet editionis exemplaria, quorum alterum eleganter compactum erat, ſed et charta praeſtantiore, vt ipſa ſpecie externa meam cupiditatem non parum accenderet. alterum autem non exteriore vllo tergo contectum, ſed conſutum tantum et conglutinatum, vt commode legi poſſit: ceterum multa habebat ad margines manu parentis ſcripta, quae ille dum nouam illam editionem feſtinans percurreret, obſeruauerat. Quia autem bina tam grandia libri eiusdem volumina Oxonium redituro nimis oneroſa ad tam longam vecturam ſarcina videbatur: et elegantiore illo volumine, praeſertim quod patris nomen praeferret, multum caperer; id conſilii captum eſt, vt quae in vulgatiore exemplari ſcripta manu patris erant, in alterum iſtud mea manu transſcriberem, atque ita in vno vtrumque, ſaltem quod vtrumque mihi commendabat, haberem. non optimo fortaſſe (vt poſtea iudicaui) conſilio; ſed quod tunc, neque tunc omnia praeuidere poteram, maxime ſe mihi probauit. Mirabitur fortaſſe lector, quo ſpectet haec tam longa de duobus iſtis exemplaribus narratio: ſed mox intelliget, et in ea noſtrum non improbabit opinor conſilium. Eo enim nunc properamus, quod nobis in hoc alloquio praecipue propoſitum eſt, vt noſtrae in noua hac Polybii editione operae rationem lectori reddamus: qui ſi fidem noſtram et ſedulitatem in hac obeunda prouincia, quam non ambiuimus, ſed ab aliis quodammodo impoſitam non detractandam cenſuimus, praeſentibus et

poſteris

posteris lectoribus approbauerimus, optime nobiscum actum credemus, de ceteris parum solliciti.

Cum omnibus inceptis paternis et naturali pro eo ac par est affectu, sed et genii quadam propensitate semper ita fauerimus, vt in magna parte felicitatis semper posituri fuerimus, si studiorum et vitae ratio ita tulisset, vt quicquam, quod ab illo inchoatum et susceptum erat, perficere nobis et in vulgus edere contigisset: nullum tamen est illius inceptum, quod a nostris studiis et consiliis omnibus alienius iudicauerimus, quam sunt, quae in Polybio susceperat. Ita enim iudicabamus, qui ad opus illud cum iudicio aliquo et pudore accederet, Graecae linguae exquisite peritum esse debere; militaris artis tum pristinae, tum praesentis omnis peritissimum: tum vero ab aliis multis praesidiis instructum, quae mihi deesse satis intelligebam. Saepe optaui offerri mihi aliquem, qui Polybio dignus, et par, (aut proximo saltem par interuallo) tantis inceptis, ista me suspicione liberaret, quasi ego cimeliis istis paternis libens incubarem solus, aut quicquam ipsius, quod publice prodesse posset, (quo nihil a me dici possit alienius) aliis inuiderem. Sed interim dum nemo se offert, quanta fide, cura, sollicitudine, his praecipue, quae plures annos durarunt turbulentissimis reipublicae temporibus, custodierim, vt integra illibataque tandem aliquando ad alios peruenirent, testis conscientia.

Ineunte (si bene memini) hoc anno 1651. cum per literas viri docti resciuissem, celebrem huius temporis typographum, nouam Polybii editionem agitare; et iisdem literis, si quid haberem τȣ̃ μακαρίτȣ, quo auctior et ornatior illa fieret, eius vt copiam illi facerem, vehementius vrgerer: is autem tum status essem, ob afflictissimam charissimae coniugis valetudinem, vt mei iuris non essem; sed nec illae mei tum iuris, ob locorum intercapedinem, super quibus appellabar chartae: id tamen a me, quod vnum potui, tum praestitum sedulo, vt paratissimam meam voluntatem testarer. Quare vt primum ex grauissimo vulnere, quod paulo post ex obitu tam chari capitis accepi,

aliquatenus recolligere datum eſt, ſtatim ad curas Polybianas meas omnes cogitationes tranſtuli. Et primo quidem conſulta patris aduerſaria Polybiana: in quibus poſt diligentem ſcrutationem cum nihil inuenirem, quod publice, ſine magna ipſius iniuria, proponi poſſit: quod vnum tum ſupereſſe viſum eſt, de perficiendo indice Graeco, quem pater inchoauerat, conſilium cepi, qui omnia Polybii, ſeu verba, ſeu phraſes, in quibus aliquid noui et obſcuri, diligenter complecteretur, ſed et eorundem partim ex verſione, partim ex variis, quae ſparſae per aduerſaria, notulis, accuratam explicationem: vbi autem praeſidia iſta deficerent, aut non vſquequaque ſatisfacerent, aliunde pro virili ſuppleturus. Poſtea vero dum textum Polybii cum cura recenſeo, ac pro re nata codices illos ex Gallia mecum allatos, et quae ibi notata conſulo, praeter expectationem deprehendi latinam verſionem τȣ̃ μακ. a Graeco Polybii textu, quem repraeſentat iſta editio, non raro diſſidere: correctiones autem ſuas et coniecturas, ad quas illa concinnata, ad oras Baſilienſis edit. τὸν μακ. appoſuiſſe: alias etiam coniecturas et correctiones non paucas easdem oras, ſed et oras nouae, ſeu Graeco Latinae editionis aliquas ſuppeditare, quae ſint iſta verſione recentiores, partim quae textui Polybiano veram lectionem reſtituant, partim quae verſionem corrigant: quae cum lectorem Polybii non ignorare et ipſius pariter, et parentis intereſſet, omni alii curae cura ea praeuertenda viſa eſt, vt quicquid huius generis alterutrum ſeu Baſilienſe vetus, ſeu Pariſienſe recentius exemplar ſuppeditaret, pari fide et diligentia collectum lectoribus exhiberetur. In eo potiſſimum fides opus fuit, ne vel meas (vt nunc ſunt mores) vllas coniecturas temere lectori pro paternis (ingenio fiſus) obtruderem; nec paternas, peiore flagitio, ne dicam ſacrilegio, mihi (ſi quas meas interdum proponere libeat) vindicarem. In vtroque optima fide verſatos eſſe nos etſi teſtis ampla, et quae ſola ſufficere poſſit, conſcientia; ne quis tamen in lectore ſuſpicioſo ſcrupulus haerere poſſit, priusquam haec ex manibus meis exirent, cum his meis collectionibus codices ſimul

ſimul illos editos, et quicquid in Polybium (quod quidem penes me ſit) pater apparauerat, viris doctiſſimis (non vni) in manus tradidi, vt collatione facta, et oculorum ſuorum iudicio adhibito, veritati teſtimonium perhibere poſſent. Inter eos * * Sed et ipſos codices mihi ſuperfuturos ſpero, (a me quidem, vt ſuperſint cura adhibebitur et cautio quanta maxima) qui bonae meae fidei in poſterum locupletiſſima monumenta. Et de fide hactenus.

Diligentia in eo non mediocris adhibenda fuit, ne tanta farragine notularum, quantam non raro capaces orae Baſilienſis exemplaris capere poterant: notularum inquam, quarum aliae aliis ſuperimpoſitae, ſuppoſitae, traiectae: aliae, ſcriptura, vetuſtate et multo vſu iam fugiente: aliae, recentiores quidem illae, non vnius tamen temporis omnes, aut ſcripturae: aliae ad res pertinent, et ipſam verborum ſententiam: aliae ad verba et phraſes, tum criticae, tum grammaticae: ne in hac, inquam, tanta notarum farragine et ſcripturae caligine, aliquid meos vel quaerentis, vel legentis oculos falleret. Sed iam meminerit lector, quae modo de duobus nouae editionis exemplaribus in Gallia repertis dicebamus. Nam quae ex iſtius editionis oris adduximus, non ea iam (vt ea, quae ex Baſilienſibus oris) ex patris autographo transſcribimus, ſed vt olim transſcripta a nobis ſunt, cum iſtuc aetatis eſſemus: vt ſi quid omiſſum a nobis fuerit dum forte feſtinamus; aut aliter lectum, quam pater ſcripſerat, eius rei culpam nos nunc ſuſtinere ne cogamur. Iſtud exemplar, quod ſcripturam patris habet, quin Lutetiae, ſi quis id agat, reperiri poſſit, vix dubito. Lector monitus, ſi ſe offerat occaſio, ea vti poterit; et ſicubi nos erraſſe deprehenderit, id ex autographo corrigendo, de publico ſimul et de nobis bene mereri.

Sed hoc etſi monendum credidi, non tanti tamen eſt momenti, quanti iſtud eſt, quod dicturus ſum. Editio Polybii Baſilienſis, (quod norunt, qui vſi ſunt) quinque priores libros, qui de XL. ſoli ad nos integri peruenerunt, et duodecim ſequentium eclogas complectens, prodiit anno

partae ſal. 1549. non vt Vrſinus, vir doctiſſimus, feſtinata Opſopaei epiſtolae, quae non ad hanc, ſed priorem editionem pertinet, lectione deceptus, anno d. 1529. Non plura tum Polybii, quae publice nota. Anno demum 1582. prodiit in lucem *excerptarum legationum* volumen Fuluio Vrſino procurante, cum eiusdem notis et obſeruationibus. Haec igitur ſeparatis voluminibus cum haberet ὁ μακ. quae nunc, vnico volumine comprehenſa, recentior ipſius editio exhibet: exemplar eius, quod *excerpta legationum* continebat, neque ego vmquam, quod ſciam, oculis aſpexi meis, neque vbi gentium ſit poſſum dicere. Illud vero vbicunque ſit, quin notis τȣ̃ μακ. pariter, vt erat editio Baſilienſis, ad oras ſit refertum, (et quis non liber antiquus fere, quem parens paullo accuratius legerat?) minime dubito. Et primo quidem ſpes me lactabat non improbabilis fore, vt ex Palatina bibliotheca, in qua pars hodieque paternae bibliothecae aſſeruatur, ope amicorum nanciſcerer. Ex ea certe Baſilienſis editionis exemplar cum manuſcriptis codicibus ad vſum patris diligentiſſime collatum, et epitomarum plura MSS. exemplaria, ad me miſſa ſunt. Sed quod maxime cupiebam et laborabam, in eo fruſtra fui. An igitur et hoc Lutetiae reperiendum? ſed viderint alii, quibus erit opportunum. Nobis certe hoc praeſidio deſtitutis, ſi quid in his excerptis, aut eorum verſione ſuſpectum eſſet, aut aliud, quod lectores morari poſſet, id vt deprehenderemus et pro virili diſcuteremus, tanto magis laborandum fuit. Id quidem certe bona fide profiteri poſſumus, nullas nos, quas attentiore lectione deprehendere potuimus difficultates, diſſimulaſſe. Atque inde quoque noſter in fragmentis Polybianis labor tanto maior, quod in illis, et exemplaribus omnibus Suidae, puta, aliisque a parente lectis, et pro more notatis, et ipſius verſione deſtitueremur.

Ceterum cum Graeco tantum textu in his noſtris notis, et variantibus ſeu diſſidentibus lectionibus res nobis eſt: niſi ſi quid inter legendum obiter obſeruatum, in quo ſuſpicamur τῷ μακαρίτῃ feſtinationem ſuam, et frequentes

quentes interpellationes fraudi fuisse: in quo de paternis manibus simul, et de veritate (qua nihil illi in tota vita charius) bene mereri studuimus. Verborum obscuriorum et quae Polybio propria, explicatio (vt iam antea dicebamus) ad indicem Graecum reiecta, nisi forte aliquid alicubi de verbis anticipandum fuit, vt vera et genuina lectio assereretur. Eiusmodi certe ab aequis et idoneis censoribus repertum iri has notas, vtcunque breues, speramus, vt eis carere Polybium minime potuisse, vel debuisse agnituri sint. Erit aequitatis lectorum, non omnia a nobis in his exigere, quae a parente, si commentarios ipse suos edidisset, expectasset: aut omnium rationes ni is seuere requirere, quo modo non contra rationem facta esse palam comperientur. Illud certe, an ex certa ratione et consilio fuerit, quod quibusdam locis correctiones, siue ex libris manu scriptis, siue ex ingenio τȣ͂ μακαρίτȣ sunt in textum receptae, (vt toto fere libro v. passim) quae alibi, quamuis certissimae, ad notas et commentarios reseruatae: quod interdum vbi locus manifeste corruptus; vel vbi dissidet ab edita lectione versio, praepositus est asteriscus: interdum vero, (et id saepius) omissus, non possum dicere. Haec certe talia esse, quae lectori vel intelligentissimo molestiam facessere erant idonea, nemo negauerit: quae omnia, nisi quid imprudentes nos fefellit, hac nostra qualicunque opera praeuenire ac tollere cura nobis fuit.

De erratis prioris editionis, etsi prope putidum et sordidum, quo tamen nostram lectori fidem et diligentiam per omnia, quoad eius potest, approbemus, sed et importunitati sciolorum in posterum eamus obuiam; (quale quid in Perotti versione, ab importuno nescio, quo correctore in quibusdam editionibus contaminata, contigisse accepimus) de illis igitur pauca, quae dicamus, antequam lectorem dimittimus. Praeter ea, quae notata et collecta parenti, tum in Graecis, tum Latinis, et post praefationes exhibita, sed et alia ab eodem P. meo postea deprehensa, et ad oras illas suae editionis ex-

emplaris propria manu notata: cum praeter iſta paſſim multa tum in Graecis, tum in Latinis occurrerent, quae eiusdem generis eſſe minime dubitabam, de iis, cur vltra deliberarem, quin deprehenſa ſtatim corrigerentur, cauſſa opinor non erat. Quia tamen hoc dum ago primo, pro rei natura, negligentius; propius nihil factum, quam vt in hunc erratorum cenſum referrentur aliqua, quae poſtea nihil minus, quam errata eſſe deprehendi. Vt meo exemplo cauerent alii, ne dum corrigere ſe putant, corrumpant; aut certe vim faciant, et in alieno opere ius exerceant minime legitimum; non poenitebit vnum aut alterum tale incogitantiae, aut ſi quis ita malit, ignorantiae exemplum hic poſuiſſe. Ita igitur exempli cauſſa T. I. 159. pro eo, quod in Graecis eſt ἐπȣρώσαντες, cum latina legerem, *quum ſuus ventus vela impleret*: et ȣ̓́ριον ἄνεμον latine *ſecundum ventum* vulgo dici non dubitarem; compendioſam patris ſcripturam non aſſequutos typographos (qui etiam T. II. 97. *circumſtiarum*, pro *circumſtantiarum* ediderant) ita finxiſſe rebar. ſed bene eſt, quod poſtea caſu, dum aliud ago, in Senecae locum incidi; *ignoranti quem portum petat, nullus ſuus ventus eſt:* quo tam tempeſtiue praeeunte, et alios ita vulgo locutos olim, cum puriſſime loquerentur, comperi. Eſt tamen aliud in illa (vt obiter hoc moneam) ſententia Polybiana, quod in latina verſione non reperio: et non aliud fortaſſe, quam erratum typographicum merito cenſeatur. nam iſta ἀσφαλῶς τὴν ἀποχώρ. εἰς τὴν οἰκ-ίαν ἐποιήσαντο, vertendum fuit, niſi fallor, *patriam tuto*, vel *tuti repetunt:* non, vt editum. *patriam repetunt.* At in his T. I. p. 692. *quia is propraetore tum ditioni praeerat*, immerito τὸ *propraetore* ſuſpectum initio habebam, quod vel Sanctus Auguſtinus in grammatica ſua ipſo ſtatim initio docere me potuit. Ita et in fragmentis Polybii ex Oroſio T. III. p. 275. *Poſtea Flaminius proconſule Philippum R.* etc. T. II. p. 578. *Vbi ſatis locutus eſſet Eumenes, templo exiit*: quia in Graecis nulla *templi* mentio, (ἱκανῶς εἰπὼν ἀπηλλάγη) coniiciebam primo ſcripſiſſe τὸν μακ. *extemplo*, non *templo:*

plo: ſed amplius ſuper eo cogitans, ſtatim venit in mentem vſitatam eam apud latinos ſcriptores formulam fuiſſe, cum quiuis locus, vbi ſenatus haberetur, *templum* vocaretur, vt apud A. Gellium (quem non incurioſe nos legiſſe, quae ad illum obſeruauimus fidem fortaſſe facient aliquando) pluribus a Varrone diſputatum memini. Poſſem plura, ſed ex his ſatis intelligat lector, quanta religione, qui aliena tractant opera, ſe gerere debeant: talia praecipue, quae ſingulari arte elaborata, peritum requirunt iudicem, nec ab aliis temere contingantur, quin violentur ac temerentur.

Haec erant, lector Polybii ſtudioſe, et famae Caſaubonianae non inique, quae praemoneri te non abs re tua credidi. Vale, et conatibus noſtris, dum tibi quacunque ratione prodeſſe volumus, candorem tuum impertire.



VRSINI DEDICATIO.

ANTONIO PERRENOTTO
CARDINALI GRANVELANO
FVLVIVS VRSINVS.

Ant. Augustinus archiepiscopus Tarraconensis, omnis politioris doctrinae vindex et assertor, misit ad me superioribus annis Polybii fragmenta quaedam, vt titulus indicabat, περὶ πρεσβειῶν, a Iohanne quodam Constantinopolitano collecta, qui Ro. antiquitatem in capita, et locos communes digesserat; vt eum librum a mendis, quibus paene infinitis corruptus erat, vindicarem, et cum studiosis etiam, si videretur, communicarem. Cum itaque quantum ego per varias occupationes potui, haec scripta accurate, diligenterque legissem, proque ingenii mei viribus, quae perexiguae sunt, omni ratione expolienda curassem; vel ob ipsum operis argumentum, digna maxime visa sunt, quae prodirent in lucem. continent enim Pop. Rom. ad reges, exterasque nationes, et regum rursus, exterarumque nationum ad Pop. Rom. magnis de rebus vltro citroque missas legationes, in quibus cum alia multa sunt, vnde nostras actiones veterum exemplorum regula metiri possimus, tum conciones praeclarae habentur, deque foederum, et pacis conditionibus disceptationes ad rerum gerendarum rationem perutiles. In quo quidem genere inprimis excelluisse inter Graecos videtur Polybius, qui rerum explicandarum prudentia, qua ita narrat euentus, vt caussas simul aperiat; et bellorum peritia, quibus Scipionem secutus interfuit, Ro. historiam XL. libris tanta puritate contexuit, vt eorum epitomen M. Brutus confecerit; Liuius autem ita fuerit imitatus, vt eius non tantum

tum ſententias, ſed verba etiam ipſa, et ad verbum plane expreſſerit. Quo magis fit, vt ſatis mirari non poſſim, hominem ita de Romano nomine meritum, paene ſilentio praeteritum ab ipſo, cum ſemel tantum, aut iterum illum nominet, et quidem exigua cum laude, vel potius nulla, *auctorem non ſpernendum* appellet. Quo quidem laudis genere, quis eſt tam malus ſcriptor, qui ſe affici aequo animo patiatur? quantum autem Polybio debeat Liuius, ex vtriusque ſcriptis, quae reliqua ſunt, et maxime e Polybianis iis, quae in praeſentia emittimus, intelligi poteſt. Ex quibus ſatis conſtat Liuium propoſuiſſe ſibi Polybium, quem non tantum vt ducem ſequeretur in bellis Punico ſecundo, Perſico, Antiocheno, Achaico, Numantino, et Punico tertio deſcribendis, ſed cuius inſiſteret veſtigiis, et voces quaſi ex ore eius emiſſas exciperet, dictatasque notaret. Atque has quidem antiquitatis reliquias animus fuerat in Latinum verſas cum aliis eiusdem argumenti fragmentis, quae Graece tantum nunc prodeunt, in lucem dare. Sed mirum eſt, quam hoc noſtrum conſilium, aliud ex alio quotidie impedierit. Itaque editus iam Polybius cum eſſet in publicum proditurus, vt ad te primum mitteretur, typographo tui obſeruantiſſimo mandauimus. Tu namque, PERRENOTTE CARDINALIS, is es, cui ob ſingularem rerum gerendarum ſcientiam, excellentemque ſcriptorum huiusmodi intelligentiam, imprimis haec debentur. Cum enim a prima ipſa aetate, in rerum grauiſſimarum tractatione, apud imperatores, regesque potentiſſimos, ſumma omnium cum admiratione domi, forisque fueris verſatus, ita tamen diſciplinas omnes, literasque coluiſti, et quibus plurimum potuiſti rebus, ſemper fouiſti, vt domus tua commune ſtudioſorum perfugium habita ſit. Teſtis ſum ego ipſe, qui Romae cum eſſes, et pro tua humanitate, comitateque tecum vna eſſem fere quotidie, vidi, quam multus ad te, tamquam ad artium honeſtarum patronum, doctorum hominum fieret concurſus, quamque tu eorum certis horis conſuetudine delectareris. Quin et artifices etiam ipſos, qui modo in aliquo genere excelle-

rent, ita interdum admittebas, vt pro tua rerum iſtiusmodi cognitione, ex eorum operibus voluptatem caperes non mediocrem. Quae cum recordor, recordor autem quotidie, nec enim quicquam mihi iucundius eſſe poteſt tuorum erga me meritorum recordatione, non poſſum non aegro animo ferre, te diutius a nobis abeſſe, his praeſertim temporibus, quibus praeclarum GREGORII XIII. pontificis optimi, maximique inſtitutum de ſacris libris, vel hominum incuria, vel improbitate corruptis, ſuo nitori reſtituendis, deque bibliotheca Palatina omnium vetuſtiſſima, locupletiſſimaque poſt Vaticanum operibus magnificentiſſimis, et cum ipſa antiquitate comparandis exornatum, illuſtriori loco aperienda, ordinandaque vehementer adiuuares. Cuius quidem pontificis ſingulari non ſolum ſapientia, ſed etiam pietate effectum eſt, vt orthodoxae fidei propagandae cauſſa, Graecorum collegio in vrbe inſtituto, aedibusque, et cenſu liberaliter aucto, confluentibus eo iam vndique e media Graecia praeclare indolis adoleſcentulis, Graecae literae ab interitu, qui iam imminebat, vindicatae, reuiuiſcant. Sed haec quando te in regis poſt hominum memoriam maximi negotiis tuae fidei, prudentiaeque commiſſis occupato, optare magis poſſumus, quam ſperare; reditusque tui ſpes non illa quidem, vt tu ſcribis, erepta nobis, ſed in aliud tempus eſt prolata, mittimus ad te librum beneuolentiae noſtrae argumentum, et tuorum erga me officiorum teſtimonium, vt non vni tibi, ſed omnibus, et quidem illuſtrius mea in te pateat obſeruantia. Vale. Romae XII. Kalend. Decemb. MDLXXXI.



VALE.

VALESII PRAEFATIO
IN
EXCERPTA PEIRESCIANA.

Etsi in argumento huius libri ſatis ſuperque et conſilium collectoris, et collectionis ordo ac methodus aperitur, pauca tamen cum de Conſtantino ipſo, huius collectionis auctore, tum de editione noſtra hic praefari viſum eſt. Igitur Conſtantinus Auguſtus Leonis Auguſti filius fuit, Baſilii Auguſti nepos: vnde ποϕύρας ἀπόγονος in argumento huius libri dicitur, ac vulgo πορφυρογέννητος cognominatur. (ſic enim malo dicere, quam cum aliis πορφυρογεννήτην) Hic cum admodum puer a patre eſſet derelictus, tutoribus ſummam imperii, vt fere fit, penes ſe retinentibus, lene ac placidum ingenium ad humaniorum artium ſtudia contulit. In quibus cum magnopere profeciſſet, (fuit enim omnibus diſciplinis excultiſſimus) tandem conſilium prorſus regio animo dignum cepit, quo non ſibi ſolum, ſed etiam ſtudioſis omnibus prodeſſet. Primum itaque optimorum ſcriptorum in omni doctrinae genere exemplaria, quae iam tum ob frequentes barbarorum excurſus, crebrasque vrbium vaſtationes rariora erant, vndique conquiſiuit, iisque Palatinam bibliothecam inſtruxit, non magis principis ipſius, quam publico omnium vſui dicatam. Deinde cum tanta tamque immenſa librorum moles plerosque a legendo deterreret, ipſe, vt principem decuit, ſingulorum vtilitati ac compendio conſulens, auctores omnes, qui idem argumentum tractauerant, in vnum compegit corpus, reſectis ſuperfluis, ac ſelectis ex vnoquoque ſcriptore iis locis, quae quisque elegantiſſime tractauerat. Tales ſunt γεωπονικῶν libri a Conſtantino noſtro collecti, vt titulus ipſe et argumentum iis libris praefixum demon-

demonſtrat. Sed et ἱππιατρικῶν libros, qui etiamnum extant ex Simone, Xenophonte, Apſyrto et Hierocle excerpti, ab eodem eſſe collectos equidem non dubito. Verum his et ſi qui praeterea eiusmodi libri ad notitiam noſtram non venerunt, et magnitudine operis et vtilitate longe praeſtant *collectanea hiſtorica*, in tres et quinquaginta titulos (quos locos communes vocant) ab eodem Conſtantino diſtributa, ac ſex ſupra centum libris comprehenſa. Singulos enim titulos Conſtantinus in duo volumina diuiſerat. priori continebantur antiquiſſimi quique hiſtoriae ſcriptores, aut certe, qui hiſtoriam ab origine mundi repetebant. Ii vero, qui res geſtas Caeſarum compoſuerant, in poſterius volumen erant reiecti. Ex his autem tribus ac quinquaginta titulis excerptorum, vnicus hodie ſupereſt, qui de legationibus inſcribitur, in duos, vt dixi, diſtributus libros. Prior a Fuluio Vrſino, alter a Dauide Hoeſchelio viris doctiſſimis eſt editus. Quibus iungendus etiam eſt hic noſter, qui nunc primum in lucem prodit beneficio viri clariſſimi doctiſſimique et ad iuuandas literas vnice nati, NIC. FABRICII PEIRESCII, titulo περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. Ita vnus adhuc et quinquaginta horum collectaneorum libri deſiderantur, graui ſane ac deflenda iactura. Ii enim ſi omnes extarent, non difficile eſſet, coniunctis ac conſarcinatis omnibus fragmentis, optimos ſcriptores, aut vndequaque integros, aut certe leuiſſime mutilos exhibere. Tituli autem eorum librorum, qui deſunt, quos quidem in noſtro codice citatos reperi, hi fere ſunt: περὶ ἀναγορεύσεως βασιλέων. περὶ ἀνακλήσεως ἥττης. περὶ οἰκισμῶν. περὶ παραδόξων. περὶ ἐπιβουλῆς. περὶ δημηγοριῶν. περὶ ἐθνῶν. περὶ συμβολῆς, id eſt, de praeliis. περὶ ἐκκλησιαστικῶν. περὶ πολιτικῶν διοικήσεως. περὶ γνωμῶν. περὶ ἑλληνικῆς ἱστορίας. περὶ ἀνδραγαθημάτων. περὶ στρατηγημάτων περὶ γάμων. Quibus addi poteſt, περὶ ἐκφράσεως. cuius libri index laudatur a Suida in σάμβυκες. Item, περὶ ἐπιβοῶν. περὶ κυνηγεσίας. περὶ στρατειῶν. περὶ νίκης. περὶ ἐπιστολῶν. περὶ ἐθῶν, aliique plures, qui in excerptis legationum citabantur: quorum indi-

indicem refert Hoeſchelius in epiſtola, quam editioni ſuae praefixit. Et haec de Conſtantini conſilio ac methodo in his conficiendis libris dicta ſufficiant. Reſtat, vt quid a nobis ſpeciatim in editione huius libri praeſtitum ſit, paucis moneamus. Primum igitur id mihi conſilium fuit, vt ea dumtaxat, quae nondum edita eſſent, ederem in lucem. Quocirca euoluendae fuerunt editiones omnium auctorum, quorum hic fragmenta referuntur, eo vt inueſtigarem, quid editum, quid nondum editum fuiſſet. Quod ſi quis interdum locus in exemplari noſtro vel auctior, vel emendatior legebatur, tum ego illum apponere minime dubitaui. Nonnunquam vero initium dumtaxat loci cuiusdam, qui in editis codicibus extabat, conſulto poſui, vt notatis vtrimque duobus quaſi confiniis, facilius intelligeretur, vbinam fragmentum aliquod ſedem haberet. quod quidem in collectaneis ex poſtremis Dionis libris ſaepius occurrit, verbi cauſſa p. 697. 701. 714. Deinde in collocandis ſcriptoribus nolui eum ordinem ſequi, quem inſtituerat Conſtantinus. Etenim ille primum Ioſephum, atque inde chronicorum ſcriptores chriſtianos poſuerat; priſcos autem illos Graecae ac Romanae hiſtoriae conditores quaſi poſt ſigna reiecerat. Ego vero ordinem temporum ſequi malui, ac Polybium agmen ducere iuſſi: quod et Fuluium Vrſinum in edendis collectaneis legationum feciſſe animaduerti poſtea. Ioannem autem Malelam (ne quis forte eum hic deſideret) conſulto miſſum feci, eo quod praeter tres quatuorue fabulas de Minoe, Antiopa ac Bellerophonte, easque illepido ſermone textas, nihil bonae frugis continebat. Georgium quoque Syncellum, quod is mancus ac lacer erat, neque vllum ex eius editione operae pretium fore videbam, itidem praetermiſi. Ceterum in Graeco, vt vocant, textu, multa ſunt a nobis emendata, nonnulla etiam addita ac ſuppleta, praeſertim ex Suidae lexico. Quippe hic grammaticus eum ceteraConſtantini noſtri collectanea ſtudioſe legerat, (vixit enim paene iisdem temporibus, vt ipſemet innuit in v. Ἀδὰμ) tum ex hoc excerptorum περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας libro plurima in lexicum

ſuum

